DE VINEA, VINDEMIA, ET VINO.

In quo quæ ad Vineæ tutelam & culturam, Vindemiæ opus, Vinitoris documenta pertinent; ac plures quæſtiones, & leges, animaduertuntur, & dilucidè explicantur.

Omnibus tàm Iuſdicentibus, quàm in foro verſantibus, ac etiam Agriculturæ incumbentibus apprimè vtilis, & neceſſarius.

Cum Indice capitum, & rerum notatu dignarum, quæ in opere continentur.



VENETIIS, MDCXXIX.

ILLVSTRI DOMINO

HIERONYMO BONA

CAVSARVM PATRONO

BRIXIENSI OBSERVANDISSIMO

Felicianus Raymundus F. P.

PLura me impellunt obſeruandiſſime Domine ad patefaciendum hac breui Epiſtola mutuam, & plurimo tempore obſeruatam amicitiam, ac beneuolentiam. Primùm quòd mente, & ore cuſtoditur dulce amicitiæ bonum: mente dum recolo Ioannis Baptiſtæ patris, ac Antonij fratris diutiſſimæ, & arctiſſimæ amicitiæ Vinculum: patris, qui dum vixit pluribus nominibus tibi deuinctus fuit; Fratris, qui peractis legalis ſcientiæ ſtudijs, ac Doctoratus gradu aſſecuto, praxim ſub tuis auſpicijs aſſequi cupiens, immatura morte præuentus, fuit præpeditus. Secundùm quòd video hanc animi affectionem in me tranſmiſſam, vt ita dicam, hæreditatis iure, illamque augumenti capacem eſſe, quoties meritis prouocatur. Non immeritò ſequitur, ore à me eſſe cuſtodiendam, & totis viribus conteſtandam. Et hoc ita effeci, vt mihi propoſuerim Tractatum hunc de Vinea, Vindemia, & Vino Excellentiſſimi D. Proſperi Rendellæ tuo nomini dicare; quippe qui in praxi, & Theorica plures, ac celebres iuris concluſiones declaratas, & dilucidatas contineat, nec non aliqua circa agriculturæ ſtudium, cuius tu maximè delectaris, pro-

Digitized by Google

ponat, quæ ſimul & voluptatem, & iucunditatem quamdam, & rei familiaris amplificationem, & corporis exercitationem præſeferre videntur; Ita vt aliquando relictis aſſiduis in patrocinando, & cauſas defendendo, quibus detineris, curis, feriari, ac animi recreatione refocillari, & aliquid voluptatis in huius tractatus reuolutione percipere, nec non ad agrorum, & vinearum culturam; quarum non minimam partem tuis laboribus, & vigilijs acquiſiuiſti, animum poſſis appellere. Et exinde ad Viduarum, pupillorum, & oppreſſorum tutelam alacrius ſuſcipiendam redire; quod munus ita tui proprium eſt, vt pater pauperum non immeritò dici poſſis. Nil aliud modò ſupereſt, vt hoc munuſculum qualecunque ſit, & hanc mei animi gratam obteſtationem libenter recipias, & me in tuam clientelam; Et bene vale.

Proſper

Proſper Rendella de ſua Monopoli

Aedifico, planto, Iuri incumbo, excito Muſas,
Vix agro vacui præteriere dies.
Nil Gazas curo ſine prole, ſed orno Monoplim
Aedibus, ac hortis: ſeu magis ingenio.

Mutij Sfortiæ
Carmen Phalecium

In Proſperi Rendellæ iuriſconſultiſſimi aureum libellum de vino, & de vindemijs Ad Baccum ?

THEBANAE ſemeles puer, Iouiſq;
Liber pampinea virens corona,
Et Thyrſo venerande, nunc obumbra
Proſperi teneri ſodalis, atq;
Ocellis mihi charioris ipſis
Pradoctos Hedera virente crines;
Nam velut Themin hic adorat almam,
Et mortalibus illius ſalubres
Leges explicat, ore certa promens
Sic tuum veneratur vſq; numen,
Non cantans domitis, vt olim ipſe ab Indis
Victor egeris inclytos triumphos:
Vtq; aſper leo, deijcis Gigantes:
Clara ſed loca dum recenſet Lucius
Regni quod dirimit, rigatq; lyris,
Cui praeſt Parthenope, imperatq; mater:
Et tibi iuga chara, nobileſq;
Colles enumerat, quibus, Thyoneu,
Regnas purpureis grauis racemis
Lectis vitibus hinc, & inde tectus
Magis quam reliquis in orbis oris
Promens Hiſtoricos, citans Poetas,
Scriptis, qua varias benigna pleno
Cornu copia, floribuſq; cingit
Quos Muſa Aonijs tulere ab aruis.
Quare illi ebriolo, vuidoq; muſtis
Sic da pandere carmine eleganti.
Dulces igniculos, ſuoſq; amores
Vt flectens rigidam trahat puellam
Ad ſua oſcula, Cypriamq; luctam,
Quod ante omnia poſtulat, cupitq;
Tuum hic mancipium, Cupidiniſq;
Atq; huic aureolo, precor, libello
Durare innumeros velut meretur,
Autumnos, Pater ò Lyae, dona.

Digitized by Google

Ad Proſperum Rendellam patritium Monopolitanum Iuris conſultum eximium ?

Plurima ſi tentem numeris comprehendere, Proſper,
Commoda, quæ præbent rura propinqua tibi ?
Deficiat me longa dies, & copia linguam
Obruat, vt tenuem Vaſtior Vnda ratem.
Cum Viridis flauas defendere pampinus vuas
Incipit; & gratas promere ficus opse :
Rus ex Vrbe migras : nec te clamoſa clientum
Turba ; nec in fauſta Voce moratur auis ;
Nec lucri ſtudium ; aut dulces tua cura ſodales ;
Mundave cum libris bibliotheca ſuis .
Eſt tibi prompta domi, celeri velocior aura
Quam tulit ad pugnas Ennoſigæus, equa ;
Hinc puer ad primos imponit ephippia nuctus ;
Nec mora, vix linquis mœnia, rura tenes .
Haud procul hinc placidam ſpectas ſtrati æquoris vndam ;
Et prope qua collis tollit ad aſtra iugum :
Inter opes Bacchi medius, Vigilisq; Mineruæ
Dum ſe bacca prius; dum cupit vua legi.
Tu tamen, vt prima tetigiſti limina villæ ,
Templa pie velox, & loca ſacra petis.
Poſt tereti innixus virga, pedes arua reuiſis
Impiger, & patrij iugera culta ſoli.
Ac ſatur aſpectu, botrum non abnuis vuæ,
Arbore nec facili carpere poma manu.
Hinc operas vrges propius, cum lumina circum
Voluis & ò ſegnes quin properatis? ais.
Aſſurgunt operi celeres, & iuſſa capeſſunt.
Vox tua diuina pondera vocis habet
At cum Phœbus equis medium conſcendit olympum :
Et pharetra cœpit promere tela ſua ;
Tecta ſubis repetens : quem lecta corona nepotum
Excipit : ad cyathos menſa parata vocat .
Stant famuli circum ; manibus pars fundere lymphas ;
Pars, quibus abſtergas, lina parare, manus .
Fercula quid memorem, vel operto culmine lances ?
Quid memorem dulcis pocula plena meri ?
Alcinoi cedat, quamuis mirabilis, aula ;
Mæonidæ fictum carmine, Regis opus .
Non condit ſermone dapes Laertia proles ;
Sed tua mellito docta loquela ſono .
Conuiuæ ſtupidi pendent narrantis ab ore ,
Atque mero potant dulcius aure melos ,
Altior erumpit tandem vox omnibus vna ;
Quam tua vox, echo, per caua ſaxa refert :
Viuas ò vtinam multos feliciter annos ,
Proſper, & his Villæ ſæpe fruare bonis .

Franciſcus Verierius
è Societate Ieſu.

INDEX

INDEX CAPITVM
QVÆ IN HOC OPERE CONTINENTVR.

PRæfatio.
Hieroghlyphicum vitis.
De vite ſacra.
De prohibita paſtura. c. 1.p.1
De officio vinitoris. c. 2.2
Quib.modis lex vites tueatur. c. 3.ibid.
De maiori cura Vinitoris. cap.4. ibid.
De reliquis vitis morbis. c.5.3
Quæ remedia apud gentes: cap.6. ibid.
De remedijs ad Deum placandum; c.7.4
De legali vinearum tutela. c.8.5
De vitium pedamentis. c.9.ibid.
De tutela fructuum. c. 10.6
In damnum dantes. c.11.7
De vinearum cultura: c.1.8
Culturæ ſpecies. c.2.9
De tigno iniuncto. c.3.14
Quæſita de vineis. c.4.ibid.
Agriculturæ ſingularia. 5.15
Appellatiuum agri fundi, & Vineæ. c.6.16
Vuarum quarundam ſpecies. c.7.18
De expenſis vineæ pignori datæ. c.8.19

De Vindemia.

II. PARS.

Obſeruanda in vindemijs. 1.20
Vindemiæ tempus, & feriæ. 2.21
De torculari, & vindemiæ inſtrumentis. c.3.22
De domini officio in vindemia. c.4.23
Iocoſa in vindemia quædam. cap.5.ibid.
De benedictione vindemiæ. cap.6.24
De præſagio copioſæ vindemiæ. cap.7.ibid.
De protopo, & primario Vino. c.8.25
De vino doliari & cellario. cap.9. ibid.
De cellarij benedictione. c.10.26.
De ſignandis, & ſigillandis dolijs. cap.11. ibid.

PARS II.

De Vindemia:

Quæſtiones vindemiales diuerſæ. num.82.27. & ſequen.

Tertia Pars Libri.

Vinorum genera in regno Neapolis: quæ laudi fuerunt vel ſunt, earum nomina & qualitates à varijs authoribus collecta.41
Interpretatio l. primæ Cod. de erogat. milit.ann. 54
Interpretatio l.iubemus C. de erog.milit: Annonæ lib.11.56
Sub qua de Martinalibus faſtis, & iocis plurima notatu digna traduntur.58
Interpretatio l.ad barbaricum.C.quę res export. non poſſunt.61
Interpretatio l.cum conuenit.C.de peric.& commo.rei vend.62
Adnotationes in titul.de vino legato.65

De

I N D E X.

De commertio Vini.
Idque ſub decem prædicamentis ſubſtantiæ, & accidentium.67
Ad caput antiquæ leg. 12. tabularum Vino rogum ne reſpergito 79.
Ad aliud caput legis.
In funere ne circumpotato.80
De nocturno vini potu 83.
De meraca bibitione.85
De ſolius Aquæ potu.87
Nec Vini nec aquæ potu.90
De eſculentis, & poculentis officialium.ibid.
De Vino theologico & de Cruce poſtrema tractatio.92.95.

F I N I S.

Digitized by Google

INDEX RERVM,

ET VERBORVM NOTABILIVM,

QVÆ IN HOC OPERE CONTINENTVR.

Primus numerus Paginam; Secundus Columnam Indicat.

A

Academia Neapolitana de Aminæo diſputauit.42.2.
Accidentia nos ducunt ad ſubſtantiæ cognitionem.69.1.
Acetum erogatur ad bibendum. 55.1.
Acetum vini appellatione an contineatur.61.2.
Acinaticum, & acinatiſium vinum quod? 36.1. 52.1.
Actio legis Aquiliæ pro vuis immaturis, vel in terram proiectis 7.2.
Actio, & petitio quid importet iuris ſubtilitate? 40.2.
Actio ad exhibendum legatario competit contra heredem.65.2.
Actione furti teneri, & pro furto agi quomodo differant.72.2.
Aegiptij primi vitium inuentores.18.2.
Aegiptiorum opinio de vini potu vitando.93.2.
Adagium illotis manibus.97.1.
Adagium, propria vineta cedere.5.2.
Adurentes vineam quomodo teneantur pro igne immiſſo.6.1.
Aenotria à vini bonitate Italia eſt.42.1.
Aequinoctium autumnale 21.2.
Aeſtimatio damni in vinea, & paſtino.30.2.
Aeſtimatio vindemiæ pro damno dato.7.1. limitatur ex cauſa belli ibid.
Ager, fundus, & vinea in quibus differunt.16.2.
Ager vulgo non eſt vinea, neque è contrario 17.1.
Ager incultus vitio cedit poſſeſſoris.9.1.
per Agros vicinorum ire licet, via publica occupata. 2.2.
Agricolæ ſemper cauſam paratam doloris habent. 2.2.
Pro agricultura minoratur onus familiæ in militari ſeruitio.15.2.
Agnus in Sacris Græcorum vetitus.97.2.
Alfonſi Calabriæ Ducis crudelis pœna.7.2.
Alciati opinio contra Bartolum examinatur.73.1.
Alienigenæ, ideſt extra Romanum Imperium.61.1.
Altaribus vinum ſuperfundebatur 93.1. & victimarum cornibus.ibid. & in Thure.ibid.
Amarenarum vini conſideratio.53.2.
Amarum vinum melius acido.54.1.
Aminea vites, an amminea dici debeant, ratione metri.43.1.
Amphora non debentur cum promiſſione vini.33.1.
Amphora menſura, & aliorum remiſſiuè.69.2.
Amphora non venit armorum appellatione.71.1.
Angaria genus eſt vineam Domini fodere 11.2.
Animaduerſio ad l. vinum ſi cert. petat.40.1.
Animal ſordidum ſues.1.col.1.
Animalia in damno capiuntur pro emenda.2.2.
pro Animalibus, quæ pauperiem fecerant damnũ quomodo emendatur.7.2.
Antonianum ſiue Antignana 42.2.
Apiana vua à Muſcatella differt.18.2.
Appellatio vineæ ad totum agrum vineatum refertur.16.2.
Appellatiuum fructuum an integros comprehendet? 28.1.
Aqua colendis vineis, & oliuis neceſſaria.16.2.
Aquadium quid.47.2.
Aquam bibentes longiorem vitam ducunt.87.1.
Aqua in tabernis caleſiebat.87.2.
Aqua acidulæ è linterno fonte.87.2.
Aqua vbi vino non miſcetur. ibid. Homines ad aquæ potum gregatim euntes ibid.
Aqua & ignis interdictio pœna eſt 88.1. Aqua, & ignis in ſponſalibus ibid. Aquæ pluuialis, & ſalientis diſcrimen ibid. calida ad potũ in delicijs. ibid.

Aquæ coquendæ, & refrigerandæ vſus à quo inuentus. 88.2.
Aqua natura frigida 89.1. ardentes à vino ſegregantur ibid. qui primus aquam vino miſcuit ibid.
Aqua vino miſcendæ vtilitas. 89.1.
Aqua tingitur in vini figuram 89.2.
Aquæ potus limitatus inducit ad mortem. 90.1.
Aquæ vinæ in ſacris obſeruatio. 95.2. maris mixtio vino Greco amarorem affert 95.2.
Aquila Noua Vrbs: 48.2. & Aquilanum vinum ibi.
Arbores vitibus maritandis aptiores qua 48.1.
Arbuſtiuarum vitium conſideratio. 14.1.
Arbuſtiuum vinum; & Arbuſtum quid. 47.2.
Arbuſta cedens in vineto feudali proprietati damnum affert. 48.1. biennalem tonſuram admittunt. ibid.
Arma, & victualia ad hoſtes ferentes qua pœna puniantur. 61.1.
Armorum vſus licitus. 16.1.
Arreſtare vinum an liceat pro curialibus. 68.1.
Ars, & labor in vite colenda requiruntur. 9.2.
Artem refrigerandi vinum multi tradiderunt 88.2.
Arundinetum, & cannetum an veniat legata vinea. 18.1.
Aſpergillum, quo aqua benedita ſacerdos populum aſpergit. 97.1.
Aſprinum vinum vbi ſit, & eius qualitates. 45.2.
Aſſenſus Domini in alienatione vineæ an ſit neceſſarius? 13.2.
Aulicis quid ſignificet craſſum bibere? 25.1.
Aureum ſeculum deſijt, vel nunquam fuit. 9.2.
Autumni pictura qualis. 20.2.

B

B*Abilioniæ feſtum nocte quale erat. 84.1.*
Baccanalia in Aetruria. 53.1.
Bacchi nomina, & cognomina. 53.1.
Bacchi nutrices nimphæ. 89.2.
Bacco capræ imolabantur, quia locis cultis veneno ſunt. 1. col 2.
Baccus nocturnus à ſacrificijs nocturnis appellatus, & inuerecundus. 53.2.
Barbaricum ſolum quod nam intelligitur. 61.1.
Barenſis Regionis vina, quare, & quando ſiunt acida, vel mucida. 25.1.
Bari conſuetudo de confinio vineæ & olineti. 2.1.
Bari conſuetudo in vindemijs 59.2.
Barenſis conſuetudo circa vineas 10.1.
Barra; Tridafi hto vitibus lundantur. 45 2.
Baronum ius vt prius eorum vinum vendatur, quam ſubditorum, quomodo reſtringitur. 68.1.
Benedicto [illegible] contra venenum 60.1.
Bibentes nunquam vbi ſint 90.1.
Bicus, & Bicarius quid. 69.2.
Biferæ vites per laborem euadunt. 9.2.
Bina pocula mœroris magis, quã lætitiæ cauſa. 81.2.
Binare quid ſit, & qua cauenda. 11.2.
Boni potores inquirunt de vini generibus 52.2.
Bono vino melius inuenitur. 72.1.
Botellerij curiæ Regis. 68.1.
Botteſ Neapolis, & cullei, cuius menſuræ ſunt. 69.2.
Boues fiſcellis vt capiſtrentur in arandis arbuſtis. 11.2.
Brunduſij vineæ iugata. 14.1.
Brunduſij vina ex iugatis vinetis. 48.2.
Buccellatum quid. 55.1.

C

C*Alenum vinum, & carinula. 46.2. eius qualitates ibid.*
Calenum non eſt eadem ſpecies. 46.2.
Calix in paſſione Chriſti. 94.1.
Calpar quid ſit. 25.2.
Campanæ ſacræ ſonus ad tempeſtates pellendas. 4.2.
Campaniæ ſumma laus. 42.2.
Caluata vites à caluitio ſunt dicta. 18.2.
Canes damnum dantes in vuis non dantur pro noxa. 7.2.
Canna menſura vnde dicta? 13.2.
Capiens vuas è vinea non ſemper furti tenetur. 6.2.
Capra tormenti genus. 2. col. 1.
Capra locis cultis veneno ſunt, ideo Bacco imolabantur 1. col. 2.
Caput legis Longobardorum, & ratio abrogationis feriarum 22.1.
Cap. Regni pro publici boni explicatur, an vinũ veniat appellatione victualium 39 2.
Caroli Imperatoris ſtatutum de carnario, & vino. 68.1.
Catulli epigramma exponitur quid per calices amariores intellexit. 86.7.
Caupona, & caberna conſideratio. 77.1.
Cauponum mala conditio 77.2.
Cautio pro Domino vinea cum partiario 10.2. & quid pro Domino in ſtipulatum deducitur ibid.
Cautio emptoris in emptione vini. 64.2.
Cautio pro vſufructu doliorum in hereditate, magna ſint vel parua. 71.1.
Cecubum vinum in agro Fundano, ſeu Caietano. 46.2. eius qualitates ibid.
Cedere bonis vini emptor vbi nequit? 65.1.
Celenſum lazarolum dictum. 45.2.
Cella vini vbi ſituetur. 26.1. & habere debet lumen à publico. ibid. non debet habere cloacam vicinam ibidem.
Cella vini à cella vinaria differt. 67.1.

Cella-

INDEX.

*Cellaria non ſiant in eccleſijs ruralibus epiſcopi prohibent.*26.2.
Cellarij benedictio. 26.2.
Cœna, & prandio quando quis priuatur. 85.1.
*Cenſorum poteſtas in deſides.*13.2.
*Cenſores in ebrios punitores Romæ.*74.2.
*Cenſus diminutio poteſt fieri fraude Domini vites ſuccidentis.*5.2.
*Centones remedia ad ignem extinguendum.*6.1.
Ceraſa laurea quæ. Ceraſa auſtera pro amarenis. 54.1.
in Chriſtum Crucifixum opprobria 95.2.
*Circulus ante tabernam obligat ad recipiendos hoſpites.*78.1.
Circumpotatio eſt ebrietatis cauſa 81.1.
Citari poteſt in vinea, & comparere tenetur citatus. 38.2.
Clarianum vinum, & chiarello, & cirello vulgo 51.1. *eius conditiones ibid.*
Clauium cellarij traditione, an dicatur vinum conſignatum? 63.2.
Clauium traditio quid operatur? 64.2.
*Clerici abſtemij ad ſacerdotium promoueri non poſſunt.*86.2.
*Clerici ob vilitatem miniſterij ſi admoniti non deſiſtunt, priuilegium clericale amittunt.*77.2.
Clericus beneficio priuatus vineam à ſe poſitam retinet 15.2.
*Cola ex quibus conficitur.*70.1.
*Clerici caupones eſſe non debent.*78.1.
Colum vinarium quid, & de ſacco vinario. 70.1.
*Coloni multa capita in vitibus dimittunt.*10.2.
*Colono quando debetur remiſſio mercedis.*29.1.
Colonus poſt tempus conductionis vindemians inuito Domino tenetur furti 29.2.
Colonus vuas acerbas poteſt colligere non partiarius. 30.1.
*Color in vino mutatur ex ventis.*43.2.
*Comarum in funere Tonſio.*80.2.
Comitialis Morbus impedimento eſt Prælaturæ. 2. *col.*1.
*Commenſales ad bibendum inuitare vetus mos.*81.1.
Commercium vini liberum regulariter in regno, 67.2.
Computatio laboris diebus feſtis vt fiat 22.2.
*Confuſio vini muſti in vindemia facit communionem.*33.2.
Conſentinum vinum, & conſentina vites ad Banariam ſunt tranſlata 51.1.
*Conſignatio vini fit ratione loci.*73.1.
Conſtitutio Regni Capitaneorum notatur contra Magiſtratus,90.2.
*Conſtitutum non operatur ante rem electam.*18.1.
Conſuetudo Bari circa vineas 10.1.
Conſuetudo Bari in vindemijs 59.2.
Conſuetudo Bari de confinio vineæ, & oliueti. 2.1.
*Conſuetudo recipiendi munera, & ea dandi inducit obligationem.*91.2.
Conſuetudo Tabernariorum attenditur 78.2.
*Conuentus fidelium ante lucem pſallere notus gentibus.*97.1.
*Conuiua diſcedente veterum ſuperſtitio.*82.2.
*Conuiuari licet in publica lætitia.*83.2.
*Conuiuæ tenentur bibere pro Regis ſalute pro deuotione.*82.2.
*Conuiuia ſocialia, & ſodalitates.*85.1.
*Conuiuij Præſes nomine multiplici.*82.1
*Conuiuium funebre quale apud Gentes.*80.2.
*Conuiuium pauperum, & dies epularis qui olim dictus.*83.1.
*Conuolualus quid ſit, inuolulus, & magnacacia.*2.2.
*Corona, & vini Pincerna in conuiuijs quid.*77.2.
Craſſum bibere quid aulicis ſignificet? 25.1.
*Creditor tenetur in ſortem fructuum ratam pro credito imputare.*8.1.
*Creditor incumbens pignori ſecundum ſtatutum non poteſt cogere creditorem, vt redimat.*8.2.
Creditor tenetur de dolo & culpa 9.1.
*Crimen Domini non eſt in cauſa cur vineæ euellantur.*6.1.
*Crucis ſculptura in ſilice in contemptũ ne fiat.*96.1.
Crucis Sanctiſſimæ figura eſt Torcular 95.2.
Crux quæ olim, & quæ hodie 94.2.
*Crux Sathanæ terror eſt.*94.2.
*Cultura fit vegetatio in plantis.*14.2.
*Cultura deſertione vinea perit.*12.2.13.1.
Cupa ſeu caupa, & cuppi vinaria vaſa 69.2.
Cuſtodia vineæ fructum 6.2.
Cuſtodia fit inuiſis vinearum Dominis 27.1.
*Cuſtodes portuum quid curare debent in vettitarum rerum extractione.*62.1.
*Cuſtodis electio ad vniuerſitatem ſpectat.*27.2.
*Cuſtos vineæ pro ſua mercede impedit vindemiam fieri.*27.1.

D

*Damni Aeſtimatio in vinea, & paſtino.*30.2.
*Damnum pro animalibus, quæ damnum fecerunt, quomodo emẽdatur.*7.2. *canes an dentur pro noxa.ibid.*
*Datum quo caſu non debetur de vuis.*35.1.
*Decima ſicut de ſegete debebatur, ita ſoluenda eſt de vino, ſi illa terra fiat vinealis.*32.1.
*Decima fructuũ terræ aratoriæ, an debeatur de vino, ſi vinea ibi plantetur.*36.2. *& an debeatur illius ſoli à quo extirpata eſt vinea.*37.1. *& de Franceniæ vſu in decima ibid.*

I N D E X.

Decretum interpretum S. C. Tridentini de feſtorum remiſſione 22.2

Decupa, & cupa genus vaſculi 78.1

Deglobare, ideſt cedere, verbum eſt Gallicum 5.1

Deguſtando vinum verba ſolemnia 60.2

Deguſtatio vini quanti referat ante guſtum 64.1

Dei indignatio in peccatores 4.2

Sub Deucalione vites, & catera arbores aquis diluuij aſſumpta 9.2

Dies Dominarum quo licita ſunt omnes hilaritates 60.1

Dies epularis qui olim dictus; & pauperum conuiuium 83.1

Dies infauſtus Vaſconibus, & qui hi ſint populi 58. col.1

Dies legati quando cedit in principio anni, vel in fine 31.1

Dies pro rebus agendis infauſti 58.1.2

Dies Sancti Martini apud aliquos infauſtus pag. 58. col.2

Quo die liberius bibendum ex Platone 59.2

Dij genitium in lædendo magis, quam iuuando potentes 4.1

Diligentia non nocet damno cum alter ad eam tenetur 28.1

Diuiſio fit pro commodiori cultura 16.1

Diuiſio fructuum cum retrahente 33.1

Diuiſio vindemia pro dotis reſtitutione 34.2

Dolia, & Amphora Annulo ſignabantur, pag. 26. colum.2

Dolia, & torcularia cum fundo accedunt in venditione 71.2

Doliare vinum dicitur de fece demptũ, & repoſitum, aliud dicitur pendens 25.2.

Doliarium, ideſt doliorum locus 26.1

Dolio locato quid agendum cum dolium non redditur vacuum vindemia tempore 29.2

Dolus inebriantis alium malus 76.1

Dolus creditoris vini, vt veteraſcat 72.1

Dominus caupona ſeu taberna à miniſtro differt 77. col. 2.

Domitianus vetuit uineta nouellare 10.1

Domo inſtructa legata uinum non uenit 67.2

E

E*Brietas Tarentinorum 84.1*

Ebrietas ficta & ſimulata non releuat 76.1

Ebrietatis quadam notantur 74.2

Ebrietatis remedia, & ne fiat ebrietas 76.1

Ebrijs uinum cum aqua nocet 86.2.

Eccleſia non tenetur ad gabellam uini, niſi in caſibus 68.2

Eccleſia diruta ligna non ſunt ad profanum uſum transferenda 14.2

Eccleſiaſtici honorandi de primitijs 25.2

Edictum Claudij Caſaris de dolijs picandis 27.1

Effuſo vino è lacu, quæ actio competit 29.2

Electio cuſtodis ad uniuerſitatem ſpectat 27.2

Electio an hæredis, vel legatarij 66.1

Emenda ſit capiendo animalia pro ea 2.2

Emendatur litera legis longobardorum circa vites, & pœnas ſcapellantium 5.2

Emens vuas viridarij biſcras an habebit 27.2

Emens muſtum in torculari, an poſſit facere protropum 38.1

Emporium vbi ſit mercatus 78.1

Emptio vini muſti ex tali vinea ſi minus naſcatur, quam venditum ſit, non plus peti poteſt, p.29. columna 1

Emptoris cautio in emptione vini 64.2

Emptoris vini mora in recipiendo 72.2

Emptor non tenetur ſtare colono partiario 40.1

Emptor vini vbi bonis cedere nequit? 65.1

Encomium Italia, & eius ſitus in modum Crucis 96. col.2

Epilepſia eſt impedimento Prelatura 2.1

Epiſcopi prohibent ne fiant cellaria in Eccleſijs ruralibus 26.2

Epiſcopus non ligatur ſtatuto pro vino nato extra terrotorium ex vinea Eccleſia 78.2

Epiſtomion quid 69.2

Error eſt in ſubſtantia ſi venditur acetum pro vino 69.1

Exceptio prodeſt emptori ſicut venditori in vini qualitate 65.1

Exceptionis, & actionis conſideratio, cum à contractu receditur 65.1

Exculentum, & poculentum idem quod Xenium 90. col.2

Exceratio Vermium quomodo fiat 3.2.

Exemplum de Barbaro pro catholica religione, p.98. col.2

Exemplum iuuenum in ebrietate comprehenſorũ nocte; vnde domus illa triremis eſt appellata, p.75. col.2

Exorciſmus, & fidelium precatio ad Deum 3.1

Exorciſmi vſus in Eccleſia fidelium 4.2

Expenſa propagationis neceſſaria 13.2

Expenſa paſtinationis qua ſit 14.2

Expenſa vtiliter facta ſcienter in re aliena, quomodo recuperentur 14.2

Expenſa non detrahuntur de fructibus vinea, & quo caſu 28.1

Ad expenſas pro cuſtodia vinea eccleſiaſtici etiam tenentur 6.2

Extractio vinorum vetita in regno 62.2

INDEX.

F

FAbella hirci, & vitis. 1. col. 2.
Falerni conſideratio, & loci, in quo erat, & eſt 42.2
Falernum alijs mangiaguerra eſt 43.2
Faſtignanum à Vico vinum ductum, & Faſtinanum ratione metri 45.1
Felicium inſularum fertilitas in terreſtris paradiſi, cuius immago eſt in hortis Alcionys 9.2
Feriarum abrogatio ab Othone Italia Rege 22. 1. & qua fuerit ratio ibid.
Feriales menſes pro vindemia quando fiant 21.2
Feria vindemiales poſt diem aſtiuam, pag. 21. colum. 2
Feſta Vinalia bis in anno celebrantur 60.2
Feſti Transfigurationis obſeruatio in vino, pag. 96. col. 1
Feſtis diebus an ſit vindemiandum 22.1
Feſtum vindemia à C. Caſare Celebratum 21.2
Feſtum Babilonia nocte quale erat 84.1
Feudi Dominus non colligit vindemiam immaturam 30.1
Ficta, & ſimulata ebrietas non releuat 76.1
Fidelium precatio ad Deum, & exorciſmus. 3.1
Fines vinea incluſiuè, vel excluſiuè accipiuntur. 18.1
Fiſcalis vini ſuſceptor vt venderet. 68.1. non dabatur gratuità, vt quadam alia obſonia. 68.1
Flores in vaſis pingendis. 71.1
Fodere tertiò vineam qualis impenſa ſit. 11.2
Fodientes vineas quater in die comedunt. 15.1
Forenſium ignorantia ignoſcendum. 38.1
Formianum vinum, & dicitur etiam Molanum. 47.1
Formica ſunt peſtes arborum 2.2
Foſſori non reficitur marra in opere fracta. 11.2
Franconia vſus pro ijs, quibus decima vini debetur. 37.1.
Franconum mos in Kalendis Ianuarij. 60.1
Franconum mos de non ſumendo prandio per officiales à litigantibus directè, vel indirectè. 91.1.
Fraus Domini ad cenſus diminutionem. 5.2
Frondatoris officium in vitibus pampinandis. 12.1
Fructus rei legata, à quo tempore cedāt legatario. 31. 1. & quid in reſtitutione fideicommiſſi. ibid.
Fructus rei meliorata per mala fidei poſſeſſorem, cuius ſint remiſſiuè. 8.1
Fructus vinea locata, & in dotem data ad quem ſpectent. 34.2
Fructus vini ſunt induſtriales, & ideo non veniunt in reſtitutione ſoluto matrimonio 37.1
Fructus vindemia ad quem pertineat propter vſumfructum vinea 30.1
Fructus vindemia maturi non veniunt in retractum vinea 34.1
Fructuum appellatiuum intelligitur deductis expenſis 28.1
Fructuum partem ex arboribus an habebit partiarius fundi, & quid de plantatis in vineis, pag. 28. col. 2
Fructuum quantitas quomodo probatur, pag. 74. col. 1
Fructuum vinea cuſtodia 6.2
Fructuum vinea appellatione an veniant fructus arborum, qua ibi ſunt 28.1
Frumentum, & vinea vbi non ſunt, an ſit locus meſſis ferijs, & vindemia 22.1
Frumentum, & arma bello magis neceſſaria, quam liquamina 61.1
Fumus ex vino aſcendens in aquam reſoluitur, p. 89. col. 2
Funebre conuiuium quale apud Gentes, pag. 80. colum. 2
Furca ad vites ſuſtinendas ex fraxino cur fiebant, p. 95.1
Fumus facile deſtruitur 13.2
Futurum vinum in ſtipulatum venit, pag. 66. colum. 1
Furantes plures vuam modicam quiſque tenetur reſtituere 7.1. an ſtetur iuramento damnum paſſi? ibid.
Furti actione teneri, & pro furto agi quomodo differant 72.2
Furti quando teneatur capiens vuas è vinea 6. 2. & quomodo puniatur perſona vilis ibid.
Furti probatio ex pedum veſtigijs 7.1
Furto vuarum 7.1
Furtum vuarum leue delictum 7.2
Fur an excuſetur ob Domini licentiam 7.1
Furum pœna 5.1

G

GAbella duplex vini, & muſti & an ad eam teneantur clerici 37.2
Gabella an de aquata debeatur? 35.2
Gabellam fraudans an perdat equum 37.2
Gallia D. Martini conuiuijs originem dedit 58.2
Galli fructuum dulcedine allecti in Italiam venerunt 61.1
Galli plurimas expenſas in vineis fecerunt 10.1
Ganimedis honor 85.1
Gazetum, & Sabinum laudi ſunt vina 48.2. Paleſtina eſt oppidum ibid.
Gentium Deos in ladendo magis, quam iuuando potentes eſſe 4.1

Digitized by Google

Gentium Religio in noui vini libatione 25.2
Genus tormenti vinum 86.2
Germani, & frigidas regiones habitantes largiſſimè bibunt 52.1
Germanorum, & Saxonum mos in bibendo 83.1
Germina vitium à Gigantum ſanguine 9.2
Gibettum, & ſcala Gemonia pro furca 95.1
Golia interitus in ebrietate 86.2
Guazzi locus notatur de poculis 81.2

H

HAbitare ſub vite pacis eſt ſignum 18.1
Habitus rei accidit non connaſcitur 77.1
Herba Nephentes, & Engloſſa ad potum hilaritatis cauſa 74.1
Herbipoli vſus in decimis colligendis 71.1
Hæredi quomodo liceat vinum legatum effundere 66. col.2
Heſperus nocti praiuus, qui lucifer mane vocatus ſidus eſt 83.2
Hirci, & vitis fabella 1.2
Hiſtoria connuuij Valentiniani Imperatoris ad Diuum Martinum 58.2
Homo Chriſtus moritur ideſt humanitas, pag. 94. col.2
Hora cœnæ ſecũdum Baccium, & Marſil. Cagnat. 83. col.2
Horatij verſus de caprea declaratur 1.2
Hoſpitijs ius eſſe poteſt vini carius vendendi, quam in cellarijs 68.2

I

IAſonis opinio examinatur 17.1. & notatur ibid. 2
Ieiunus ſacra facit, & mane 97.1
Ignorantia forenſium ignoſcendum. 38.1
Imperij incrementum ex vindemia repetita prædicebatur. 25.1
Impudica ſacra Baccofeſtis diebus qualia fiebant. p. 53.1
Induſtria hominum vinum, & vuæ comparantur 9.2
Inciſores arborum, & vinearum capitaliter puniuntur in Regno 5.2
Incommoda agriculturæ quæ 16.1
Indignatio Dei in peccatores. 4.2
Inſcriptio quadam vetus circa crucifixum. 94.1
Inſtrumenta putatoria acie acuta. 11.1
Inſtrumenta vindemiæ multa ſunt 22.2
Interdictum quod vi, aut clam quando ceſſet. 16.1
Inuentum Saturni vitis in Italia 9.2
Intereſſe conſideratio quoad emptorem vini. 72.2
Inuentum Finci de vaſis ad vina ſeruanda. 69.2
Inuitati tenentur hora ſolita non vocati ad conuiuium accedere. 82.2
Inuolunlus quid, conuolunlus, & magnacotia 2.2
Ioannis Antonij Finci Veſtina non recapta vſu, 41. col.2
Ioannis Bolognet. locus de Vindemia tempore notatur 56.2
Ioannis Iuuenis Grammatici lapſus circa Amigdalas 50.2
Ioannis Teutonici Gloſſatoris dictum notabile, p. 52. col.1
Italia dicta Aenotria à bonitate vini 42.1
Italiæ ſitus ad formam Crucis, & encomium, pag. 96. col.2
Iuramento damnum paſſi an ſtetur Iuris ſubtilitas crux eſt 95.1
Ius aquæ arcendæ culturæ fauore 16.1
Ius Baronum vt prius eorum vinum vendatur, quam ſubditorum, quomodo reſtringitur 68.1
Ius paſcui in ſilua an duret in vinea? 14.1
Ius torcularis alieni pro vinea ſi emit aliam an extendatur 33.2

L

LAbor, & ars requiruntur in vinea colenda. p. 9. col.2
Laboris computatio diebus feſtis vt fiat 22.2
Labruſca ex ſilueſtribus vuis, & eius conditio, p. 51. col.2
Lacrima quomodo fit 25.1.2
Lacrima magni æſtimatur 25.2
Lacrimas vino miſcere quid ſignificet 25.2.
Lactis vſus in antiquis ſacris 92.2
Lagaritanum vinum quid 50.2. vbi naſcitur ibid. & 51
Laicos abſit in calice ſacro bibere 98.1
Lapides in vicini prædium operario proijcĕte an Dominus vineæ teneatur vicino? 14.2
Latini primi vinum habuerunt Italorum 42.1
Latro iuxta Crucem idem quod homo iuxta vitem 94.2
Laurea ceraſa quæ 54.1
Laus vini propter ſacrorum vſum 92.1
Legando meum vinum quid intelligatur 67.2
Legari ſi poteſt vinum incapacibus relictorum? 38. col.1
Legatario competit contra hæredem ad exhibendum actio 65.2
Legatæ rei fructus à quo tempore cedant legatario 31. 1. & quid in reſtitutione fideicommiſſi ibid.
Legato dies an cedat in principio anni, vel in fine 31. col.1
Legato vino quid veniat 65.2
Legatum epuli fieri poteſt, & impleri debet 83.1

Lega-

Digitized by Google

Legatum,& ſtipulatio differunt.65.2
Legatum annuum vini quando debetur.67.2
Legatum intelligitur de eo, quod eſt in patrimonio teſtatoris.29.1.
Legatum vini annuum de vinea feudali tenet.31.2. & quid ſi quodam anno vinum non naſcatur.ibid.
Legatum pium de vinea feudali tenet.31.1.
Legatum vini quo caſu videatur extinctum per conſumptionem eius.32.2
Legatum vini videtur de vinea teſtatoris.31.1
Legatum vinum effundere quomodo liceat hæredi. 67.2.
Lenia vina non lena dici debent.47.2
Leporinum vinum in agro Sueſſano naſcitur,pag.47 col.2
Lex ad noſtram de iur. iuran. de compenſatione non opponenda,quid ſibi vult.9.1
Lex 12. tabular. contra Magiſtratus 90.2. Auari magiſtratus monitio ibid.
Lex de diuiſione vitearum vetus.42.1
Lex in vindemia arbuſtorum ex C.Plinio 48.1
Lex Poſthumia qua fuit. 86.1. eius interpretatio. ibid.
L.prædia §.1.de fundo inſtrut.& l.quæſitum §.1. de leg.3.conciliantur.67.2
L.ſi quis vinum de tritico.vin.& oleo legat. expungitur.36.1.
L.tertia de ſupellect.legat.emendatur.92.1.
Libellus in vini mutuo reſtituendo.73.2
Licentia crepitandi conuiuantibus 97.2
Licienſe,ſeu lupienſe vinum 48.2
Licurgus Rex ſtatuit vineas extirpari 10.1
Ligna Eccleſia diruta non ſunt ad profanum vſum transferenda 14.1
Ligonizare quid, & quando id opus implendum 11. col.2
Lingua victimarum in ignes iacebantur vino infuſo deſuper 80.2
Loca prouincialia quædam ;4.2
Loca vini feracia quæ in Calabris ſunt 51.1
Locator tenetur locando ſcienter vas vitioſum,p.30. col.1
Locorum differentia in vindemia 22.1
Locus Guazzi notatur de poculis 81.2
Lotio manuum in ſacris 97.1
Lucrum turpe emere,ut reuendat 28.2
Luna in putatione obſeruatur 11.2
Luna obſeruatio 21.1
Luſus pro conuiuio eſt licitus,interdum non 84 2.

M

MActus quid denotat 91.2
Magazena pro tabernis,& cellarijs 26.1
Magia quo caſu permiſſa ſit 4.2
Magiſtri Portus apud veteres,qui 62.2
Magiſtris artium in diſcipulorum probatione non eſt parandum conuiuium 85.1
Magnacotta quid ſint 2.2
Maluaticum vinum à Muſcato differt 50.1
Mamertinum à Martorani oppido vinum celebre, p. 51.1
Maris claudendi tempus deſcriptum 58.1
Marra non reficitur foſſori in opere fracta 11.2
Martinale feſtum pro antiquis Saturnalibus,p.59. col.1
Sanctus Martinus ex Regum ſtipite 59.1
Martinalis feſti quædam notatu digna recenſentur 58.2
Maſſicum vbi naſcitur , Mons Maſſicus Arx Mandragonis 46.1
Medicorum conſilium quale vinum infirmis ſit dandum 59.2
Medicorum interpretatio ad l. Iubemus C. de erogat. milit.annona 56.1
Mel, & lac, & mulſum cum panibus, & ſue Nimphis offerebatur 92.2
Melchiſedech primus vinum in ſacrificijs obtulit, noui Sacramenti figura 93.2
Melfis laudatur ex ſtudijs,& bono vino 50.1
Mendicantes an poſſint colligere mendicãdo granum, & vinum pro toto anno? 26.2
Menedula,& ſturni aues gregariæ ſunt 3.1.
Menochij dictum perpenditur , & Paridis Putei aduerſantium 77.2
Menſa amicorum parens inimicorum conciliatrix. 84.1
Menſa benedictio laudatur 85.1
Menſura canna vnde dicta? 13.2
Menſura poculi ebrioſorum 76.1
Menſura qua attendi debeat cum vinum venditur , 72.1
Menſura vini ad fundum refertur cauſa demonſtrationis,vel taxationis 66.1
Menſura vineæ conſideratio 12.1
Menſuræ modus duplex, & cuius temporis attenditur 72.2
Mercatura vini ante uindemiam prohibetur ſtatuto precio per pragmaticam Regni 39.2
Mercedis remiſſio quando debetur colono 29.1
Mercedis remiſſio an debeatur,ſi in vegete vinũ acuit, uel mucuit 39.1
Merces Vinitoris ut certa ſit,quomodo conuenitur, p. 14.2.
Merces operarum ruſticarum taxatur à Baiulo, p.20. col.2
Merces vetitæ an debeant apprehendi , ut ſit pœna legis 62.1

Digitized by Google

Mero non vino ſacra olim fiebant 92.2
Miliarium quid? 70.2
Milites numerarij qui 57.1
De militibus diſpoſitum in l.Iubemus C.de erogat.militis annona trahitur ad Doctores 57.1
Militum Romanorũ potus aqua olim 56.1. Priſcorum militum de aqua vſu 56.1
Miniſter vini in conuiuijs nobilior, quam ciborum, p. 85.col.1
Minor prouocat ad diuiſionem pro commodiori cultura 16.1
Mirtus folio minuto 50.2
Mobiles videntur vites, quia breuis ſunt vitæ, pag.13. col.1
Mobilium appellatione an vinum contineatur 67.1. Toto mobili legato quid veniat ibid.2
Modus bibendi ex vino parato notatur 82.1
Modus ſepeliendi mortuos apud Turcas, & Saracenos 80.2
Monitorium an afficiat illos, qui ſciunt fures, qui tres, aut quatuor vuæ racemos ſuſtulerunt; ita vt totam vuam vindemiauerunt 32.1
Mons Sancti Hermi, ſiue Hermete bonitate vini laudi eſt 45.2
Mons Veſeuus, ſeu Summa vulgò dat vinum Græcum 43.2
Mora emptoris vini in recipiendo 72.2
Morbus comitialis, ſeu epilecticus, ideſt caducus impedimento eſt Prælatura 2.1
Mores hominum è regionibus diſſimiles 41.1
Moſcouitis omne quod inebriat vetitum 74.2
Mos conuiuandi ſupra tumulum improbatur 81.1. & commenſales inuitandi ad bibendum ibid.
Mos francorum de non ſumendo prandio per officiales à litigantibus directè, vel indirectè 91.1
Mos Thracum in cœlum minantium 4.2
Mos vetus ad lucernas epulari 83.2
Mulieres Romanæ vini abſtemiæ 74.2
Mulſi conficiendi modus 36.2
Muſcatelli nomina, & loca vbi fit 49.2
Muſti malæ qualitates 56.1
Muſtum emens in torculari an poſſit facere protropum 38.1
Muſtum non eſt vinum adhuc nouum 56.2
Muſtum in ſacris ex neceſſitate offertur 96.2
Muſtum non inebriat ſicut vinum, ideo Turcæ bibunt 76.2
Mutuum Vini filiofamilias datur in fraudem Senatus conſulti Macedoniani 40.2
Mutuum Vini tranſit aliquando in aliam contractus ſpeciem 69.1
Myrra, & Murrha idem ſunt 47.2

N

NArdinum Vinum quare dicitur 49.2
Nationes quibus ebrietas, impunita, & glorioſa eſt 76.1
Natura Vini qualis 86.1
Nauis Vinaria quæ. 69.2
Neritoni loca vbi vini copia, & bonitas 51.2
Nili inundatio Vindemiæ tempus 20.2
Nimphæ bacchi nutrices 89.2
Niuis vſus in potu ad voluptatem 88.2
Nix ad refrigerandum Vinum vetus inuentum, conſeruatur in foſſis 70.1
Noe terram exercuit, & vitem plantauit 9.2
Notarius de ſtipulatione rogatus, quid exprimet?
Nouember Bacco ſacer, hodie Sancti Martini dies 58.1
Numeri, & milites quomodo differant 57.2

O

OBligatus Vineam ponere non repetit expenſas 14.2
Obligatus ſoluere ſingulis annis quomodo ſemel ſe ab onere liberare poſſit 32.2
Obſeruatio lunæ in putatione 11.2
Obſeruationes multæ in Vindemijs 20.2
Oenophorum vas 71.1
Ollæ Rhodiæ percelebres ex quibus conſtant 70.2
Onus familiæ in militari ſeruitio minoratur pro agricultura 15.2
Opedum, & eius vina copioſa 51.1
Opera in ſingulis vineis impendenda ſecundum vſum Villicorum 12.1
Operarum ruſticarum in Regno merces taxatur à Baiulo 20.2
Operario proijciete lapides in vicini prædium an Dominus vineæ teneatur uicino? 14.2
Operariorum ſumptus diurnus 15.1
Operarius impeditus laborare ſequenti die poteſt operam implere 15.1
Opinio Aegiptiorum de Vini potu uitando, pag. 93. col.2
Optio in legato poculi, de quo ſit intelligenda 71.2
Opus ruſticum non debet ob bellum impediri maximè Vinearum 15.2
Opus Vindemiæ eſt diſpendioſum 20.2
Oratio contra tempeſtates Eccleſiæ fidelium 4.1
Oratio Eccleſiæ in Cellarij benedictione 26.
Oſſa humani capitis interfectis pocula Scythis 70.2

P

PAcis eſt ſignum habitare ſub uite 18.1
Pactum non recmendi ſapit Vſuram 38.1

Palea

I N D E X.

Palea pro bobus non eſt auferenda ruricolis 16.1
Palmatianum, ſeu Palmarium vinum in Brutijs 48.2. cur dictum, & cuius conditionis ibid.
Pampinationis tempus 12.1
Panthera vino capitur 76.2
Paradiſi terreſtris immago in hortis Alcionijs, p.9. col.2
Partiarius fundi an habebit partem ex arboribus, & quid de plantatis in vineis 28.2
Paſtinatio quid 15.1
Paſtinatio qualis expenſa ſit? 14.2
Paſtini inſtituendi pactio 14.1
Paſtura prohibitio in vineis cur fiat 1.col.2
Patrumfamilias mos in vſu vini attenditur 57.1
Pedamenta vinea rapiens punitur 5.2
Pedes Chriſti plagati in paſſione 95.1
In Pelignis vina ſunt non leuis opinionis 47.1
Penu legata quid veniat 71.2
Penus appellatione an vinum contineatur? 67.1
Penſio ex taberna dietim habetur 78.1
Pergula non omnes pampinantur 12.1
Pergulæ an veniant appellatione pomorum? 8.2
Periculi conſideratio in vino venditio 63.1
Peſtes arborum ſunt formicæ 2.2
Phiala magni ponderis, & precij 70.2
Pictura Autumni qualis 20.2
Pictura in poculis quæ fuit 71.1
Pignori incumbens non poteſt cogere debitorem vt redimat 8.2
Pignus magis præſumitur, quam in ſolutum datio pro debito 8.1
Piſces Tarenti ne obſint eſt ibidem Antitodum 50.2
Plantatio vinea non eſt melioratio ſecundum aliquos 12.1
Platonis lex circa furtum vuarum 7.2
Pluuia cum vindemiatur non ſoluit ſpeciem vini 36. col.2
Pluuialis aqua, & ſalientis diſcrimen 88.2
Pœna crudelis Alfonſi Calabriæ Ducis 7.2
Pœna capitalis inferentes arma, vel victualia ad hoſtes 61.1
Pœna conſueti inebriari, & non conſueti, 75.1
Pœna vilium perſonarum pro furto vuarum 6.2
Pœna in fures 5.1
Pocula bina meroris magis quam lætitiæ cauſa 81.2. Guazzæ locus de poculis ibid.
Politicum documentum notatu dignum 91.2
Pomorum appellatione an veniant pergula? 8.2
Pompeianum Vinum cum græco quidam confundunt 44.2
Portãs metretam vini extra locum, an incidat in pœnam ſtatuti 61.2
Portuũ cuſtodes quid curare debent in vetitarum rerum extractione 62.2
Poſſeſſio vineæ facilius recuperatur 16.1
Poſſeſſor malæ fidei non tenetur ad fructus vineæ, quam ipſe plantauit 34.1
Poteſtas cenſorum in deſides 13.2
Potus vini legibus, vel moribus quibus interdictum 88.1. Ieiunium non violat ibid.
Prandio, & cœna quando quis priuatur 85.1
Prædij ſeruiens an extendatur ad prædiũ poſtea quæſitum? 35.2
Præſes conuiuij nomine multiplici 82.1
Precij deceptio ratione loci conſideratur 73.2
Precio vini ad vindemiæ tempus relatum quod tempus attenditur? 28.2
Precium vini in immenſum auctum quando, & quomodo moderetur 73.1
Præsbiteri conuiuantes quid obſeruare debent, p. 81. col.1
Principis imago Tibure ſupplicabatur & vino, p.92. col.2
Priapi corona in vindemijs 24.1
Probatio furis ex pedum veſtigijs 7.1
Probatio vineas non eſſe cultas quomodo fiat 11.1
Prohiberi an poſſint Vaſſalli tenere tabernas 78.1
Promptuarium ideſt cella vini vbi ſituetur 26.1
Promiſſio veteris pro nouo vino non eſt cõtractus mutui 72.1
Propagatione perpetuatur vinea 13.2
Propagationis expenſa neceſſaria 13.2
Propagationis modus 12.2. & expenſa neceſſaria. ibid.
Propina, quid, & eius alluſio 91.2
Propria vinea cedere adagium 5.2
Protopum, ſiue primarium vinum, ſiue lacrima quomodo fit 25.1
Protopum vinum Primarium 44.1
Prouiſio pro Regni annona ſeruanda 62.1
Publica cura dicitur omnium vinitorum 11.2.
Pupillaris res pro cultura poteſt obligari 16.1
Purgare vineam quid importet 12.1
Putatio vineæ primum culturæ opus 10.2
in Putatione vitis, quæ ſunt aduertenda 11.1
Putatoria inſtrumenta acie acuta 11.1
Pythegia ideſt dolij aperitio 61.1

Q

QVantum ſubſtantia menſura eſt, & de menſuris quadam 69.1
Quantum eſt ſubſtantia menſuratiuum 72.1
In qualitate, non in quantitate peccatum 62.1.
Quæſtiones ad culturam pertinentes. 14.2.
Quibus nationibus ebrietas impunita, & glorioſa 76.1

Ra-

I N D E X.

R

R Acemare an hodie liceat collecta vindemia, ſicut lege veteri. 35.1.
Racematio, & ſpicilegium poſt meſſem, & vindemiam. 39.1.
Ranæ ſemper in aquis. 87.2.
Ratio legis duodecim tabul. quare in funere non eſſet circumpotandum, erat Parſimonia 81.1.
Ratio loci, & temporis in conſignatione vini habenda eſt. 73.1.
Refectio via in vineis communi fit expenſa 7.2.
Refectio via vicinalis inter vineas plurium vt fiat. 38.2.
Regio de durabilitate Vini, & hominem induſtria attendenda eſt. 60.2.
Regnum Neapolitanum præſtantibus Vino, Oleo, & Frumento. & ubi hæc ſunt. 42.1.
Regula Fratrum Sancti Franciſci de Vineis habendis. 26.1.
Rei meliorata fructus per mala fidei poſſeſſorem cuius ſint remiſſiuè. 8.1.
in Re aliena expenſa vtiliter facta quomodo recupetur. 14.2.
Reipublicæ intereſt ne Vinum deſit p.1.c.1.
Releuare vites, quid refert. 11.1.
Religionem profeſſuri licitè conuiuium offerunt. 83.1.
Religio Gentium in noui Vini libatione. 25.2.
Remedia ignis extinguendi ſunt centones. 6.1.
Remiſſio mercedis quando debetur colono. 29.1.
Renunciatio caſuum inſolitorum quid operetur? 29.1.
Rerum ſumma, quæ ſunt uetita extrahi in Regno. 62.2.
Res, quæ curſu temporis deteriores fiunt ante tempus non ſoluuntur creditore inuito. 64.2.
Res pupilli pro cultura poteſt obligari. 16.2.
Retentio competit meliorata Vinea. 19.2.
Retrouenditio non fit pendente Vindemia. 27.2.
Rex Faba in ludis Martinalibus. 58.2.
Rhegium ab Vrbe Calabriæ pingue Vinum. 51.1.
Rhodiæ ollæ percelebres ex quibus conſtant. 70.2.
Romanæ mulieres Vini abſtemiæ. 74.2.
Romani ſerò Vinearum vſum habuerunt, ſecus agrorum. 10.1.
Romanorum frequens vſus prandij. 84.1.
Romanorum militum potus, aqua olim. 56.1.
Rore, ideſt ſummo mane milites bibunt 52.2.
Rurſcolis non eſt auferenda palea pro bobus. 16.1.

S

S Acra campana ſonus ad tempeſtates pellendas. 4.2.
Sal Baroli pro Tarentino hodie diſtribuitur. 61.2.
Salernitanum Vinum, & Sanſeuerinum, & Calenum non eſt eadem ſpecies. 46.2.
Salernitanum vinum magnam habet uiuacitatem 47.1.
Sancti Caſarij vinum, prope licium. 48.2.
Sanſeuerinum celebre vinum, nauigatur 47.1.
Saturni inuentum vitis in Italia. 9.2.
Saxonum, & Germanorum mos in bibendo. 83.1.
Scala Gemonia, & Gibettum pro furca. 95.1.
Scalciare, & excodicare Italorũ Vocabulo in Vineis fodiendis, & ſcaricare pro putatione. 10.2.
Scapellare, & ſuccidere differunt. 5.1.
Scelera non eodem modo ubique puniuntur 6.1.
Scythæ utebantur pro poculis oſſis humani capitis interfecti. 70.2.
Seculum aureum deſijt, uel nunquam fuit. 9.2.
Senatoribus ius fuit publicè epulandi. 83.1.
Sepire Vineas ad Vinitorem pertinet. 2.1.
Seruus commeſſator redhibetur. 84.2.
Seruitus itineris, & Via in Vineis reſtringitur. 35.1.
Seruitus prædij an extendatur ad prædium poſtea quæſitum? 35.2.
Sextarius, dimidius, Barillus. Quartarum 69.1.
Sicera inebriat, & quæ ea ſit 87.1.
Sobrius Vicus ubi nulla taberna 87.2.
Societas Vini, & aquæ fabuloſa 89.2.
Socius uendens Vinum ad minutum abſque licentia conſocij, an teneatur pœna ſtatuti 68.2.
Sodalitates, & conuiuia ſocialia. 85.1.
Species Vuarum. 18.2.
Species Vuarum pro eſu. 21.2.
Spiritus Vini qualitas eſt intrinſeca. 42.1.
In ſpolijs non auferuntur hæredibus clerici dolia ex hæreditate. 71.1.
Sportula quid. 91.1.
Spurcum Vinum, ideſt immundum 95.2.
Statuta duo de Taberna Vinaria pulchra 78.2.
Statutaria prohibitio animalium paſtura in Vineis, & prohibitionis ratio. p.1.c.1.
Statuti conſideratio contra fures pro fraudis arrendamento 33.2.
Statutum contra intrantes alienas Vineas quomodo procedat. 7.1.
Statutum contra ingredientem Vineam alterius. 7.2.
Statutum de Vinea eſt intelligendum de alijs fructibus arborum, quæ in Vinea ſunt. 8.2. Idem de terra uacua propè Vineam ibid.
Statutum de Vinea pignorata exponitur. 8.1.
Statutum Neapol. pro uitibus non extirpandis in formalibus aquæ. 16.1.
Statutum de Vino an extendatur ad Vuas? 35.2.

Sta-

INDEX.

Statutum Caroli. Imperatoris de carnario, & Vino. 68.1

Statutum de Vino extero non introducendo, quomodo accipiendum. 78.2.

Stella prævindemialis 21.1

Sterilitas magna anno 1591. 48.2

Stipulationis forma in legenda Vindemia 20.1

Sturni, & Monedulæ aues gregariæ ſunt 3.1

Subſtantiæ error ſi venditur acetum pro vino 69.1

Subſtituere, ideſt ſummittere, & propagare 15.1

Succidere, & ſcapellare differunt 5.1

Sues ſordidum animal p, 1. c. 1

Sumptus diurnus operariorum 15.1

Superſtitio francorum in die Sancti Vrbani 25.1

Superſtitio veterum conuiuia diſcedente 82.2

Surrentinum Vinum, & eius conditiones 47.1

Suſceptor vini fiſcalis vt venderet 68. 1. habet ſextarium cum illud a prouincialibus accipit 68.1

Suſceptores Vini publicum munus exercens 78.1

Sylua, quæ habet ius paſcui, an duret ſi fiat Vinea? 14.1

Syluam an liceat extirpare, vt vinetum fiat? 14.1

T

TAbernæ & cauponæ conſideratio 77.1

Tabernas incolentes infamiæ notantur. 84.2.

Tabernariorum conſuetudo attenditur 78.2

Tarentini Vinoſi? 75.1

Tarentinorum ebrietas 84.1

Tarentinum Vinum Aulon in agro Tarentino, & Vina Tarentina regionis qualia ſunt 50.1

Taſſi interpretatio notatur in Catullum 86.1

Tempeſtates Eccleſiæ fidelium oratione pelluntur 4.1

Terra noua in Calabris pro Thurio 50.2

Terra redacta ad Vineam, ex qua ſoluebatur frumentum, debet ſolui Vinum 38.2

Temporis conſideratio in recuperatione Vini 73.2

Tempus æſtimationis Vini quomodo conſiderandum 72.2. 73.1

Tempus pretij ſoluendi 64.2

Teſtificatio de Vino, & Vini qualitate qualiter fiat 72.2

Teſtimonia de fructuum Vineæ recollectione 34.2

Thorus in ſuo compendio deciſion. notatur 40.1

Thracum mos in cælum minantium 4.2

Thracum mos in funere aliorum 80.2

Thure, & Vino principis imago ſupplicabatur 92.2

Thurium Vinum quid? 50.2

Tina, & tinacia fiunt è querna, & firmo opere 70.1

Topia, & Topiarij quid ſint 19.1

Torcular Vineæ inſtrumentum 22.2

Torcular atrium appellatione continetur 23.1

Torcularia, & dolia cum fundo accedunt in venditione 71.2

Torcular Sanctæ Crucis figura 95.2

Tormenti genus per capram hominis pedem lambentem 2. col. 1

Traditione clauium cellarij, an dicatur Vinum conſignatum? 63.2

Traditio eſt contractus implementum 64. 2. quid operatur clauium traditio ibid.

Tritulinus ager apud Puteolos vitibus ferax eſt 46.1

Turpe lucrum emere, vt reuendat. 28.2

Tutor quale vinum dabit pupillari familiæ 57.1

V

VAria Vaſa potui inuenta 70.1

Vas ad maſſam redactum an legato cedat 71.2

Vas electrinum quid, & ex quibus fit 71.2

Vas vitioſum cum locatur ſcienter tenetur locator 30.1

Vaſa an vino cedant 65.2

Vaſa fictilia, & lignea vilibus perſonis 70.2

Vaſa Porcellana 70.2

Vaſa Surrentina laudi ſunt in potu 47.2

Vaſſalli an prohiberi poſſint tenere tabernas 78.1

Vectoris dicto ſtandum eſt 38.2

Veges habet ſe vt continens, vinum vt contentum 65.1

Vegetatio in plantis cultura fit 14.1

Vendere vinum cum caſtaneis in fraudem ſtatuti 72.1

Venti obſeruatio in Vindemia 21.1

Verba ſolemnia in noui vini deguſtatione 60.2

Vermes quomodo execrari debent 3.2

Vernacium vinum Mangiaguerra quibuſdam eſt, 44.2. & Vernacium guarnacia, & vinacia 45.1

Verſus Horatij de caprea declaratur 1. col. 2

Veſtium militarium diſtribuendarum vſus 57.1

Veteres leges in vindemiatores 23.1

Vettine Ioannis Antonij Finei non recepta vſu 41. col. 2

Vetus vinum, à quo tempore dicitur 57.2

Victualia ferentes, & arma ad hoſtes qualiter puniuntur 61.1

Vicus ſobrius vbi nulla taberna 87.2

Via publica occupata licet per vicinos agros ire 2.2

Via Refectio in vineis communi fit expenſa 7.2

Via vicinalis inter vineas plurium refectio vt fiat 38.2

Villici vineas fodientes quater in die comedunt 15. col. 1

Vindemia pendente non fit retrouenditio 27.2

Vindemia repetita denotat Imperij incrementũ 25. col. 1

Vin-

INDEX.

Vindemia intelligitur data cum vinea fructu in ea pendente 38.1

Vindemiales fructus pro annua ſolemnitate, pag. 24. col. 2

Vindemiam immaturam non colligit dominus fundi 30.1

Vindemiarum tempus ex locorum differentijs varium in legibus non attenditur 56.2

Vindemiatorum licentia ad Heliogabolo 24.1

Vindemiæ æſtimatio pro damno dato 7.1

Vindemiæ opus eſt diſpendioſum 20.2

Vindemiæ tempus Præſidi arbitrarium ſecūdum varias regiones 22.1

Vindemiæ feſtum à C. Ceſare celebratum, pag. 21. columna 2

Vindemiæ inſtrumenta multa ſunt 22.2

Vindemiæ fructus inter primam, & ſecundam licitationem ad quem pertinet 28.1

Vindemiæ fructus ad quem pertineat propter vſumfructum vineæ 30.2

Vindemiæ fructus maturi non veniunt in retractum vineæ 34.1

Vindemiæ quæſtio inter hæredem, & legatarium cedente fideicommiſſi die 30.2

Vindemiæ diuiſio pro dotis reſtitutione 34.2

Vindemiæ proclamantur ob ferias 59.2

Vindemiæ vſusfructus legatus quomodo accipiendus 31.2

Vinea ab eruditis colenda eſt 9.1. *in qua requiritur labor, & ars* 9.2.

Vinea caſui maximè obnoxia 12.1

Vinea ex cultura deſertione perit 12.2

Vinea quando alienatur an ſit opus aſſenſu Domini 13.2

Vinea perpetuatur propagatione 13.2

Vinea inter Vrbana quandoque prædia 17.2. *& quomodo ſe habeat ad ſuperficiem, & ad ſolum ibid.*

Vinea legata an veniat arundinetum, & Cannetum 18.1

Vinea bellicum inſtrumentum 18.2

Vinea meliorata competit retentio 19.2

Vinea vendita cum dolijs, quæ dolia intelligantur ad vineam reſtricta 30.1

Vinea ſi fiat ex area, vſusfructus in ea perdurat, pag. 32.1

In Vinea quis poteſt citari, & tenetur comparere pag. 38.2

Vineam adurentes quomodo tenentur pro igne immiſſo 6.1

Vineam Domini fodere Angaria genus eſt 11.2.

Vineam tertiò fodere qualis impenſa ſit 11.2

Vineam purgare quid importet. 12.1

Vineam emendo non ſatisfacit vir qui pecunia dotali tenetur emere ſtabilia 13.1

Vineam ponere obligatus non repetit expenſas p. 14. col. 2

Vineam à ſe poſitam retinet beneficio priuatus clericus 15.2

Vinearum, & arborum inciſores capitaliter puniuntur in Regno 5.2

Vinearum extirpator Sacrilegus 10.1

Vinearum vſus ad Romanos ſerò peruenit, ſecus agrorum 10.1

Vinearum diſtributio quoad vineta 11.1

Vinearum opus non debet ob bellum impediri pag. 15. col. 2

Vinearum cuſtodia fit inuitis vinearum Dominis, 27.1

Vineas ſepire ad vinitorem pertinet 2.1.

Vineas non eſſe cultas quomodo probetur 11.1

Vineæ pedamenta rapiens punitur 5.2.

Vineæ non euelluntur pro Domini crimine 6.1

Vineæ ſtatutum intelligendum eſt de alijs fructibus arborum, quæ in vinea ſunt, 8.2

Idem de terra vacua prope vineam, 8.2

Vineæ primum opus putatio 10.2.

Vineæ Plantatio non eſt melioratio ſecundum aliquos 12.1

Vineæ menſuræ conſideratio 12.1

Vineæ Iugatæ Brundusij 14.1

Vineæ poſſeſſio facilius recuperatur 16.1

Vineæ fines incluſiuè, vel excluſiuè accipiuntur 18. col. 1

Vineæ benedictio 18.2

Vineæ & frumentum vbi non ſunt an ſit locus meſſiferijs, & vindemiæ 22.1

Vineæ cuſtos pro ſua mercede impedit vindemiam fieri 27.1

Vineæ locatæ, & in dotem datæ fructus ad quem ſpectant 34.2

Vineæ ſeruitus itineris, & via reſtringitur 35.1

Vineæ ſitus in vini differentijs 41.1

Vinetum vt fiat, an liceat Syluam extirpare? 14.1.

Vinacia quæ ſint vt pro eis ſubtractis agi poſſit actione furtiua 33.1

Vinaciola vbi habetur 45.1

Vina Barenſia quando ſiunt acida, vel mucida 25. col. 1

Vina ex terra diſſimilitudine diſſimilia 41.1

Vina fuſca, ſiue nigri coloris 43.1

Vina mari domantur 44.1. *Græci vini vis ibid.*

Vina in Pelignis ſunt non lenis opinionis 47.1

Vina lenia non lena dici debent 47.2

Vina latina vbi 42.1

Vina ducentorum annorum durare ne credas, p. 52. col. 1

Vinaria nauis quæ 69.2

Vinalia feſta vino deguſtando inſtituta 58.1

Vina-

Vinalia feſta bis in anno celebrantur 60.2
Vinitorum omnium dicitur publica cura 11.2
Vinitoris merces, vt certa ſit quomodo conueniatur. 14.2
Vinitor quis eſſe intelligatur 18.1
Vini precio ad vindemiæ tempus relato quod preciū attenditur? 28.2
Vini emptio muſti ex tali vinea ſi minus naſcatur, quam venditum ſit non plus peti poteſt 29.1
Vini legatum quo caſu videatur extinctum per eius conſumptionem 32.2
Vini tranſportandi lis cum fiat, quo caſu agi poſſit contra conductorem vini 33.1
Vini plus habens, & nihil panis, quomodo ſibi de victu prouidebit 34.1
Vini ſuſceptores qui 37.1
Vini Mercatura ante vindemiam prohibetur ſtatuto precio per pragmaticam Regni 39.2
Vini odor vnde conijcitur 41.2
Vini ſpiritus qualitas eſt intrinſeca 42.1
Vini probati conditiones 47.1
Vini varia nomina variè deducta ſunt 52.1. & ſequentib.
Vini Amarenarum conſideratio 53.2
Vini noui, & veteris conſideratio 56.1
Vini vſus ad panem trahitur 57.1
Vini noui benedictio Chriſticolis 60.1
Vini durabilitas attenditur ex regione, & hominum induſtria 60.2
Vini appellatione an Acetum contineatur 61.2
Vini venditio, vel ad mēſuram, vel ad corpus cuius ſit effectus 63.1
Vini legati appellatione quid veniat? 65.2. *omne vinum continetur ibid.*
Vini deguſtatio quanti referat ante guſtum, pag. 64. *col.*1
Vini amphorarij appellatiuum quid importat in legatis 66.2
Vini commercium liberum regulariter in regno 67. *col.*2
Vini venditor non habens vineam an teneatur dicere à quo habuit? 68.2
Vini materia ſub decem predicamentis continetur, p. 69.1
Vini ciſterna, & Nauis vinaria quæ 72.1
Vini creditoris dolus vt veteraſcat 72.1
Vini conſignatio fit ratione loci 73.1
Vini æſtimationis tempus quomodo conſideretur 73.1. *precium auctum quando & quomodo moderetur ibid.*
Vini effectus innumeri remiſſiuè 73.2
Vini temperatura qualis 74.1
Vini ſuſceptores publicum munus exercent, pag. 78. *col.*1
Vini miniſter in conuiuijs nobilior, quam ciborum 85.1
Vini natura qualis 86.1
Vini abſtemij, qui eſſe debent 87.2
Vini vſus moribus, vel legibus quibus interdictum 88.1
Vini, & aquæ ſocietas fabuloſa 89.2
Vini miſcendi, & temperandi modus 89.2. *vinum quomodo ab aqua ſeparatur. ibid.*
Vini laus propter ſacrorum vſum. 92.1
Vini Græci prohibitio in ſacris, quare fuerit apud gentes. 95.2
Vini abſtemius ne ſit ſacerdos. 93.1
Vino effuſo è lacu quæ actio competit. 29.2
Vino caput læditur inde Mitra vſus ex fabulis. p. 53. *col.*1
Vino bono melius inuenitur. 72.1
In vino veritas. 74.1
Vino aqua in ſacrificio miſſæ quare miſcetur. 96.1
Vinorum extractio vetita in regno. 62.2
Vinum Acinaticum, & acinatitium quod? 36.1
Vinum Adriæ Ciuitatis Ducalis, Caſinum, Aquinum furnellum, Triuentum Terguia Teleſinum Bouianum &c. 49.1
Vinum Albanum ab vua Albana 52.1
Vinum Aquilanum 48.2
Vinum Calenum, & Carinula & eius qualitates 46. *col.*2
Vinum Cecubum in agro fundano, ſeu Caietano 46.2 *eius qualitates ibid.*
Vinum Ceraſorum nigrorum acetoſorū optatiſſimum gulæ 54.1
Vinum Claretto 44.1
Vinum Cructum quid? 96.1
Vinum doliare 38.2
Vinum Faſtignauum, Caſuranum, & Centureſium, Trebellicum, ſorbinum, vin ſorbitico 45.1. *Aſprinum vbi ſit* 45.2
Vinum fundanum minimè durabile 46.2
Vinum Gaʒetum, & Sabinum 48.2
Vinum Græcum dat mons Veſeuus, ſeu Summa, p. 43. *col.*2
Vinum Leporinum in agro Sueſſano naſcitur, p. 47. *col.*2
Vinum Licienſe, ſeu Lupienſe 48.2
Vinum Maluaticum à Muſcato differt, pag. 50. *columm.*1
Vinum Maluaticum venditur cum vaſis, pag. 65. *colum.*2
Vinum Maſſicum vbi naſcitur 46.1. *Maſſicus Mons Arx Mandragonis ibid.*
Vinum Montonicum in agrum Barenſem tranſlatum 44.2. *hyeme guſtatur ibid.*
Vinum Palmarium in Brutijs 48.2

Vinum Pompeianum cum græco quidam confundunt 44.2
Vinum ponticum in ſacris vetitum 96.1
Vinum Protopum, ſiue primarium, ſiue
Vinum regij Caſtelli pro curtæ intereſſe, an prius ven di debeat 68.2
Vinum Salernitanum, Sanſeuerinũ, & Salomonium quid? 47.1
Vinum ſinueſſanum 45.2
Vinum Vernactum pro Mangiaguerra quibuſdam eſt 44.2
Vinum Vetulum optimum, nectareum bibulum, 43.2
Vinum virgineum pro lacrima ſponſe fluente. 44.1
Vinum virgineum. 25.2
Vinum acre, & nigrum pro eod. 96.2
Vinum aureum nigrum. 43.2
Vinum ad vaſa refertur, quibus continetur 66.1
Vinum in aquam deijciebant Neptuno ſacrificantes, 93.1
Vinum, & aqua ſunt vehiculum ciborũ 81.1. *ad imbecillitatis ſolatium à Deo datum. ibid.*
Vinum arbuſtiuum & Arbuſtum quid. 47.2
Vinum an contineatur penus appellatione? 67.1
Vel mobilium appellatione ibid.
Vinum Baronum, ve prius vendatur, quam ſubditorum, quomodo reſtringitur. 68.1
Vinum benedictum in feſto Sancti Blaſij. 60.1
Vinum dilutum bibentes plus comedunt, quam qui merum. 87.1
Vinum, & panis in vſu quotidiano ſunt, 42.1
Vinum eſt res quæ ſeruari non poteſt, declaratur hic, 60.2
Vinum æſtate, ac hieme quale bibitur remiſſiuè, 58.1
Vinum extra locum portans quando incidat in pœnam ſtatuti. 61.2
Vinum extrahi prohibitum guſtus cauſa, non pro neceſſitate. 61.2
Vinum de fece demptum, et repoſitum doliare dicitur aliud eſt pendens. 2;.2
Vinum fictitium ex frugibus. 52.2
Vinum forte, ardens, Dulce 43.1
Vinum fugiens quale ſit 76.2
Vinum impotens ſine aqua bibitur 85, 2. *Plus aquo ebibitum pro corporis medela ibid.*
Vinum fumoſum pro fumo inueteratum, an rectè dicatur 43.2
Vinum Indomitum acre ſalutiferum 43.2
Vinum lac Veneris 74.1
Vinum, & lac in conuiuijs hebreorum 92.2
Vinum an legari poſſit incapacibus relictorum? 38.1
Vinum an veniat vſusfructus legati appellatione? 67.2. *ſed cautio præſtatur ibid.*
Vinum legatum in Apothecis quomodo intelligatur 66.2
Vinum lætitiæ cauſa 81.1
Vinum merum an dilutum magis ebriet, pag. 86. *column.* 2
Vinum non venit domo inſtructa legata, pag. 67. *column.* 2
Vinum naturalis medela eſt contra venenum, alioſque morbos 60.1
Vinum naturaliter aquoſum ſine aqua bibitur, ſine potoris vitio 89.2
Vinum ne deſit Reipublica intereſt 1.*col.*1
Vinum niue maceratum Veneri inimicum, pag. 87, *col.*2
*Vinum non tam ad potum, quam ad medelam, p.*69, *col.*2
Vinum nouum quod dicitur defecatum 57.1
Vinum nouum Ioui libabatur 61.1
Vinum, & oleum tranſlatiuè ad medelam animæ peccantis 97.2
Vinum ponderoſius aqua 61.2
*Vinum purum in ientaculo cum panis fruſtro, p.*85, *col.*2
Vinum quale eligendum 53.2
Vinum quando retinetur aliò transferendum ratio precij habenda eſt 73.2
*Vinum refrigerandi artem multi tradiderunt, p.*88, *col.*2
Vinum rubrum magis linguam mordet 54.2
Vinum ſuperfundẽtes incenſioni verba ſolemnia proferebant 92.1
Vinum in gentium ſacrificijs quale ſumebatur, cõtra Chriſtianum inſtitutum 93.2
Vinum tacitè aliquando venit in legato 67.1
Vinum tormenti genus 86.2
Vinum vbi vtribus ſuſpenſum indureſcit 61.2
vinum ex vetuſtate fit amarum 86.1
*vinum, & vua hominis induſtria comparantur, p.*9, *col.*2
vir obligatus dotali pecunia emere ſtabilia non ſatiſfacit emendo vineam 13.1
viſula ceraſi ſpecies 54.2
vita hominis panis, & aqua 87.1
vitem deprehendere quid ſit 15.1
vites caluaſe à caluitio ſunt dictæ 18.2
vites breuis ſunt vitæ, ideo mobiles videntur 13.1
vites bifera per laborem euadunt 9.2
vites releuare quid refert 11.1
*vites Tarentinæ ad Pannoniam Tranſlatæ, pag.*50, *col.*2
vitibus pampinandis frondatoris officium 12.1
in vitibus coloni multa capita dimittunt 10.2
vitis encomia apud Ciceronem 12.2
vitis, & hirci fabella 1.*col.*2

Digitized by Google

I N D E X.

Vitis pendens in domo vicini an ſuccidi poſſit à Domino vitis 33.1
Vitis ſecta omen infelix 25.1
Vitium Arbuſtiuarum conſideratio 14.1
Vitium germina à Gigantum ſanguine 9.2
Vitio cedit poſſeſſoris ager incultus 9.1
Vmbraculum in vineis 6.2
Vniuerſitas non donat magiſtratibus palam 90.2
Vpupa vini bonitatis, & copiæ ſignum 24.2
Vpupa ebrietatis oſtenſium capillo Veneris tibi prouidet 76.2
Vrbs Fundi propè Terracinam 46.2
Vſi Medici lapſus crapulam pro vino accipientis 86. col.2
Vſus aqua coquenda, & refrigeranda à quo inuentus primum 88.2
Vſia vini eſſentiam ſignificat 69.1
Vſucapio, ſeu præſcriptio pro agricultura 15.2
Vſuram ſapis pactum non retinendi 38.1
Vſus armorum licitus 16.1
Vſus cella Vinaria quid importet? 26.2
Vſus exorciſmi in Eccleſia fidelium 4.2
Vſus Franconia pro ijs quibus decima vini debetur 37.1
Vſus vini in Rogo 79.1
Vſusfructus areæ ſi facta ſit vinea in ea perdurat 32. col.1
Vſusfructus legati appellatione an veniat vinum? 67.2. *cautio præſtatur. ibid.*
Vtilitas tractatus ex vineæ redditu 20.1
Vtres, & cullei non confiſcantur cum vino 33.1
Vtria pro vtribus. 69.2.
Vua ſpuria antiquis incognita. 51.2.
Vuam modicam plures furantes quiſque tenetur reſtituere, & quomodo. 7.1
Vuarum furtum quomodo puniatur in vili perſona. 6.2
Vuarum oblatio in feſto Sancti Sixti. 24.2
Vuarum ſpecies pro eſu. 21.2
Vuas capiens è vinea non ſemper furti tenetur. 6.2
Vuæ maturæ an contineantur in annotatione bonorum contra crimino ſos. 39.1
Vua conditio qualis in vindemia deſideratur. p.21. col.1
Vua ſanguis ad oculos elefantis acuendos. 74.1
Vua vbi non matureſcunt. 12.1
Vicis collectis nōdum expreſſis, cuius ſit fructus quoad extraneos poſſeſſores. 35.1

F I N I S.

Digitized by Google

PRÆFATIO.

Vitis ſignificatio, atque Operis partitio.

VItis ſymbolum eſt libertatis: quæ Bacco eſt Sacra; Nam apud græcos, qui Lyæus nobis λυαῖος appellatur, vtroq; ſignificatu liber. Liberiq; patris ſimulacrum in liberis ciuitatibus collocabatur, is enim fertur in hiſtorijs pro Bæotiæ libertate pugnaſſe, ex Plutarco in quæſtionibus. Vnde dictum puto ab antiquis, ſub Vitem pugnare milites, ac ſi dicas, pro libertate. S.P.Feſt. de verbor. ſignific. λύαν, rixam, & ſeditionem namq; denotat. Eſt quoque Vitis laboris Hieroglyphicum; Si quidem arbor nulla maiori ſtudio indiget, & opera: quibus detractis, aut perit, aut in labruſcam degenerat. Item & lætitiæ; accerſita namq; in aliarum arborum imperium reſpondiſſe fertur, non poſſe vinum ſuum deſerere: quo læti homines redduntur. Hæc adnotat eruditiſſimus Henric. Farneſ. lib. ſingul. de verborum ſignific. Quæ ita facillimè coniunguntur. quandoquidem libertas ſummo labore quæritur, & conſeruatur, atque vbi eſt ibi plena gaudia. Quanto autem digna ſit honore, poſui in fine huius operis cum de Vino theologico diſſerui.

Itaque Vineæ tractatus duas habet partes: quarum prima ad tutelam, & cuſtodiam pertinet, ad culturam altera.

Vindemiæ totidem: prior pars ipſum Vindemiæ opus explicat: quod plus Vinitoris, quam Iureconſulti documenta præbet. Poſterior quæſtiones aliquas Vindemiales: quæ & ipſe Iuris interpretationem admittunt.

Finis tractatus tribus ſectionibus expeditur: Prima Vini genera complectitur: eorum maximè: quæ in Campania, & regni huius Prouincijs laudi fuere vel ſunt. Secunda. Quarundam legum animaduerſiones, ac de Vini commertio ſub decem Prædicamentis. Poſtrema de vſu Vini cum profano tùm theologico curioſè atque vtiliter.

Tu inuidè Vidè auidè, & inuidè.
Amice lege, collige.

DE

DE VITE SACRA.

QVantus honor Viti tribuendus ſit, non modò à ſacris auctoribus, ſed & ab ethnicis docemur. Quos inter Venus. Horat. Carm. lib. 1. ad Varum ita exorditur. *Sacra Vitis apud Horatium Venuſinum quare de Ratio.*

Nullam Vare, Sacra Vite prius ſeueris arborem
Circa mite ſolum Tiburis & Mænia Catili

Vnde hoc Viti vt omnes antecellat vna? Mirum Dei Secretum Sathanæ humani Generis hoſti attributum à magnis plantis ſumitur: cuius primatus eminentiam propheta meminit. Cedri non fuerunt altiores illo in Paradiſo Dei abietes non adæquauerunt ſummitatem eius: Platani non fuerunt æquales frondibus eius. Omne lignum precioſum Paradiſi Dei non eſt aſſimulatum ei, & pulchritudini eius: quouiam ſpecioſum fecit eum in multis condenſis frondibus, ex Diuo Gregor. in moral. tranſlatiuè legitur de pænit. diſtin. 2. c. principium.

Seruator verò Chriſtus appellari Vitis maluit: quæ non procera eſt, vt fraxinus, non vt Eborus inda, vel æthiopa magna, non vt Pinus ferax, non vt larix, abies vè alta rectavè. Non vt Terebinthus cornu vè firma, non vt buxus, cedrus, cupreſſus, æterna, non vt vrbana laurus, ſylueſtriſque Iuniperus viridis, non vt Citrus Aegipti, Myrtus, thus, cinamomum, Nardus Balſamum odora, non vt Platanus vmbræ gratia, non vt Saccaron ſaporis dulcedine: quæ præ cæteris æſtimationi ſunt. Vnde igitur tantus Viti honor; vt, ſcilicet materialiter accepta prima in agris loca meruerit, & ſpiritaliter ineffabilem creatorem repreſentet? Nos aliquantulum philoſophemur, ac tranſlatione vtentes inuenimus non omnes arbores omnibus in locis naſci, tranſlatas etiam nec viuere varijs de cauſis: Plantæ namque vt Theophraſtus docet aliæ aliud ſolum poſtulant. Vna præcellentius omnibus miſella vitis vbique locorum coaleſcit, atque in omne agri genus conuenit, iuxta rei ruſticæ documenta. Ita & nos de Chriſto vera vite fatemur ſanguinem pro omnibus effudiſſe, & vt ait Apoſt. ad Timot. 2. *dedit ſemetipſum redemptionem pro omnibus.* alibi *apparuit gratia Saluatoris noſtri omnibus hominibus.* Atque vt propagaretur Salus, eam operatus eſt in medio terræ Hieruſalem Totius Orbis Vmbilico; quia virtus paſſionis eius ad totum mundum diffunditur, vt exponitur Pſalm. 73. *Deus autem rex noſter ante ſæcula.* Et Apoſtoli vti traduces ex vite in omnem terram floruerunt per ſonum ſanctæ prædicationis. Miſellam dico vitem, vt magis ſignificemus Chriſti inter homines conuerſantis humilitatem: Matth. 11. *diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde.* & c. 8. *filius hominis non habet vbi caput reclinet.* M. Mantua Enchirid. lib. 13. c. 318. Et vide quia honores deferuntur Viti, ipſa tamen non ambit. Parabolicè habetur Iudi. c. 9. *Vitis enim cum à lignis cæteris inuitaretur, vt imperaret, reſpondit recuſans.* vt in præced. c. tactum eſt. Optime ad idem conducit de Vite legi, illam ſæculorum æternitatem ſuperare, nullumque lignum huic quo ad diuturnitatem comparari. Indeque Iouis ſtatutum ex Vite Populoniæ iuxta Plumbinum tempore Cæſaris peremniter incorruptam perduraſſe, refert, Leo Baptiſta Alber. in Architect. lib. 2. c. 7. Nam & de Chriſto Catholicè confitemur, quòd Deus eſt ex ſubſtantia Patris ante ſæcula genitus, & coæternus, in Symb. D. Athanaſij.

Chriſtus vera Vitis.

Vitis

Vitis præterea inter arbores, & fructices media eſt. Sicut & Chriſtus vnus eſt mediator Dei, & hominum Apoſt. ad Timot. 2. vitis in delictis pęnam honorat. dictum fuit antiquis C. Plin. teſte hiſtor. natur. lib. 14. Quorum literalem ſenſum verborum ex Liuio ſingulariter explicat Petr. Crinit. de honeſt. diſcip. lib. 22. c. 2. Ciues Romanos cum extra ordinem punirentur milites non virgis cedi, quod dedecori habebatur, ſed vite: quam ſi miles tenuit, militiam mutat, ſi ex induſtria fregerit capite puniţur. I. C. Martianus in l. milites agrum §. irreuerens. D. de re milit. Ipſi tamen centuriones impunè frangebant. Vt de Lucillo Cor. Tacitus lib. 1. annal. Ideoque cedo alteram nomen indiderunt, quòd fracta vite in tergo militis, alteram & rurſus alteram poſcebat, Et de Mauro Iuuen. Nodoſam poſt hæc frangebat vertice vitem De qua etiam vitis dignitate Sylius poeta li. 12. cecinit.

Miſcebat primas acies latiaq; ſuperbum
Vitis adornabat dextra decus.

Ita excellentiſſimè Chriſtus vera vitis pęnam in delictis honoraſſe dicitur per Sanctæ Crucis patibulum; cum enim eius pęna viliſſimum, noxiorumque hominum infame ſupplicium ante paſſionem eſſet, poſt deinde tranſijt ad frontes Imperatorum ſecundum D. Auguſtinum: qui ſubdit. ***Si tantum honorem Deus contulit ſupplicio.*** & c. Adde collectos Cruci honores maximos, cum ſignis, & Vexillis depicta, vel inſculpta eſt militum Chriſtiani nominis armis, Imperatorum capiti, & manibus, ac pro inſigni. Iuſtilipſi. de Cruce lib. 3, c. 15. & 16.

Sanctiſſima Virgo fæcunditate ſingulari quaſi vitis dicta eſt. eccl. 24.

Vineæ quoque attributa meruit. Vt exponitur illud Cantic. 7. ***Vinea mea coram me eſt***, cant. 1. ***Vinea veſtra floruit.***

Deus ſummus vinitor & de vineto ad eccleſiam tranſlatus.

Sed & ſummus vinitor Deus qui vineam ſuam maximo eſt honore proſecutus, radices conſtituit in ea ideſt Duces, Principes, & Sanctos patres, & prophetas ab initio. Deditque illi Vmbram ideſt figuras, & parabolas, in quibus loquutus eſt antiquis patribus. Fecit arbuſtum, vt excreſceret, cedroſque operiret ideſt Apoſtolos, & doctores noui teſtamenti, per quos in omnem terram vitis eſt propagata. Clauiculi: quibus ſuſtinetur in arboribus ſunt charitates. Nos palmites: qui à vite Dei fronduimus aqua Baptiſmi abluti. Ita & vineæ plantatio ad curatos per Baptiſmum pertinet. Ad Iudices, & confeſſores in vtroque foro putatio, ad Prædicatores foſſio. Diuina protectio Maceria eſt: quam amotam vindemiant eam omnes: qui pretergrediuntur viam, & conculcant eam infideles. Syluestris aper, & ferus depaſcit ideſt immanis Sathan. Ad Dei autem exemplum huius ſpiritalis vineæ ideſt militantis in Chriſto Eccleſiæ cuſtodia, & defenſio ad Sanctiſſimos Epiſcopos ſpectat in cunctis præordinatos: quorum eſt etiam reformare palmites ideſt Nos qui membra ſumus, ne inter vepres, & ſpinas mundanarum oblectationum fructus ſuffocetur, & labruſcas producamus. Partes illæ: quæ inciſæ, ſed combuſtæ pereunt, partem populi inciſam, ſeu afflictionis igne conſumptam ſignificant. Alijs etiam placuit Maceriam dici munitionem diſciplinæ, vel Angelorum, atque electorum multitudinem, ſæpes, & clauſuræ ſacrificia, & orationes ſunt quibus à tentationibus præſeruamur. Torcular pro oblationum altari ſumitur. Prophetarum voces implentur ex ipſo torculari. Iudicij dies ille eſt: quo à vinacijs vinum ſeparatur, ideſt boni à malis. Turris à Deo plantata eſt in vinea ad deſignandam legis eminentiam, ac diuinorum ſenſuum: quibus velut à ſpecula longi hoſtis veniens præuideatur. Hæc excerpſimus ex Allegor. Sylua. tomo 2. verſiculo vinea verbo vitis verbo Torcular. verbo Turris, & Theſau. Sacerdot. 2. par. alijſque pijs meditationibus.

Regis Perſarum luxus de vite palmitibus aureis ſupra lectulum.

Ad mollitiem Perſarum Regis recolunt, quod de vite Chares Mytileſius ſcripſit. Supra illius lectulum auream fuiſſe vitem palmitibus vndequaque aureis, nec racemos defuiſſe: quibus acinorum inſtar lapilli quam precioſiſſimi, atque inæſtimabiles appenſi ſunt.

Zeuſis cum maximos honores penicillo contuliſſet, pictura cum Paraſio certans adeò ſibi de vite complacuit, vt ad vuas eius egregiè pictas non ſemel aues aduolauerint C. Pli. hiſtor. natur.

Quid dices de viſione Pincernæ Pharaonis: qui videbat vitem, ex tres palmites: qui creſcebant?

Tibu-

Tiburis autem ſolum non ab re electum eſt Horatio vaticinanti, propter Romam ſcilicet S. Vrbem: quæ omnium mundi eccleſiarum pro fide militantium eſt caput. Quamuis Tiburbes originem multo ante Romam habuerint, extitiſſeque Ilices tres etiam Tiburto Tiburis conditore vetuſtiores, apud quas inauguratus tradebatur, C. Plin. eadem hiſtor. lib. 16. c. fin. oſtendens eiuſdem loci religionem, vt & Vaticanæ Ilicis. Nec prætereo Sibyllam Tiburtem iuxta ripas Amnis Anienis: cuius in gurgite ſimulacrum inuentum tenens in manu librum. Lactan. lib. 1. c. 6. quem librum pro nouo teſtamento in manu Chriſti infantis hodie pingunt. *Simulacrum habens in manu librum.*

Splendet adhuc ſcripto iure commendata charitatis Virtus eiuſdẽ ciuitatis patroni municipis. D. de leg. 3. l. patronus §. Codicillis. ſic. *Tiburtibus municipibus meis amantiſſimis: quos ſcitis. Balneum Iulianum iunctum domui meæ ita vt publicè ſumptu hæredum meorum, & diligentia decem menſibus totius anni præbeatur gratis.* *Textus l. patronus. de leg. 3. expenditur.*

Publicè Balneum intelligo, quod omnibus pateat, non quod publica fieret per hæredes authoritate. Similis interpretatio in auth. vt Iud. ſine quoquo ſuffrag. §. fugiunt. Item & publicæ mulieres. c. inter opera extra de ſponſal. Vnde Oldendor. de verb. ſignific. ait. Balnea à priuatis interdum hominibus publicè præbebantur. per d. l. patronus idque ſequitur Schard. verb. Balnea publica ex l. ſi cuius in fine D. de vſur. *Balneum publicum quomodo accipiendum.*

Mirum eſt quod plerique ſcripſerunt octaui. Auguſti diebus tranſtiberim è taberna meritoria fontem olei terra exundaſſe, ac per totum diem largiſſimo viro fluxiſſe. Paul. Oroſ. hiſtor. lib. 6. cap. 18. Alij adnotant in Iudea Natalis Chriſti die floruiſſe vites Engadæ, ſiue Gadi: quæ Ciuitas palmarum dicebatur ſub Hieroſolima. Vbi Emoræi. Modernus Neapolitanus in ſummario hiſtorico. de Roma. c. x1. in fine. *Vites floruerunt 25. Decembris Chriſto naſcente.*

Neque non maiori admiratione dignum cenſeo eiuſdem Oroſij ſententia ad Summam Romanæ rei dignitatem, *quòd Dominus noſter Ieſus nutu ſuo auctam, defenſamque in tantum rerum apicem prouexerit, cuius potiſſime cum in mundum venit, ciuis Romanus cenſus profeſſione dici.* hæc ille lib. 6. c. fin.

Adde ſacrilegum apud veteres dictum, & à Bacco ob id fabuloſè Licurgum regem punitum infra notaui ex Ouidio. Vbi de cultura egimus habitumque impium, dirum, & nefarium. *Vitium inciſio ſacrilegus eſt & impius.*

Vineæ in ſacra pagina tranſlatum vniuerſalem eccleſiam, ſeu fidelium congregationem ſignificat, vt in pluribus locis: quos nuncupatim allegat Q. Mandoſ. in forma commiſſion. ſuper cauſa profana. verb. Vineas.

Atque in ea ocioſos eſſe dedecet iuxta illud. *Quid hic ſtatis tota die ocioſi, ite & vos in vineam meam* Matth. 20. In quem locum S. Io: Chriſoſt. vineam Domini ad noſtram exercitationem circa virtutes ita interpretatur. *Vinea eius*, inquit. *Iuſtitia eſt: in qua diuerſæ ſpecies iuſtitiarum poſitæ ſunt quaſi vites, puta Manſuetudo caſtitas, patientia, cæteraque virtutes: quæ omnes generaliter Iuſtitia appellantur.*

Digitized by Google

TRACTATVS DE VINEA, VINDEMIA, ET VINO

Proſperi Rendellæ Monopolitani

ACADEMICI SILENI NVNCVPATI.

Parsprima, quæ continet Vineæ cuſtodiam.

De probibita paſtura C A P. I.

Statutaria prohibitio animalium paſtura in vineis, & prohibitionis ratio.

STatutum eſt Monopoli; Ne animalia Ciuium, aut exterorum vineis, vbiuis intra territorij fines poſitis, immittantur, Regio diplomate confirmatũ, ac vſu apud omnes receptum, vt in defenſis vniuerſitatũ oſtendimus.

Nec liceret Principi cõtrarium ſtatuere, permittendo in vinetis paſcua ſumi: quod vtique ſubditorum damno cederet, imo & peccaret ſecundum dd. Gregor. Sayr. theſaur. caſu. cõſcien. lib. 11. c. 11. nu. 2. ſemper enim nocere poſſunt vinetis animalia depaſcendo.

Fuit apprimè neceſſarium, ne permitterentur ſumi paſcua, inter vites præſertim, quæ cum ſint humi proiectæ, vel breui conſiſtentes crure ſex qui pede non altiores facillimè conculcatę extirparentur.

Habetque prohibitio perpetuam cauſam, ita vt poſt agrum paſtinatum, ac vitibus conſitum, mutata iam loci forma, nullo anni tpe paſcere liceat.[a] lege veteri apud hæbreos ita cauebatur in exodo.[b] Si læſerit quiſpiã agrum, vel vineam, & dimiſerit iumentũ ſuum, vt depaſcatur alicna, quicquid optimum habuerit in agro ſuo, vel in vinea pro damni extimatione reſtituet.

a Didac. Couar. practic. quæſti. c. 37. n. 4. circa finem.

b c. 22. relatiuè in ca. ſi læſerit extra de iniur. & dam. dato.

Nam vt inquit Ioannes Beſſianus[c] parẽ conſuetudinem, quæ Aruerniæ eſt, probãs, nemo ſanæ mentis negabit maximè Reipublicæ intereſſe, ne vini penuria laboremus: quod cõtingeret, ſi vineæ ab animalibus vaſtarẽtur. At quoniam porcorum non eadem eſt natura diuerſæ quoq; ſunt rationes, quare arceantur.

c tit. des paſtura. art. 7.

Reipublica intereſt ne vinũ deſit.

Sues ſordidũ animal.

Sues igitur ſordidum animalium genus, quibus lutum, ac volutatio grata eſt, cũ poſſint rodendo plus nocere, quam effodendo prodeſſe prohibentur meritò.[d] Palladius verò rei ruſticę præceptor illuſtris nõ tam vineas curans, quam vt porci pingueſiant, conſentit, eos immitti, vineis nondum turgentibus, vel exacta vindemia, quod gramine perſequuto diligentiam foſſoris imitantur.

d de re ruſtic. lib. 3. tit. 26. de educat porcorũ.

Apris verò in clericorum vineas irruentibus, iuſta cenſenda eſt neceſſitatis cauſa, quare, & clericis ipſis venatio permittatur; quãuis aliàs canonibus prohibita.[e]

e Io. Sayſ in cõſuet. Turon. tit. des droicts de ſigneurs. caſtell. artic. 5. per tex in c. 1. de cler. venat.

Item capras expelli omninò: quæ locis cultis veneno ſunt omnia nouella ſata corrumpentes, non minimum vites dicit Varro.[f] earum morſus exitiales appellat C. Plinius.[g] venenum Virgilius.[h] Indeque fecerunt, vt libero Patri huius plantæ repertori immolarentur hirci, ſic vt capite darent pœnas.

Capra locis cultis veneno ſunt ideo Baccho immolabantur.

Non aliam ob culpam Bacco caper omnibus aris cæditur

Et alibi idem Poeta

Ductus cornu ſtabit ſacer hircus ad Aram

Immolabatur autem caper albus. Horat.[i]

Voueram dulces epulas. & album
Libero caprum.

f de re ruſtic. li. 1. c. 2.

g hiſtor. natur. lib. 17.

h Georgic. 2.

i lib. carm. 3.

Extat fabella Gabrij Græci de hirco, & vite, quæ offenſa ſic inducitur alloquuta, offendis tu me tondendo folia, num non eſt herba? quamuis enim nocueris, inueniã ſtatim ad mactationem tui erga Deos vinum, vt ſcaturiat, pp vina enim Baccho caper hoſtia dabatur. Sic Ouid.[k]

Fabella hirci & vitis.

k De ponto lib. 2. eleg. 9.

Nec dabit intonſo iugulum caper hoſtia
Baccho
Muſta ſub adducto ſi pede nulla fluant.

Et faſtor lib. 1.

Rode caper vitem, tñ hinc, cum ſtabis ad aram,
in tua, quod ſpargi cornua poſſit, erit.
Verba fides ſequitur: noxa tibi deditus hoſtis
Spargitur effuſo cornua Bacche mero.

Nec quiſquam putet id in capellis, quemadmodum in ſuibus aliquãdo permiſſum propter authoritatem Horatij, vbi dixit.

Vinea ſummittit capreas non ſemper edules.

Dico enim de ſylueſtribus intellexiſſe: quæ clanculum depaſcunt iuxta verbum (ſummittere) & quas nequimus ſicut domeſticas propellere, ne damno ſint, ita, & de illis Virgilius

Verſus Horatij de caprea declaratur.

Sylueſtres vri aſſiduè, capreæq; ſequaces

Illidunt (Non ſemper) inquit Horatius de bonitate ciborum ſermonem habens, quod, & ſi caprearum carnes, in tota valetudinis cura vitari ſoleãt,[l] minus tamen damnoſæ ſunt, ineunte ætate, ac circiter eius medium, ſi eadem eſt ferarum, & domeſticarum ratio, eis enim tunc optimam præbent alimoniam fruticum Surculi, & germina, vt apud Heſiodum.

l Ippocr. & Galen lib. 4. de victus ratione in morb. acut. text. 102.

Digitized by Google

Cum carduus floret, & cicada ſtridulum effundit cantum pingues capreæ

Nec prætereo, ſacerdotibus, olim vetitum fuiſſe caprinis carnibus veſci, ne ſcilicet in comitialem morbum, quo ipſæ laborant, incidiſſent, idque Hieronymus[a] Mercurialis aduertit, comitialem morbum ideſt caducum exponit gl. in l. cum antiquitas C. de teſtam. alibi dicitur morbus epilepticus ideſt caducus, extra de elect. c. cum inter, per quem electio impeditur Prælati.

Morbus comitialis ſeu epilepticus ſiue caducus impedimētū eſt Prælaturæ.

a Variar. lectiōl b. 4. c. 6.

Verum non arborum tantum plantis veneno capras eſſe comperimus, ſed & hominibus duriſſimum tormenti genus; ideo lotis alicuius rei criminis aqua ſalſa: coque ſuper ſcamnum ligato, capris extrema pedum propter ſalis auiditatem lambentibus, tantus eſt ſenſus criminoſo; vt eo ſolo tormenti genere fateatur.[b]

Tormenti genus per caprā hominis pedē lambentem.

b Albe Brun. de indic. & tortura 2 q. pri. 2.

Communis autem ratio expellendi à vineis omne pecus præſertim verò lanatum afferetur à C. Plinio.[c] Ne dcculi oculos, tactuque intrantium deteri, & gemmas auferri contingat. circumſcriptis verò rationibus, ne de hoc nos veteri contingat, illud receptum eſt, quòd cum Princeps mandat, vt de paſcuo militum animalibus prouideatur, non vtique intelligitur in locis, vbi ſunt vites, & vinum prouenit locorum poſſeſſoribus, namq; ab eis animalia ſunt arcenda notat And. de Barulo in l. inſignis C. de paſcuis publ. lib 11.

c lib. 27. hiſtor. natur. cap. 12.

Huic ergo malo partim vinitorum cura medetur partim leges, & mores.

De officio vinitoris.

CAPVT. II.

AD Vinitorem pertinet prius quam pecora ingrediantur caueis, inquit Palladius.[d] vitem munire aduerſus iniurias; noſtri autem compactis lapidibus maceriem ruſticam in ordinem componunt: quod ſic præcepit Virg.

Sepire vineas ad vinitorem pertinet.

d de re ruſtic.

> *Texendæ ſepes, & pecus omne tenendum,*
> *Præcipuè dum frons tenera, imprudenſq; laborem*

Ac talem impenſam Doctores[e] neceſſariam putant fauore eius, qui impendit. Item ſi aggeres fiant vallus autem proprie vinearum eſt iuxta verſum.

e in l. impenſæ D de impen. in re dot. fact. lo. Sayſ. in cōſuet. Turon. de retract. artic. 14. lo Garſi. diligēter tract. de expenſ. & meliorat. c.

Vallus vinetis, ſed vallum dicitur vrbis.[f]

f refert Pennus. in l. tribuni C. de re milit. libro 12.

Idq; annotauit Varro in agro Tarentino ſepimentū eſſe maceriam ex terra, & lapillis compoſitis informem[g] quo etiam modo in Hydronti regione, atque alibi quidam ſepiunt.

g lib 1. de re ruſti c. 14.

Qua etiam neceſſitate tutandarum vitium quocumque ſeptorum genere fundari poteſt conſuetudo Bari.[h] per quam paries in olearum, & vinearum confinio poſitus cum ambigua eſt eius Dominij probatio, non erit communis, ſed totus præſumitur vinearum, Nam & hoc à communiter accidentibus veriſimilius eſt; Ea tamen diligentia non indigent arbuſtiuæ vites, nam non vt vinea, inquit C. Plinius.[i] ad arcendas animalium iniurias pariete, vel ſepe, vel foſſarum impendio muniri ſe cogit.

Conſuetudo Bari de confinio vineæ, & oliueti.

h lib. conſuet. Bari. titul ſi paries ſit in confinio fol. 325.

i lib. 17. hiſt. natur c. 23.

Quibus modis lex vites tueatur.

CAP. III.

LEge[k] cautum eſt vt liceat Domino, quæ inuenit animalia intercipere capta verò apud ſe minime retinebit quoniam furti reus eſſet,[l] Sed Baiulo aſſignabit, vel Domino, per quos accepti damni reſtauratio ſubſequatur.[m] Ac Baiuli poſt accepta animalia, quale ſit officium, Afflictus.[n] docet, communi autem Iure nunquid Domino retinere liceat, vel etiam occidere, legiſtæ non vno in loco tradiderunt.[o] & nos annotauimus de paſcuis priuatis, capitulo 4.

Animalia in damno capiuntur pro emenda.

k regnm. l. capite 5. D. de adulter.

l in conſtit. reg. peruenit ad aures adde Caſſane. nor. in conſue Burgund. des iuſtices § 6. n. 60. Beſſian. des paſtu rag. artic. 22. c 28.

Aliud tamen eſt, vbi via publica eſſet aquis occupata, quoniam eo caſu mittens oues ſuas, vel animalia quæuis per fundum vicini, non tenetur, dummodo ciuiliter, vt ait Baldus.[p] immittat: ita vt à damno, quantum poſſit, abſtineat, ac contra ruſticos: qui non tenent canes benè ligatos, ſi canes hi damnum dant in vinea, quomodo ipſi tenentur ad integram damni emendationem docet Baldus,[q] & diximus infra in fine huius partis.

Cum via publica eſt occupata, licet per vicinos agros ire.

m conſt. reg. Animalia in vineis ſimilia conſuetudo Aluernīæ art. 13 eod. tit.

n in dict. cōſtit. peruenit.

o Bartolom. Vero. de ſeruit. ruſtic. prædi. c. 9 & nos in tract. de paſcuis.

De maiori cura vinitoris.

CAP. IV.

SEd prior cura: quam ruſticam appellauimus: latius patet, Nam, vt inquit Socrates apud Platonem,[r] & ſi dulcis ſit agricultura, ſemper paratam doloris habet cauſam, nunc ſiccitatem, nunc pluuias, nunc vredinem, nunc rubiginem, nunc vel æſtum intempeſtiuum, vel frigus, conquerens. Vites igitur defendi opportunum eſt à vermiculatione.[s] quæ interior eſt cauſa ſterilitatis. Ne conuoluulus.[t] ſiue inuoluulus in his fiat: quem nequam beſtiam, & damnificam vocat Plinius,[u] quæ in pampini folio intorta implicat ſe. Alij voluocem appellant.[x] pubeſcentes vuas prærodentem, ſed non eſt diuerſum genus vermium conuoluulus inuoluulus, & voluox, vt nouiſſimè adnotant Lucas Paetus.[y] vbi vulgo Romæ magnacotias appellari dicit, ab eo: quòd teneros vitium oculos manducant, à Latinis, inquit, erucas, à Grecis. campas: quæ ex rore Sole concreto generantur piloſæ ſubnigræ, arcuatimque ſe mouentes: quæ beſtiolæ in turgentibus vitium oculis ſe infigunt, eoſque penitus erodunt, ita vt ſpem omnem auferant non ſolum vindemiæ inſtantis anni, ſed etiam legitimi inſequentis anni fructuarij. Has ſolertes agricolæ quo tempore apparere incipiunt diligenter perquirere, & inuentas nedum auellere conantur vitium oculis, & cæt. Ne[z] formicæ aſcendant, quas arborum peſtes[a] vocant. Ne forices, aut[b] mures infeſtent. Neue

p quem refert & ſequitur Anton. de Padil. in l. per agrum nu. 12. C. de ſeruit. & aqua.

q in l. 2. in principio ſi quadr. pauper. feciſſe dic.

r Plato lib. de contemn. morte.

Agricola ſemper cauſam paratam doloris habet.

ſ Bud prior. anno. in Pand. f. 614.

t Cato de re ruſti. c. 94. & naſtu 4. ſcen. 2.

Conuoluulus qui ſit inuoluulus & magnacotia.

x Cai. Plin. hiſto. natu. lib 17 c 28.

y de menſuris lib 6 variar. lecti.

Formica ſunt peſtes arborū.

z Colum lib 3. c. 14.

a C. Pli. dic. c. 28

b Columel. 10. lib. c. 15.

talpæ.

Digitized by Google

talpæ.[a] Ne erucę [b] vulgò campæ, dirum animal generetur, nataque vt diſpereant. Ne ab araneis veluti tælis inuoluatur fructus, & abſumatur, quod peculiare vitibus eſſe dicit C. Plinius [c] Ne à ſturnis inuolentur, & menedulis: quæ aues ſunt gregariæ quotannis migrantes, remigranteſque non nunquam tanta vi earum ingruente, vt frugibus, & vitibus quibuſdam in regionibus, latè depopulatis ſterilitatem [d] afferant: eſt, & auis: quàm Frigellum vocant, eamque racemos vuarum comedere, ac velociter volare iuſtar ſturni vitibus moleſtam propter vuarum æſum teſtatur Arnald. de regimine ſanitatis ad ſcholam Salerni verſu ſunt bona gallina.

a C. Pli. vbi ſup. 9.
b Pallad. lib. 1 tit. 35.
Sturni & menedulæ aues gregariæ ſunt.
c C. Plin. l. c. 34. lib. 17. ad hæc Bartolom. Caſſane. conſil. 9. vbi de locuſtis & aliis vermib. infeſtis.
d Bald. prior annotat. in Pand. ad l. ex cōducto §. 1. de locat. per illum text.

Ipeſque, & ſenipes vermiculi verno tempore, maximè ſpirante auſtro vitibus naſcentes oculos earum erodunt Galen. * Et ne demum ipſæ cantarides noceant, [e] cuius vermis haud ignotus eſt ſuccus apud ouidium.

Cantharidum ſuccos dante parente bibas.

Canthatides verò quæ, & Pytio campæ, & bupreſtis animal, quæ in ſen. conſ. cauebantur à Marcello relato in citata l. 3. ad leg. Cornel. de ſicar. explicat Anton. Guiber. quæſt. iur. capitul. 16.

* Gale. li. 9. ſimpli. medic. Ips aliis appellatur. Calep.
e Pet. ad de re ruſti. li. 1. cit. 3. & habetur eſt. . . & tio in l. 3. D. ad leg. Cornel. de ſicar.

Propter edacitatem verò vermium deberi mercedis remiſſionem Baldus. [f] probat. & dd. in varias opiniones ſunt iudicis arbitrio plerique cedendo.

Sed Chriſtianæ religionis cultores non eandem: qua ruſtici vtuntur medela. Verum opem à Dei miſeratione expectantes, non Cererem, & Liberum inuocat, vt gentes, quæ ab his cibum, & potum è fundo venire credebant, Varronis teſtimonio, proprias hac de re precationes inſtituerunt, vt Dei placetur ira; legitur .n. in ſacra pagina [g] vineam plantabis, effodies, & vinum non bibes, nec colliges ex ea quippiam, quoniam vaſtabitur vermibus.

f Bald. per illum tex in l excepto C. locat. lectur. antiqua, & tex. d. l. ex conducto §. 2. de quo not Hieron. Magon Rotę Florēt decis. 97 Menoch. de arbitr. lib. 2. Centu. caſu 96. Iacius Cocci de locato tit. de remiſſione merced. 8. per 4. quæſtiones.
g Deuteron. c. 28.

Oratio.

PReces noſtras quæſumus Domine clementer exaudi, vt qui iuſtè pro peccatis noſtris affligimur, & hanc vermium perſequutionem patimur, pro tui nominis gloria, ab ea miſericorditer liberemur, vt procul à tua clementia expulſi nulli noceant: & has vineas inquietè dimittant, quatenus ex eis ſurgentia, & orta tuæ Maieſtatis deſeruiant, & noſtræ neceſſitati ſubueniant. Per C. D. N.

ex lib. Sacerd. c. 40. facit tex. c teneretimini. 30. qu. 2. & Deuteron. du. c. 28.
Fidelium precatio ad Deū. ... exorciſmus.

ſit quoq; exorciſmus effuſis primum precib. pro omni Populo à Sacerdote.

Exorcizo vos peſtiferos vermes per Deum Patrem Omnip. per Ieſ. Chriſt. filium eius, & Spiritum Sanctum, vt confeſtim ab his vineis recedatis, & ad ea loca tranſeatis, in quibus nemini nocere poſſitis pro parte Omnip. Dei totius curiæ Cæleſtis, & Eccleſiæ Sanctæ. Vos maledicens quocunque ieritis, ſitis maledicti deficientes de die in diem in vos ipſos, & decreſcentes, nec de vobis reliquiæ inueniantur, niſi neceſſariæ ad ſalutem, & vſum humanum. quod præſtare dignetur qui venturus eſt iudicare viuos, & mortuos, & ſæculum per ignem.

Vide Bartol. Caſſan. cōſ. 1. qui latè tractat de maledictione & anatemate vermium infeſtorum. ſeduti locuſtarum: quem reprehendit Luc. Pætus lib. de qualitate anni 1570. id eſt quod admodum conſultè antiquorum dicta referat de inuolu is agens, & vetmiculatione vitib. & plantis nocia.

Quæri poteſt etiam legaliter, an animalia vitibus nocentia per ſacros Antiſtites, & quomodo execrari debeant, & hac in re eſt conſil. Bartolom. Caſſa: primum in ordine, quod his dictis addi poteſt. Sed aduerſus Caſſaneum Nauarrus reſpondit conſ. 52. de ſenten. excommun. lib. 5. vol. 2. Adde zerulam [h] in praxi epiſc. verſ ſuperſtitio, & alios congeſtos per Io. Aloy. Ricci. in praxi variar. reſolut. 408. vbi in ſpecie de brucis, ſiue locuſtis vt non poſſint excommunicari. Sed nihil dicit de formali maledictione: pro quia poſui orationem Eccleſiæ.

Vermes quomodo execrari debent.
h Zerul prax. epiſ. verſ. ſuperſtitio. Aloyſ. Ricci. variar. reſolut 408 vbi de brucis nō poſſe excōmunicari ſed non tāgit hanc ſpecificam maledictionē a quam hic habita.

De reliquis vitium morbis.

C A P. V.

INterire ſolent etiam vites ſyderationis iniuria, namque obeſt in frigido [i] ſolo præſertim algor, ſiue gelu, vt in paludoſis. Alias ſiccitatum vapor nebulæ, & Soles offendunt, ſunt hæc in cauſa ne teneatur fructuarius de vitium exiccatione ſecundum Iura, [k] item vi tempeſtatum aufertur germen, vel in ſupinum exciditur vitis. [l] Defloreſcentem vineam, ſi percuſſerit imber, ſimul fructus [m] defluit. Adurunt flatus quidam, veluti eſt Eurus, habitu quaſi flammeo, [n] Noſtræ autem regioni grandines præter alia nocent, quod de tota Iapygia teſtatur Antonius Galateus Philoſophus.

i Colum. li. 3. c. 99. doctores. Guliel. Bud. in l. ex conducto D. locati.
k Io. Cepha. conſ. 653. n. 10. vol. 5.
l C. Pli. hiſt. natur. li. 17. c. 24.
m Idem Plinius.
n Colum. li. 6. c. 4.

Quæ remedia apud gentes aduerſus ſyderationem.

C A P. VI.

QVam vt propellerent vim certo carmine vtebantur [o] veteres, vt ex Plinio, Palladio, ac alijs. carminibus enim magnam crediderunt ineſſe virtutem, cum, & apud Homerum Vlyſſi de vulnere ſanguis profluens cantamine ſteterit. Indeque Marſilius Ficinus libro de vita cælitus comparanda titulum inſeruit. De virtute verborum, atque cantus ad beneficium cæleſte captandum.

o Plin. li 17. c. 28. Pallad. lib. 1. ca. 35. Petr. Greg. Sintag. artt. mirab. li. 35. cap. 19. Ficinus lib. 3. c. 22.

Contra verò malum carmen ita l. 12. tabularum cauebatur. [p]

"*Qui fruges excantaſſit, & qui malum carmen*
"*incantaſſit Vrbe eijcitor*, meminitq; duo hæc ca-
"pita C. Plin. Aliud caput. (neue alienam ſegetem pellexeris) id referebat, quoniam fructus alieni in alienos agros transferri poſſe credebantur. magica arte. Beroaldus notat in aſino aureo Apulei in præfatione.

p ad hanc l. 12. tab Mar. Mantua Apopbtē 14.
c. Plin. li. 28. cap. 2.

Nam incantatores, & ſimiles, qui arte damnata fructus pendentes vaſtant, capite puniendi ſunt ſecundum noſtrates. [q] Quam plurima enim poſſe mala per excantationes induci oſtendit Ouidius in opuſculis.

q Rip. de remed. pſeſtu. n. 105 per l. 4 C de Malefic. & Mathem. adde Petr. Crinit. de honeſta diſcipl li. 5. cap. 7.

Digitized by Google

Carmine læſa ceres ſterilem vaneſcit in herbam.
Deficiunt læſi carmine fontis aquæ.
Ilicibus glandes, cantataq; vitibus vua.
Decidit, & nullo poma manente fluunt.

Ab agris quoq; faſcinatio repellebatur in ſacrificijs: quæ libero patri fiebant membro inhoneſto à matre familias honeſtiſſima coronato, eoque per forum circumuecto. Blondus refert lib. 1. Romæ triumph.

Sed, & aduerſus flatus vitibus noxios, & ne rubigine ſterileſcerent ſegetes, aliam medelam docet Horatius Philitem.

„ *Calo ſupinas ſi tuleris manus*
„ *Naſcente luna ruſtica Philire*
„ *Si thure placaris: & horna*
„ *Fruge lares: auidaq; porca*
„ *Nec peſtilentem ſentiet aphricum*
„ *Fæcunda vitis: nec ſterilem ſeges.*
„ *Rubiginem, aut dulces alumne*
„ *Pomifero graue tempus anno.*

Sacerdotes apud Romanos maximè venerationi habiti ſunt, qui diuorum iras præuidebāt, cæli quę fulgura religionibus ratis denotabant, vrbem, templa. & agros liberare poſſe credebantur. notat Blond. Romę, triumphantis lib. 1. f. 25. B

Dij gentium in lædēdo magis, quam in iuuando potentes.

Hæc etiam conferunt, vt intelligas quomodo veteres Deos in lædendo magis, quam in iuuando potentes deprecabantur, vt ex Virgilio in Georgicis aduertit [a] Aulus Gellius.

[a] A. G noct. actic. lib. 5. cap. 12.

Ita ethnici veritatis vmbras aſſequuti aliquando, ac inanium Deorum religioni aſtricti cęleſtes iras placare ſtudebant. Precipuè verò tempeſtati Agnam cedentes. [b] Virgil.

[b] Aeneid. libro 5.

Et tempeſtatibus agnam.
cedere deinde iubet.

Horat. [c]

[c] Horat. epodon in Mæuii. 10.

Libidinoſus imolabitur caper tempeſtatibus.

Nunc verò qui Idolis ſacrificaret gladio vltore [d] ſternitur facultates perempti fiſcus vēdicat, ſunt, n. improbata ſuffragia [e] huiuſmodi.

[d] l. 1. C. de paga. & ſa. 31.

[e] C. de Malef & Mathem. l. corum eſt & c. non obſeruetis, 26. q. 7.

C A P. VII.

De remedijs fidelium pro Deo placando.

NOs autem fideles, antiquorum inſtar: qui hæc omnia mala Deorum iræ aſcripſere ad tempeſtates aereas cohibendas Deum Opt. Max. precantes pijs orationibus vtimur; ſic enim orare ſolet Eccleſia.

Oratio contra tempeſtates Eccleſia fidelium.

Rex æterni Imperij Omnip. Deus, qui das æſcam omni carni: qui operis cœlum nubibus, & paras terræ pluuiam: qui mandas nubibus deſuper: & Ianuam cœli operis: qui transfers auſtrum de cęlo, & inducis in virtute ſua aphricum: qui rigas montes de ſuperioribus ſuis: & de fructu operum tuorum ſatiatur terra: qui Angelo præcepiſti ne terræ, mari, aut arboribus noceret, parce Domine metuentibus, & propitiare ſupplicantibus: te enim ſupplices exoramus, vt procul abſcedat incurſio turbinum: calamitas tempeſtatum: fragor grandinum: percuſſio fulminum: & quælibet inſidiæ inimici: temperentur, infeſta tonitrua: & noxiæ pluuiæ: ventorum flamina fiant moderatè ſuſpenſa, & omnis quoq; ſpiritus procellarum, & aereæ poteſtates dextera tuæ proſternantur virtutis, & poſt ſopitos nubium impetus in laudis, & deuotionis, ac ſpiritalis amoris augmentum tranſeat comminatio poteſtatis, Per Dominum N. &c.

Exorciſmi vſus in eccleſia fidelium.

Exorciſmus enim, vt eſt adiuratio ad expellendum dæmones, eorumq; inſidias contra Vualdenſes hæreticos: qui omnes exorciſmos ab eccleſia tollere conati ſunt, aſſerentes huiuſmodi benedictiones, aquarum, candelarum, palmarum, & cæt. irridendas, à catholicis nobis omnibus probatur, eoſq; confundit. Alfonſ. de caſ. aduerſus hæreſes. [f]

[f] Lib. 6. verſ. exorciſmus. cum concord per Roſtaur. de Imperat. q 19.

Dei indignatio in peccatores.

Conſtantiſſimè autem teneri oportet cœleſti hæc prouenire indignatione: quoniam verbum Dei faciunt ignis, nix, glacies, ſpiritus procellarum ſecundum Pſalmiſtam, [g] qui, & alibi [h] poſuit pluuiam eorum grandinem, & percuſſit vineas eorum, & ficulneas, & alibi [i] occidit in grandine vinaas eorum, & moros eorum in pruina, & cæt.

[g] Pſal. 148.
[h] Pſal. 140.
[i] Pſal. 77.

Sacræ campana ſonus ad tempeſtates pellendas.

Nec omittendum duxi, quòd cum Demonum quandoq; inſidijs grandines, tempeſtateſq; frugibus, vineiſq; inimicæ cieri ſoleant, campanæ ſacræ pulſari ſolent, & vt inquit Hieronymus Magius, [k] non ad aerem ſcindendum, & comminuendam tempeſtatis vim, quàm ad abigendos, propulſandoſq; Demones ipſos authores.

[k] Miſcell. li. 4. ca 14. vide Beltran. cōſ. 43. n. 6. vol. 1. & voll verbum Nuol. Boer. deciſ. 310.

In pluuijs &

Item ex methori. [l] quòd pluuiæ: in quibus Mars operatur, obeſſe nimium ſolent: cum fulmen nunquàm ſine Marte, aut Ioue fieri poſſit in pluuijs ipſis, & tonitru.

[l] Galeot. Martl libr. de doctrina promiſ. 28.

Thracum mos in cœlum minantium.

Thraces, dum tonat, fulguratq; in cœlum ſagittas excutiunt, Deo minitantes, quod nullum alium præter ſuum eſſe arbitrentur. Io: Boem. lib. 3. de morib omni. gent. c. 5. Damnabilem item, ignique tradendum quendam libellum coniuratorium contra tempeſtates, cuius eſt initium. In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti ad ſaluandum fructus terræ chriſti docet Martinus de Arles in tracta. de ſuperſtition.

Authoritate Varronis docet C. Plinius. [m] quòd initio autumni vua picta conſecrabatur inter vites, vt minus nocerent tempeſtates, & lib 28. cap. 2. inquit carmina quædam extant contra grandines.

[m] li. 13. hiſt. c 29.

Magia quo caſu permiſſa.

Videtur tamen fidelibus permiſſum arte magica vti ad fructuum præſertim vineæ tutelam Impet. l. eorum C de malefic. ibi, *nullis criminationibus implicanda ſunt remedia humanis quæſita corporibus, aut in agreſtibus locis innocenter adhibita ſuffragia; ne maturis vindemijs metuerentur imbres, aut ventis grandiniſq; lapidatione quaterentur; quibus non cuiuſcumq; ſalus, aut æſtimatio læderetur; ſed quorum proficeret actus, ne diuina munera, & labores hominum ſternerentur.* Canonum verò iure iſta vetantur, vt ibi dd. adnotant adde cacheran. diſput. vlt. num. 21.

Cum

Digitized by Google

Cum autem talia acciderint in Vineis, liteſque agi contingat inter Dominum, colonumq; ſuper mercedis remiſſione diſtingui ſolent caſus iuxta theoricam Vlpiani I.C.[a] quod & ſuperius quoque tetigimus.

Domini vt propria tueantur à furibus Varronis locum addiſcant, qui ait inter ſepta primum eſt naturale ſepimentum, quod obſeri ſolet virgultis, aut ſpinis, quod habet radices viuæ ſepis, ac viatoris prætereuntis laſciui non metuet facem ardentẽ. Sed iam ad ſacratiſſima iura tranſeundum eſt.

a l ex conductio §. 1. D locati. in quẽ tex. ſunt cõmunes dd traditiones, per Andr. Gail. practi. obſeruat 23 lib 2 per regulam ampliat, & latè eruditiſſ Guil. Bude. non eadem l & nouiſſ Carocius, co. tit, loc. & c. de remiſſione mercedis.

b Meminit Bude. ibi.

C A P. VIII.

De legali Vinearum tutela aduerſus[b] *hominum iniurias.*

Caius.

SCiendum eſt eos: qui arbores, & maximè qui vites ceciderint etiam tanquam latrones puniri.

Vlpianus:

NAm vitem arboris appellatione cõtineri plerique veterum exiſtimauerunt.

Scholium.

SVnt hæc duo capita in tit. Arbor. fur. Cæſar. in quæ ſcribit Bonifac. de Vital. in tract. de malefic. eo. tit. Atque eiuſmodi cautionis à lege 12. tabul. deſcendentis, meminit quoque C. Plinius cap. 1. lib. 17. hiſtor. nat.

Contineri autem arboris appellatione vitem largo ſignificatu dicit Columella libro 4. tertium quoddam inquit, quod nec arborem, nec fruticem propriè dixerim, vt eſt vitis, quod verò in textu habetur cæciderit. Galli dicunt (deglobare) Io Sayſon. in conſuet. Turon. des heritages artic. fin. fol. 91. pœna verò, de qua in textu non eſt in vſu. Clar. practi. crimin. queſt. 68. quem ſequitur Antonius Scappus lib. 5. de iure non ſcripto cap. 166.

Deglobare i. cædere verbũ eſt Gallicum.

Imponitur autem pœna extraordinaria modò ſcilicet ictuum funis, modò fuſtigationis, & modò triremium iuxta facti, & perſonarũ qualitatem Clarus ibi, quem ſequitur Farinacius de delic. & pœnis q. 20. nu. 113.

Pœna in fures.

De pœna ſecundum Ius Longobardum.

SI quis vitem alienam de vna foſſa aſto animo ſcapellauerit, componat ſolid. 1. ſi autem ſucciderit ſolid. 3 1.

Scholium.

DEſumptus eſt text. è tit. de damnis iniut. datis in Longob. & vide conſtit. reg. ſuper inciſionibus, & ibi Afflict. notat quòd maior eſt pœna ſuccidentis, quam ſcapellantis. Eſt autem ſcapellare, truncare. Inde naſus ſcapelletur in iiſdem ll. tit. de fur. l. de latroc. Ac eodem iure.

Succidere, & ſcapellare diſferunt.

Si quis tranicem de vite aliena inciderit componat medietatem ſolidi.

Scholium.

LEgendum eſt, *traducem*, non autem tranicem, nam apud Varronem lib. 1. de re ruſt. cap. 8. & Bud. prior. annot. in pandec. pag. 606. de traduce, & quæ ea ſit habetur. Vbi ex arboribus in arbores traductis vitibus vinea fit, quas traduces quidam rumpos appellant.

Emendatur litera l. longob.

Alia cauſa eſt illius: qui vitem alterius ex fundo in ſuum vi, vel clam detraxerit, ibique coaluerit, namque vtile eſt Domino vitis interdictum, vt in proprium fundum, vnde fuit deprehenſa reducat? eſt tex. in l. ſi vitem D. quod vi, aut clam.

Rumpus pro traduce.

Scire autem nos oportet, hoc in regno contra vinearum inciſores, nec non cæterarum arborum fructiferarum iuſtitiarij ſpecialem eſſe cognitionem, quod Federicus Imperator definiuit,[c] huiuſmodi crimen inter capitalia connumerans. Qua tamen pœna[d] non tenetur is: qui palmitem ſolum præciderit, quoties eo præciſo de viua radice poteſt alius pullulare.

Vinearum & arborum inciſores capitaliter puniuntur in regno.

c Tit de offi. iuſtit conſt. iuſtitiarij nomen.

d In Summa concil. Ataniæ ca. 14. f. 106.

Illud quoque notatu dignum,[e] eſt in adagio (*propria vineta*) in eos: qui à ſe ipſis in mordendo, ſiue carpendo inceperint ex Horatij vulgato crimine.

Ut vineta egomet cadam mea.

Propria vineta cædere adagium.

e Ex lib Adagior. f. 177.

Nam, & vinearum Domini, & poſſeſſores callidè interdùm proprias vites ſuccidunt, vt in cenſu, & collectis mentiantur paupertatis ingenium, ad cenſus, ſiuè collectæ impoſitæ diminutionem: qua tamen malitia, & calliditate non releuantur, tex. eſt in l. 2. C de cenſibus, & cenſit. lib. 11.

Fraus domini ad cenſus diminutionem.

Itaque aſſerentes, vel id caſu factum, aut ex cauſa excidiſſe, quia pro copia, & recuperandis fætibus, non vt ſterilitate, vel inopia cenſum euitarent, cauſam probare tenentur, tex. in d l. 2. in fine, & apertius in l forma §. ſi vites mortuæ D. de cenſib. vbi gloſ. & dd. notant.

C A P. IX.

De vitium pedamentis.

VBi in adminiculandis vineis pedamentis vtuntur, quorum tria genera Varro.[f] explicat. lex 12 tabularum occurrit, quæ neq; ſoluere, neq; vendicare tignum, quamuis furtiuum vineis iniunctum permittit, ne ſub hoc prætextu vinearum culturæ[g] turbentur. Pariterque in Longobard. duo ſunt capita ſub titul. de furtis.

Vinea pedamẽta rapiens punitur.

f Lib. 1 de re ruſtic refert Bude & Alciat. in l pall de verb & rer. ſignif

g l. 1. de tign. in unct. quem io ſi ex Pomponio Feſto ll. 3[?] meminit Z. ſua in ll. 12. tabul.

Si quis vitem expoliauerit, ideſt adminicula tulerit.

Supra 3 1 1. aut 1 1 1 1. ſit culpabilis, ſolid. v1.

Si quis palum de vite aliena tulerit componat ſolid. v1.

Digitized by Google

Contra immitentes ignem,

Adimentes vineam quomodo tenetur pro igne immiſſo.

DE eo verò: qui in ſtipulam ſuam, vel ſpinam comburendæ eius cauſa ignem immiſerit. Et vlterius euagatus, & progreſſus ignis alienam vineam læſerit, ita diſtinguit Paulus.[a]

Num imperitia eius, aut negligentia acciderit. Nam ſi die ventoſo id fecit, culpæ reus eſt. in eodem crimine, & qui non obſeruauit, ne ignis longius procederet. At ſi omnia: quæ oportuit, obſeruauit, vel ſubita vis venti longius ignem produxit, caret culpa. Quòd ſi per ſeruum id acciderit, diſtingui ſolet, quia aut poteſt Domino dari culpa, & tenetur ſuo nomine, aut culpa caret, & tenetur noxaliter ideſt nomine [b] ſeruorum. Pariter dic in eum, qui [c] arbuſtum incenderit.

Sed ne mireris ingenioſe lector, tam variè aliquando legibus ſancitum; quoniam, vt inquit Claudianus [d] in tractatu de pœnis, euenit, vt eadem ſcelera, in quibuſdam Prouincijs grauius plectantur, vt in Aphrica meſſium incenſores, in Miſia vitium.

Scelera non eodem modo vbique puniuntur.

Sed qui aſtu .i. malitioſè id ageret, vti nocturnus depopulator puniendus eſſet, nec ſi ad eccleſiam confugeret eius immunitate defendi poſſet.[e]

a l. qui occiderit, §. in hac q. D. ad l. Aquil. Veron. de ſeruit. ruſtic. pradi. c. de igne n 6.
b l. videamus cũ contrar. ibi ſignatis per gl. e ſuo nomine. & ibi Albet Rnſa. D. loca. & cond.
c l. ſi ſeruus ſeruum. § ſi quis igitur ad l. Aquil
d l. aut facta §. euenit D. de pœn.
e Oldrad. conſil. 154. Pet. Rebuff. in conſtit. reg. Franc. de immunit. eccl. artic. 8. gl. 2. n 25.

Scholium,

DVas Myſias ponit Ptolomeus, non tamen aliqua ob vina laudatur, ideo verior ne textus de Nyſa ſit intelligendus: quæ Vrbs fertur Arabiæ, apud quam Bacchus educatus à Nymphis fuit ſecundum Diod. Siculum hiſtor. fabulos. lib. 4. vel vt refert Strabo à libero Patre condita ſub radicibus montis, quem Meron incolæ appellant. Sed, & Pomponius Mela de ſitu orbis 3. cap. 7. de hac quoque meminit in India, & C. Plinius lib 6. cap. 21. & Martial. Epigram. lib. 1. de Veſbio monte.

Myſia vel Nyſa dici debeat in text.

Hac iuga, quàm Niſa colles plus Bacchus amauit,

Remedia ignis extinguendi,

Centones ad ignem extinguendum.

VEgetius lib. 4. præcipit ne immiſſo incendio vineæ concrementur, eas centonibus ideſt veſtibus groſſioribus, ac vilioribus ex pannis in vnum conſutis debere extrinſecus operiri; quorum vſus apud veteres frequẽs ad ignem arcendum fuiſſe traditur, & Vlpianus [f] Acetum, inquit, quod incendij extinguendi cauſa paratur. Item centones,

f l. quæſitũ, §. acetum de fundo inſtruc.

Vineas non euelli propter delictum Domini.

Vineæ non euelluntur pro domini crimine.

IN Regno Neapolis ſcitu quidem dignum eſt eorum, qui immaniter deliquerunt Vineas euelli minimè debere, extareque de hac re capitulum, teſtis eſt Antonius Capic. deciſ. 130. numero 72,

CAP. X.

De tutela fructuum.

Fructuum vineæ cuſtodia.

SPecialiter aĩt ad tutelã fructuum noſſe oportet, ſolere Vinearum Dominos vel ſingulos namque vnicuique licet in ſuo agro ſaltuarium conſtituere, [g] vel vna ſimul cuſtodem ponere, ſiue vt in legibus [h] appellantur, ſaltuarios vuis maturescẽtibus ad vindemias, ex quo tempore præcoques, biferas, ſiue primas ficus legimus. Sunt enim plurima intra vineas ficeta: quorum vmbris non lædi vites autumant.[i] Succidunt tamen altè, ne illæ ſcandant iuxta Marci Catonis[k] præceptum, Et cogitaui aliquando ſuper verbis Iſaiæ Prophetæ, ca. primo, ibi *derelinquetur Sion, vt vmbraculum in vinea* eſſe propriè quod ſaltuarij conſtruunt in ſpeculis ad vuarum cuſtodiam, & collectis vuis derelinquunt. Nam, & in Sacra pagina mentio eſt eorum: qui cuſtodiunt fructum vineæ, & pro cuſtodia recipiunt ducentos argenteos Cant. 8. Ac inter expenſas; quibus fructus diminuuntur eſt ipſa cuſtodia: cuius expenſa deducitur, Bald.[l] & Catel. Cot. verbo fructus, atque pro cuſtodis mercede clericos, & eccleſias teneri, ſubijcique ſeculari poteſtati ſine occaſione cenſuræ dd. tradunt: quos ſequitur Bouad. lib. 2. Polit c. 18. nu. 294. verſ. Fallit. 20.

g Bart. Caſſan in conſuet Burgũ. des iuſtices. § 6 nu. 59. & ſeq
h l. quæſitũ, §. quæſitur de fundo inſtruc l ſi q legatus § do mino proprietatis de vſu & habit.
i rum quæſitum, § penũ. dij de legat 3.
i C. Plin li. 17 c. 18.
k de re ruſti. cap. 10.

Vmbraculum in vinea.

In expenſa pro cuſtodia etiam eccleſia ſtare tenentur.

l Bal in l 2. de fructi & lit expenſ.

Si quis igitur maturas vuas decerpſerit, excepta cauſa ſimplicis æſus,[m] antequam à cuſtode prohibeatur furti tenetur. quinimo nocturnum depopulatorem, ſeu fructuum, vel vinearum vaſtatorem, ſiue is miles, ſiue priuatus ſit homo, licet propria authoritate[n] occidere Moſis autem lege de hac ipſa re ita cauebatur, Deuter. c. 23.

Capiens vuas è vinea non ſemper furti tenetur.

m Veron de ſeruit. ruſti. pradi. t de meſſe & vindemia.
n l 3. ubi gl. C. quando lic.

Ingreſſus vineam proximi tui comedes vuas quantum tibi placuerit, foras autem ne afferas tecum, idque maximè admittitur neceſſitatis tempore.[o] Quoniam verò hæc lex receſſit, obſeruabis quæ habentur, & notat Abb. Panorm.[p] qui excepto caſu neceſſitatis contradicit Floriano[q] tenenti ſtatutum contra damnum dantem non habere locum contra comedentes alienas vuas cum vtatur, inquit Florianus ad vſum deſtinatum; Sed Abbatem alij ſequuntur: quos meminit Io. Ant. de Nigris.[r]

o Hierony. Cagnol. in a gul iuris, quæ propter neceſſitatẽ.
p c ſi in fruct. de iniur. & dãno dato.
q In l. qui occidit, § ſi quis a ientũ. ad leg Aquil.
r Ioc. regni, ad hocquod noſtrorum, nu. 115.

Cum autem communi iure quantum æſui ſufficere poſsit minimè dicatur, appoſitè hic inſerendum duxi caput legis Longobardæ titul. de furtis.

Si quis ſupra tres vuas, ideſt vuarum botros de vinca aliena tulerit, componat ſolid. VI. Nam ſi neque tres tulerit nulla ſit ei culpa. Aduerſus hos fures variè tamen conſtitui ſolet, ideo ait Cagnolus,[s] *quod ruſtici vuas exportantes trahuntur per plateas vuis ad collum dependẽtibus.* Seruatumq; ex ſtatuto Tergeſti affirmat Hippolytus[t] Bonacoſſa: Monopoli verò ſtatutum eſt punitiuum in ære: poſſunt enim municipes ita ſtatuentes prohibere alterius poſſeſsionis ingreſſum ſub pœna pecuniaria, vt probat idem Bonacoſſa[u] poſt Amanellum. Sed quod vigore ſtatuti diſponentis contra damnum dantes in alterius prædijs, comedens de fructibus non poteſt accuſari per

Pœna aliquorum furum vuarũ.

s Cagnol. in d. regula.
t Bonacoſ. q. c tim. verſ. inſtanti.
u Bonac. ibidem verſ. municipes poſſunt. & iſt¹ repetitũ in verſ. regulariter.

domi-

dominum prædij, vel campatium, vult Florian. per illum textum qui occidit §. ſi quis alienum ad leg. Aquil. ſequitur Iaffred deciſ.97.

Vindemia æſtimatio pro damno dato.

Cum verò quis vineæ fructus, ſcilicet vuas, & pendentem vindemiam conſumpſerit, quomodo facienda eſt æſtimatio, vt damni refectio ſequatur, ex quo fortaſsè grandine, vel alia peſte illi fructus periјſsēt, optimè determinat Io:[a] Andreas quem Ancharanus ſequitur in contractu de decimis ex can. commiſſum.[b]

Limitatur ex cauſa belli.

Eſt quoque ſingulare dictum Ioannis Andreæ, ſi occaſione belli iuſti inter Principes deuaſtarentur vineæ, vel ſegetes, non ideo grauata eſt deſtructoris conſcientia reſpectu decimæ, quæ Prælatis debebatur. Quam concluſionem commendans Albericus de Roſ. alibi ſe non legiſſe fatetur.

Furantes plures vuam modicā quo ſunt tenentur reſtituere & quomodo.

Nec omittendum duxi quod, & ſi pro modica vua è vinea decerpta non ſit crimen eius: qui accepit, vbi tamen plures vineam ingreſſi ſunt, licèt quiſque modicum acceperit eo caſu mortale crimen committeret, non tamen tenetur ad totius damni reſtitutionem, niſi ipſe cauſam dediſſet illati damni conſilio, vel auxilio ſecundum ſummiſtas, & alios relatos per Couar.[c]

An ſtetur iuramēto damnum paſſi.

Quantum præterea ad vuarum attinet furta, quoniam pro eo: quod intereſt etiam tenentur fures probato furto, de æſtimatione ſacramento damnum paſſi ſtabitur.

Dixi probato furto, quoniam pro furto probando non ſtatur iuramēto[d] ſicut ſtari ſolet pro damno dato iuxta formam ſtatuti. Alex conſil. 31. alias 269. incipit requiſitus vol... vt cum allegat Rob. Maranta in ſuis ſingul. verſic. furtum fol.42.

Statutum contra intrantes alienas vineas.

Statutum puniens intrantē vineam alienam, non procedit[e] contra intrantem, Domino vineæ conſentiente. Quid verò cum quis vineam mortuo Domino ingreditur: cuius hæreditas iacet[f] an hæres deinde adeundo ad pœnam aget? quod negat Bart. adde proxime verſ. ſtante ſtatuto.

Fur an excuſetur ob domini licentiam.

Sed num excuſatio proſit capienti alienas vuas, quod vineæ Dominus teſtatur conſenſiſſe, cum non niſi inuito Domino furtum dici poſſit? & non prodeſſe de conſuetudine ſequentem Domini proteſtationem, ſi modò voluntatis coniecturæ deſint, dicit Angelus[g] poſt Bart. propterea plurimum in his iudici arbitrium valet.[h]

Furti probatio ex pedum veſtigiis.

Et notatu quoque digniſſimum videtur Alberici de Roſate[i] dictum aſſerentis quendam iudicem cōdemnaſſe furem ad veſtigia pedum cognitum, remanſerunt enim ſigna vbi vuarum furtum commiſſerat, eo quòd terra erat humida. Itaque ducto ad locum reo, formaq; pedis concordata illum condemnauit.

Qui verò cum vuarum furto in vineis comprehenditur furti manifeſti tenetur,[k] nec habet dubium, attamen memorabile illud eſt, quod de Alphonſo Calabriæ Duce Ferdinandi primi filio legitur[l] pro racemo, ficuque inuitis Dominis, ſubtractis, militem ſuſpendi iuſſiſſe, nec miſericordiam implorantibus fuiſſe locum.

a Io. Andr. ad Speculat tit de iniur. §. ſequitur verſ. ad quod modo
b pro ſingulari & refert Petr. de Rauen. in com pend. tit de decim.
c Variar. reſol. c. 3 n. 17. libr. 1. vide Odoffred in l. ſi ingrū. D de vi publ.
d l. ſi quoniem C. de ... l ſemper §. in hoc intead ... D. quod ei aut eum.
e Bald. in l. quamuis. de in ius voc. vltima lectura.
f Bart. in l. ſi ex re §. illud de ſtipul. ſeruor. Bonacoſ. q. crimi nal. verb in ... ate.
g Angel. in l. inter omnes § rectè n. 5. de furtis poſt Bart. ibi. quem communiter ſequuntur ... Iul. Clar. §. furtum verſ. item: ... cuſatur.
h Iacob Menoch de arbitr. iudic lib. 2 cent. 3. c. 298
i in l indicia C. de rei vēdic.
k Marc. Ant. Biand. de indicijs n. 416. verſ. ſorma p. ... diis.

Alfonſi Calabriæ Ducis crudelis pœna.

Quòd ſi quis crudas vineas ideſt acerbas vuas deſecuerit, vel in terram maturas proiecerit, vt effunderentur legi Aquilæ locus eſt.[m] Sed ſunt aliquæ factorum ſpecies, vbi neque furti, neque legis Aquil. Agi poteſt.[n] puta ſi hæres ante aditam hæreditatem fructus immaturos ab eare decerpſerit, cuius vſusfructus alij fuerat legatus.

Actio legis Aquiliæ pro vuis immaturis vel in terram proiectis.

Stante ſtatuto, quo per introitum in alterius vineam pœna ſoluatur Domino caſtri, quid ſi caſtri Dominus licentiam intrandi dederit, is; qui ingreſſus eſt: cui pœnam ſoluet, dic Domino vineæ. Alex. poſt Bal. & Angel. in l. ſed ſi hac §. præſertim D. de in ius voc.

Statutum in ingredientes in vineā alterius.

Regulariter cum furtum vuarum leue delictum cenſeatur, & pœnæ ſtatutariæ non ſoleant eſſe graues, inuenti cum vuis ſubtractis abſque ſententia poſſunt puniri. ideo teſtatur Angel. in l ædiles D. de via publ. & itin. publ. infinitos furantes vuas vidiſſe cum vuis ad collum duci per plateam ad catenam Baiard. ad Iuli. Clar. q. 8. nu. 14 & ſupra quoque dictum eſt.

Furtum vuarum leue delictum.

Platonis lex.

Non eſt ſilentio prætereunda Platonis[o] lex quomodo ficus, vuaſque ſolummodò quæ condi non valent guſtare liceat, eas verò, ex quibus paſſæ vuæ, & vinum, & caricæ fiunt, minime; ita enim inquit. *Qui vuas, aut ficus de ruſticis fructibus antè vindemiæ tempus guſtauerit, quòd cum Arcturo cōcurrit 50. dragmas, ſi de ſuo agro collegerit Dionyſio dedicandas perſoluat. Sin à vicinis acceperit minam. Sin ab alijs duas minæ partes. Vuas autem ficuſq; quos generoſos nominamus, neque cōmodè recondi poſſunt quomodo, & quando velit, ſi ſua hæc ſunt colligat.*

Via refectio in vineis communi fit expenſa.

Denique Noto vias inter vineas plurium dominorum, quia vicinales ſunt, refici oportere eorundem poſſeſſorum expenſis. dicit Iacob. Rebuff.[p] ſunt enim & fructus communes, Summo Deo Laus, ac Beatæ Virgini.

l Auguſt. Niſi Sueſſan in opuſcul. de ... fonis li. 2 c fin. vide de quibuſdā immanibus ducibus Rōmanum lib. de immunitate ad Hieronymum C. bonum.
m D. ad leg. Aquil. l. ſi ſeruus ſeruū § ſi oliuam.
n Albert. in l. ſi vſusfructus legatus D. de vſuſf. quem in id a legat gloſ. Pariſ tit. 8. § 1. gloſ 2. verſ. fatetes fruct nu 11. & vide gl t. in l. penult. de vſuſf. legat.
o l b 34. Dialog. 8.
p in l. in omnibus. C. de curſu publ. lib 12

CAP. XI.

Aduerſus animalium Dominos vineas damnificantium.

Canes damnum dātes in vineis non dantur pro nox.

REdeo ad ſtatutum prohibens paſcua in vineis, cuius pœna non poteſt commenſurari fidæ, ſiue affidaturæ: quæ nullo modo fit in vineis, habetur tamen ratio damni iuxta ea, quæ notauimus ſuperiore libro prima par. vbi de fida, & diffida diſſeruimus, itaque de pœna, & damno agitur quo ad ipſas vineas, & eſt notabile, quod & ſi paſtores non immiſerint pecora ad vineas damnificandas, non parum damni accipitur à canibus paſtoritijs, & villaticis in vuis, quo caſu Maxil. Baren. in conſuet. ſi animal in hominem aduertit nō liberari dominum canis pro noxa canem dando vineæ domino, ſed damnum emendare debet, niſi canis in damno fuerit occiſus per vineæ cuſtodem iuxta illam conſuetudinem: quæ incipit cum animal in hominem.

Pro animalibus, quæ pauperis fuerunt damnum quomodo emēdatur.

Quod verò attinet ad ipſa pecora damnum dantia, vt ijs non ſit locus noxali actioni iure Roma-

Romano, verum oporteat damnum emendari ex l. Longobard. vt dicit gl. Caroli in l. de quadrup. titul. de paup. & Maxilla in d. conſuet. in princ. qui ponit exemplũ, ſi animalia damnum dederũt in agris, vel in vinea, vſu receptum eſt, ideſt ius longobardum ſeruari reſpectu damni emendationis, ſed, & pœnam ſolui ex vi ſtatuti, q̃uis non ſit ex l. ſiue Romana, ſiue longobarda, quæ pœna non exigi debet anteq̃ damnũ emendetur in terminis regiæ Prag. & ſi damnum non eſſet æſtimatum, vt Io: Aloy. Ricc. in collect. deciſ. 103. 1. par. qui etiam notat in locis Bannitis pœnam deberi, quamuis damnum non ſit acceptum in iſtis locis cuſtoditis, verũ moderari iuxta deciſ. quam meminit Anna ſingul. 138. & ſequitur Capiblanc de Baronib. prag. 8. nu. 180, idque diximus eo. lib. de paſcu. non ſemel.

PARS SECVNDA QVÆ CONTINET Vineæ culturam.

C A P V T. I.

Vinearum cultura.

Standum de vinea pignorata exponitur.

SI quis vineas, vel oliuas pignori acceperit à debitore, medietatem fructuum imputabit ſibi pro cultura, & cura, & altera medietas pro rata debitum extenuabit.

Pignus magis præſumitur q̃ in ſolutum datum.

Quid ſi nõ appareat, rem in pignus traditam, contendat verò creditor ſibi inſolutum datam? dic videri potius pignus. Matthe. & Affl. deciſ. 373. fuit determinatum, ideo fuiſſe admiſſos filios poſt 40. annos, impetratis literis aduerſus præſcriptionem ad vendicandum fundum tamdiù poſſeſſum à creditore ex cauſa paterni debiti, teſtatur Petr. Rebuf. & bene notandum putat in 2. tomo conſtit. Franc. de præcon. licit. artic. 1. gloſ. 1. nu. 3.

Creditor tenetur in ſortem fructuum ratam imputare.

Valde congrua hæc eſt conſuetudo, quæ partim concordat iuri ſcripto tam ciuili, quam canonico, partim etiam ſupplet concordat in eo: quod creditor tenetur in ſortem imputare fructus: qui ſuperſunt ex re pignorata, l. 1. & 2. C. de pignoratit. actio. de qua materia latius per Canoniſtas in c. cum contra extr. de pignor. cap. 1. & 2. c. conqueſtus de vſuris. Supplet; quoniam exprimit, quæ rata fructuum cadit in extenuationem ipſius ſortis, & quæ pro cultura, & cura efficitur creditoris. Idque maiores noſtri prudentiſſimè cognouerunt perpendentes omnes ſumptus: qui in ipſas res neceſſarii fiunt, & pro fructibus colligendis, per quod nec quæritur inter debitorem, & creditorẽ quæ, & quales fuerint expenſæ, an ſuperfluæ an conuenientes, de quibus l. in fundo D. de rei vendic. cum cõcord. per gloſ. & Doct. in d c. 1. verſ. deductis de vſuris. ad d. l. in fundo latè Io. Garſ. trac de expen. c...

Quæ autem expenſæ fructus extenuent, & quid ſi pro re tributum ſoluitur, deciſiuè vide per Afflict in deciſ. 252.

Nouiſſimè per Antoni. Corduba in l. ſi quis à liberis §. ſed ſi filius nu. 36 & 37. de lib. agnoſ.

Fructus rei melioratæ quomodo.

Et quid de fructibus rei melioratæ quomodo cum expenſis computandi Affl deciſ. 87. nu 6. & 7. omninò videndus Hieronym. Gabriel. conſil. 151. incipit clariſſimum eſt vigore ſententiæ nu. 9. Et quia diſtinguitur bona ne an mala fide quis vites plantauerit, vt fundum melioraret ideò in malæ fidei poſſeſſore, vt nõ teneatur ad fructus, qui ex vineis vberiores percipi potuerunt diligentiſſimè aduertit Angel. in l. cxterum D. de rei vendic. quem ſequit. capic. deciſ. 93. n. 10. vbi agit ipſe Capicius etiam de bonæ fidei poſſeſſore, & quomodo ſint huiuſmodi meliorationes, quæ in plantandis vineis factæ ſunt taxandæ, dicit quoque Vrſillus ad Affl. d. deciſ. 87. nu. 7. nouiſſ. Io. Garſias poſtea viſus. tract. de expenſ. & melior.

In fide poſſeſſore ... remiſſ.

Creditor vtrũ in pignore ſecundum ſtatutum, nõ poteſt cogere debitorem vt redimat.

Sed quanto tempore expectabit creditor, vt ſibi ex illa fructuum medietate ſatisfiat? vide eleganter loquentem Angel in l. ſi fideicommiſſum §. tractatum D. de iudicijs. vbi quòd cum obligatio coarctatur ad certos fructus abſque limitatione temporis expectãdum eſt, vt ex futuris ſequentium annorum fiat ſuppletio.

Quod de Vinea ſtatutum eſt accipiendum de aliis fructibus arborum: quæ in vinea ſunt.

Quæro dicit conſuetudo, quòd medietas fructuum cedit ad commodum Domini, an ſit intelligenda etiam de fructibus aliarum arborum: quas fortè in vinea plantauit creditor? dic quod ſic ex dictis per doct. & præſertim Angel. in l. certo generi in fine D. de ſeruit. ruſtic. præd. vide infr. in quæſti. Vindemi. verſ. 8. promiſſio ruſtici. De fructibus verò arborum pignori datarum nequaquam dubitatur, cum ad literam decidatur in allegato c 2. de vſuris.

Idem de terra vacua propè vineam.

Quid ſi in Vinea pignorata eſt quædam pars vacua, ideſt vbi nullæ vites conſitæ ſunt, quem locum vulgares noſtri appellant meſolam, quaſi ſolam relictam ſine vitibus, an ſi creditor ſerit bladum cedat medietas integra Domino, ſicut dicitur in vinea, & fructibus arborum? dic ſpectandam eſſe aliam cõſuetudinem, quam licèt non habeamus ſcriptam, habemus tamen præſcriptam, & eam bene norunt ruſtici: qui attenta qualitate fundi faciunt reſpondere Dominis de octaua, vel decima parte frugũ, & quandoq; vſque ad medietatem, vbi fortè fuerunt culturæ, vt ipſi dicunt, & terra eſſet pinguis, & ſic concludo per dictum notabile Odofredi in d. l. certo generi, ibi certè recurrimus ad conſuetudinem, adde Carrocium de locato, & conduc. c. de palea, & oliuis nu 10 & 11. qui loquitur de locatione vineæ, vbi ſunt oliuæ, & debent pariter diuidi, ſicut vindemia, ſed vbi oliuæ sũt, quæ non coluntur: quibus vtimur pro paſtura, vt in ſylua, vel in extrema parte vinearum, & pariter colonus diuidet cum domino, quia lucrum, & danum debet cum domino diuidi l. cũ duobus §. in coeunda, pro ſocio l. diuortio §. quod in ſemente ſolut. matrim.

Pergula an veniunt app. pomorum.

Pone quod debitor vineam pignori dedit, ſed poma excepit, & ſibi reſeruauit, an, & pergulæ vuarum quaſi poma videantur exceptæ? decidit I.C. in l. qui fundum, vbi gloſ. & Odofred. in pergula exemplificant D. de verb. & rer. ſignif.

Quærò quòd debitor dando prædium in pignus, iurauit non inferre moleſtiam creditori,

donec

Digitized by Google

c. ad noſtram. de iur. iur. de comp. ſat. nō opponenda quid ſis vult.

donec ſolueret, an poſſit opponere compenſationem ratione fructuum perceptorum per creditorem in prædio pignorato? videtur tex. c. ad noſtram de iur. iurand. negare compenſationem propter vim iuramenti. Sed ibi communiter intelligunt, ideò non poſſe opponi compenſationem, quia videtur tacitè iuratum fructus: quos ſciebant creditorem percepturum non petere ſiue non compenſare, niſi ſoluta pecunia, qu'aſi iuramentum ſit ſuper compenſatione interpoſitum ad illam ſuſpendēdam, niſi prius ſoluatur debitum, vt per Abb. ibi, & alios: quos ſequitur, & comprobat Octaui. Cacher. deciſ. 92. n 27 & ſic omnes ſentiunt regulariter non obſtante iuramento compenſationem opponi poſſe, cum hoc caſu breui poſſunt fructus percepti liquidari. Vnde eſt ac ſi de liquido ad liquidum fieret compenſatio iuxta l. fin. C. de compenſati. per Affl. deciſ. 121. Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 1. caſ. 14 vide latius Cacher. & hoc caſu videntur fructus ex conſuetudine liquidari, quo ad medietatem, quantitas autem perceptorum debet oſtēdi per creditorem: qui tenetur rationem eorum reddere, & niſi reddiderit, videtur per ipſum ſtare, & ſic non eſt impedimento, quin opponi poſſit compenſatio ex dictis Bar. in l. amplius non peti. verſ ego puto D. rem ratam hab. de quo tamen videatur Viu. commun. opin. verb. compēſatio. ver. iuramentum judiciale, & verſ. promittens ſoluere.

C A P. II.

Pro cultura, & cura.

Ager incultus vitio cedit poſſeſſoris.

SVmpra occaſione ex verbis cōſuetudinis latius agēdum propoſui de ipſa vinearum cultura hic, cum aliàs & de cura, ſiue tutela diſſeruerim rei ruſticæ præcepta ex veterum obſeruatione oportunè tradendo ne arguat nos aliquis, ex prouerb. Salomonis 24 Per agrum hominis pigri trāſiui, & per vineam ſtulti, & ecce totum repleuerunt vrticæ, & operuerunt ſuperficiem eius ſpinæ.

Creditor tenetur de dolo & culpa.

Ergo cum medictas fructuum vineæ pignoratæ capiat creditor pro cultura, & cura, debet eſſe diligens in ea colenda, nam tenetur de dolo, & culpa leui D. de pignor. action. l. ſi cum venderet §. venit, & l ſeq. l. ſicut, & ibi notat Bald. C. de pignor. & ſi malæ fidei. poſſeſſor ſit qui vineam extra conſuetudinem patrisfamilias coluit litis æſtimationem pro deterioratione pati debet, l. ei. qui §. cū pr̨edia D. de petit. hæred.

Ab eruditis colenda eſt vinea.

Neque cōmittet imperitis ipſam vineæ culturam, id enim notat Bart in l. 1. C. de mācip. & colo. patrim. libt 10. contrà colonos: qui faciunt cultiuare vineas per ineruditos. Quia ſi predia ex hoc ſint effecta deteriora, imputatur eis, & propterea tenentur Dominis, ita Bart. ſicut etenim diligenti cultura precia prædiorum ampliantur, ita ſi neglig: ntius habita ſit, minui ea neceſſe eſt, vt inquit Caliſtratus in l. non intelligitur §. diui fratres D. de iure fiſci Ratio autem culturæ, & curæ facit, ne reſciſſo contractu ex cauſa læſionis per l 2 C. de reſcind. vend. teneatur emptor ad fructus, quos interim ante litem percepit. Hier de Cæuall. commu. opin. qu. 736 nu. 11. par. 3.

In vitæ cura labor, & ars requiruntur.

Certè inter plantas: quæ artificio nimio, nimioque labore indigent, præcipua eſt vitis, nāque felices inſulas haud incolimus.

Horat lib. 5 carmi. ode 16.

Reddit vbi cererem tellus inarata quotannis,
& imputata floret vſq; vinea.

Felicium inſularum fertilitas in terreſtris paradiſi ...

Nec paradiſus adhuc incolitur: de quo fertur Homerus ſenſiſſe, ſiue eius imaginē deſcripſiſſe in hortis Alcionij: quos ſemper virere dicit. Pirus poſt pirum ſeneſcit, & malū poſt malum, & vua poſt vuam, & ficus poſt ficum. Hic ei ſata eſt fructuoſa vinea, cuius altera area in plano loco ſiccatur Sole, alias autē vindemiant, alias calcant; refert Thomas maluenda de paradiſo terreſtri cap. 12. ſimile quoddā refert. C. Plin. hiſto. lib. 18. c. 22. de ſumma fertilitate, & biſera vite in quadam ciuitate Africæ bis anno vindemiari, ac ſub vite ſeri frumentum mox legumen demum olus, omnia eodem anno.

Sæculum aureum deriit, vel nunquam fuit.

Neque aureum redijt ſæculum à Marone expectatum, ac fruſtra ſperatum, quo inquit ipſe

Molli paulatim flaueſcet campus ariſta
Incultiſq; rubens pendebit ſentibus vua.

Noe terram exercuit & vitem plantauit.

Igitur deprauata vitijs tellus è vineis non ante fructum ſuum reddidit, quam Noe vir agricola illam exerceret, & vites plantaret. Vnde ab antiquis Ianus appellatus eſt, Armenia lingua vitiferum, vel viniferum ſignificans. Beroſi teſtimonio antiquit. lib. 3. Et hic primus in latio. vinearum cultura tradidiſſe fertur. Alij *Squinum* authorem faciunt Oenotrij Itali à vinorum inſtituto, & cultu ſunt cognominati. Alibi alij Dyoniſio id tribuunt, quem propterea bis à Ioue natum aſſerunt, quoniam vites Deucalionis tempore vna cū cæteris arboribus diluuio ſint aſſumptæ, deinde iterum exortæ. Terra primum in India ſua ſponte vites ferente Dionyſium orbem cum exercitu præambulantem, & vitam plantare, vt ex racemis vinum torculari, ex quo ipſum lenæum appellant, educere moſtraſſe ſecundum Diod. Sicul hiſt. fab. lib. 4 & 5.

Sub Deucalione vites & cæteræ arbores aquis diluuij aſſumptæ.

Saturni inuentum vitis in Italia.

In Italia, Virgilius Saturno vitis inuentū tribuit, quem ideo vitiſatorem appellat, ſcribunt alij apud Aegyptios primum vitem inuentam. Alij in Aetolia. ab Oenea putant alij, vt eſt videre apud Celi. Rodigi. lectio. antiq. libro 16. capit. 3.

Vitium germina è gigantum ſanguine.

Sunt etiam qui dixerunt Aegyptiorum fide Gigantum à Dijs interfectorum ſanguine humi profuſo vitium germina pullulaſſe, & ſic è ſanguine vites ipſas enatas, quod refert Nicolaus Leonic. de varia hiſtoria lib 2. cap. 22.

Vinū & vuæ hominum induſtria comparantur.

Et ex his intelligi facillimè poteſt vinum, & vuas fructus eſſe induſtria hominum comparatos non ſuaptè natura, vide quæ notat Iacob. Menoch. de arbitr. Iudi. Centur. 3. libr. 2. caſu 250. nu. 21. diſtinguens vuas à vino.

Vites biferæ labore ...

Atq; cum labore vinitoris quibuſdam in regionibus vites eſſe biferas. vt apud mare Smyrnæ notat Varro de Agricul. lib. 1 cap. 7. & alibi

alij.

Digitized by Google

alij. quos refert Hierony. de Cæual. q. 248. commu. contr. commu. nu. 3.

Domitianus vetuit vineta nouellare.

Tam grata quidem res mortalibus. vt id de Domitiano inſuper ſcriptum reliquerint Sueto. in eius vita, atq; alij. quos meminit Couar. practi. quæſti. cap. 37. num. 4. verſ. ſic denique cum exiſtimaret nimio vinearum ſtudio arua negligi, indeque frumenti penuriam exiſtere edixiſſe, quis in Italia nouellas plantaret, vtq; à prouincijs ſucciderẽntur relicta vbi plurimum dimidia parte, ſed nec exequi decretũ ſuum perſeuerauerint.

Licurgus Rex ſtatuit vineas extirpari.

Verum, & ante Domitiani tempora legitur licurgus Thraciæ Rex legem tuliſſe extirpandarum vitium, atque exinde dediſſe poetas locum fabulæ, dignè ſcilicet authorẽ legis à Baccho punitum. Itaque Ouidius lib. 4. metamor. Bacchum alloquutus.

Penthea tu venerande bipenniferumque
Licurgum.

Vinearũ extirpatur ſacrilegus.

Sacrilegos mactas.

Horat. lib. 2. carm. ode in Bacchum.

Fas, & beatæ coniugis additum
Stellis honorem, tectaq; Penthei
Disiecta non leui ruina
Thracis, & eximium Lycurgi.

Idque aperuit Frocaſtatorius Philoſ. & Medicus lib. 1. de intellect. vt reliquos omittam,

Senſit Lycurgus vitibus impiam.
Auſus ſecurim immittere.

Ac nouiſſimè Conſentini extat carmen in lib. de colotibus c. 8.

Cęderet immerita vitis dum crura cæcidit,
Ipſe ſua; & dira cede Lycurgus obit.
Vnde prius viridis iubet hoſtis ſparſa cruore
Illæſo vitis ſtipite, & vlta nefas.

Romæ vinearum vſus ſerò, poſt ſic agrorũ.

Vinearum vſum ſerò ad Romanos veniſſe, qui primò, vt neceſſe erat, arua tantum coluere. dicit C. Plin. hiſtor. nat. lib. 18. cap. 4. Gallis autem, Hiſpanis, & Britannis à Probo Principe factam poteſtatem ſerendæ vitis, & vini cõficiundi notant Flauius Vopiſ. & Eutropius in vita ipſius Probi, & Sabellicus Ennead. 7. lib. 7. & Couar. prac. quæſt c 37. nu. 4. hiſque addo Adrianum Turnebum in libel. de vino.

Gallorum expẽſæ plurimæ in vineis.

Hoc tempore Galli immenſi operis vineas excolũt, vt teſtatur Arnon. Ferron. in conſu. Burdegal. de feud. §. 20. vereturque ipſe Ferronus, ne Domitiano Cæſare opus ſit: qui vineas iubeat excidi.

Quibus propoſitis, ne quæ antiquitatis ſunt, penitus ignorentur, per neue nos lateat vites extrinſeco egere auxilio, carent. n. vi, vt penſe ipſas quam optimè ſe habere poſſint, ſi nulla cultura adhibeatur, dixit Cicero lib. de fin. bono. & malo. 5. ad rem proprius accedens conſidero. Vinearum culturam, vel deſeri, vel minus bene curari, ac vtroque modo vites iniurijs affici. Priore tamen grauius lædi. Itaque inſtruendi ſunt tam ruſtici coloni, quã Domini hi, quomodo dent, illi cum accipiũt, qua ratione curent. Super qua re Batenſes ſcriptam habent conſuetudinem in tit. de reg. iur. *qui pactus eſt vineas cultare ſatis eſt ſi ſcalciauerit, & ſcaricauerit. ſatis eſt*, quia colere obligatus non tenetur ſepes facere, vel foueas, nec ſpinis locum purgare. Alberic. de Roſat. in l. cum quæreretur §. prædijs D. de leg. 3.

Conſuetudo Bari.

Scalciare & excodicare Italorum vocabula in vineis fodiendis & ſcaricare pro putatione.

Scalciare autem eſt circa vitium pedes impedimenta effodere quòd Itali excodicare appellant ſecundum Pallad. de re ruſt. lib. 2. tit. 1. opus vineæ veteri periculoſum, ne radices, quas in ſummo habet inareſcant, dicit Colum. lib. 3. cap... contra nouellis vitibus vtilis ablaqueatio, & radicum ſumma terra præciſio, Varro libr. 1. cap. 29. & Theophraſt. lib 3. de cauſis plantar. cap. 11. vitulamina appellantur inutilia virgulta circa vitium pedes ſapient. 4.

Scaricare, ideſt vites putatione alleuare exonerare, quoniam docti putatores Sarmenta, & gemmas iuxta cuiuſque iugi habitudinem ſeruãtes reliqua bracchia falce acuta leuãt, quod, & dicitur extenuatio. de hac re Plin. lib. 17. hiſtor. nat. cap 26. facit quod notat Paulus de Caſtro. in l. & hæc diſtinctio §. cum fundum D. locati cõtra colonos: qui mblta capita dimittunt in vitibus, vt plures fructus vinea reddat. Nam cum per hoc deterioretur, & anno ſequenti oporteat taliter putare, vt nullos fructus ſit Dominus collecturus, ex locato tenebitur ad intereſſe colonus, ſequitur Iaſon in l. ſi quis nec cauſam §. 1. D. ſi certum pet. meminit Vincent. de Franch. deciſ. 96. Nam putare veteres dixere. vacautia ex quaque re, ac non neceſſaria, aut etiam obſtantia, & aliena auferre, & excidere, & putatorem: qui arbores puras facit. notat Catelli. Cotta in memorial. verſ. Argentum purum putum.

Coloni multa capita in vitibus dimittũt.

Cautio pro domino vineã cũ partiario.

Marcus Cato in ſua re ruſtica ſic breuius Dominum inſtruit, vineã, inquit, Redemptori partiario quomodo des bene curet fundum arbuſtum. Et nota quod, & ſi multas habeat partes ipſa vinearum cultura, vt mox patebit, tamẽ totius anni vnica cultura intelligitur. ideò dixit Bartol. in l. ſi pupilli §. videamus D. de negoc. geſt. geſtorem. qui fecit vineam Zappari, vel putari non poſſe in medio anni dictam culturam dimittere. Hæc Bartol.

Locum Catonis c. 137. ſimpliciter refert Barnab. Briſſoni. lib. 6. de formulis fol. 180.

Idem pro domino in ſtipulatum deducitur.

Speculator in tit. de locato ver. cæterum. cautius, & magis diſtinctè ponit quid Dominus à ſuo Colono ſtipulaturus erit cum vineam locat. ſcilicet eſt vt promittatur quolibet anno ſuis tẽporibus bene putare, releuare, & ligonizare, binare, purgare ipſam vineã, vbi opus fuerit propagare. Palis, perticis, atque iugis. Et ſepes, & foſſata manutenere. Sed quid ſi nihil de his dictum ſit, dic teneri conductorem nihilominus ſecundũ gloſ in l. ſi merces §. conductor in principio. D. locat. & conduct.

Putatio primũ opus vineæ culturæ.

Primum igitur, quod appetitur eſt, putare, & quidem rectè nã cum legẽ tulerit Numa, ne ex imputata vite vina Dijs libarent ratio creditur vt putare cogerentur C. Plin. lib. 14. cap. 12.

Quolibet anno, vitis namq; tonſuram annuam quærit, quoniam celeriter fruticeſcit, idem Plin. lib. 17. cap. 27. Hebreis autem præcepto fuit, ne ſeptimo quoque anno vites putarent Leuitic. c.

27. Ni-

Digitized by Google

27. Nimirum quod Populus ille Deo electus quandiu ſub lege iuſtè ambulabat eorum terra germen ſuſtinebat, tritura meſſium apprehendebat vindemiam, & vindemia occupabat ſementem Leuitic. c.26 *ſuis temporibus* ante omnia dicit Caius colonus curare debet, vt opera ruſtica ſuo quoque tempore faciat, ne intempeſtiua cultura deteriorem fructum reddat, l. ſi merces §. conductor D. locati.

Probandi modus non eſſe vineas cultas.

Hinc eſt quare dicenti culturas ſundo per colonum iuxta conuenta non eſſe daras, ſatis erit inſtrumentum locationis producere, ac tempus laboraturæ iam eſſe elapſum. Alex. conſ. 79. vol. 4. probatque Rota Bononi. per Benintend. deciſ. 16. in princ. Ad hæc Hiero. Mago. deciſ. 101. Rotæ Florent. XII. Romanorum menſes in veteribus monimentis Romæ reperti ſunt. in his Februarius habet ſic *Vinearum ſuperficium colitur* Menſis Martius ſic *Vineæ, & pedamenta in paſtino putantur* Menſ. Iunij *Vineæ occantur* Mēſis Septembris *Dolia picantur* Menſ. Octob. *Vindemia Sacrum libero* Decemb. *Vineæ ſtercorantur* hinc vtiliter DD. adnotant, quòd & ſi colonus non colens agrum, ob quod deterior efficitur quo ad fructus expelli non poſſit, fallit in vineis: quæ perpetuò ob ſpretam culturam deterioratione, tenerique colonos probare coluiſſe iuſto tempore notanter Ioſeph. Ludoui. deciſ. 22. Rotæ Florent.

Vinearum distributio quo ad vineta.

Quæ ſunt in putatione aduertenda.

Plurima tamen ſunt in putatione animaduertenda, quoniam ſi maturius putes, plurima Sarmenta, ſi ſerius fructus plurimos conſequeris. ex Colum. lib. 5. cap. 23. Theophraſt. de cauſis plantar. lib. 3. c. 18. Sed ante apertionem gemmæ peragendum eſt, macris prius putatis, validis nouiſſimè C. Plin. lib. 17. c. 22. locis apricis, & vbi molles ſunt hiemes, optimæ, & maxime naturalis eſt autumnalis putatio, dummodò æquinoctiales pluuiæ præceſſerint, & ſarmenta iuſtam maturitatem ceperint, regionibus verò frigidis ea res verno melior. Columel loco citato, & Plin. libr. 18 cap. 26. eſt, & hora ſeruanda validis Luna deficiente, Macris Luna creſcente. notat Rutilius Beuencaſa in Menſe Octobr.

Inſtrumenta putatoria.

Inſtrumenta autē putatoria falces ſunt: quarum figuram idem Columel. docet lib. 5. ca. 25. præſertim eſſe oportet acie acutiſſima namque culpæ putatoribus dati ſolet contuſio falcis hebetioris C. Plin. lib. 17. cap. 24.

Vtque plagæ fiant, quam leuiſſima cicatrice, & obliquæ aliquantulum, quo facilè imbres decidant. Plin. vbi ſupra c. 22. reliqua putādarum vitium documenta tradidit Palladius libr. 3. titulo 12.

Vites Releuare quid ſit.

Releuare eſt propriè in altum tollere, ex Columel. lib. 3. cap. 5. & lib. 6. cap. 3. Quod euenit cum putatoris diligentia vitis: quæ per terram proiecta diſcumbit leuatur, vt breui conſiſtat crure Pallad. lib. 3. tit. 11. Id namq; genus vineæ vti optimum probant, quia Sole aſſiduo coquitur, afflatum magis ſentit, pampinationi, occationi, omnique operi facilior eſt, & deſtoreſcit vtilius, Plin. lib. 17. cap. 21. Nec ignorandum eſt quod de putatione ſenſerit Theophraſt Genus id curæ publicum, atque euidentiſſimum eſſe, omnes enim eo vtuntur; Sarmenta verò deciſa appellatione lignorum contineri ſecundum locorum conſuetudinem, teſtatur Bartol. in l. ligni. D. de legat. 3.

Ligonizare, hoc à ligonibus vulgò deducitur, Prouinciales plerique ordine vineas ablaqueant nouellas poſt idus Octobris priuſquam frigora inuadant. Veteres autem Ianuario Menſe fodi conuenit, locis frigidioribus Februario, & paluſtribus, ex Colum. lib. 1. c 9. Pallad. li. 2. titul. 5.

Atque vbi frigidiores ſunt hiemes conuenit mediocris terræ cumulo vites operire ſecūdum Theophraſt. li. 1. de cauſis plantar. cap. 16. adde tamen hic legaliter, quod non tenetur Dominus vineæ laboratori, qui fodiēdo rupit marram, gloſ. & Bald. in l. quoniam C. de verb. & rer. ſignif. per text. in l. 2. §. ſi conſeruatis D. ad leg. Rhod. de iactu, vbi bona additio Alex ad Bartol.

Fodere vineā domini genus eſt angariæ.

Item quòd fodere vineam Domini, genus eſt Angariæ ſcilicet ſeruitium perſonale, expenſis tamen ipſius Domini; ita exemplificat Andr. Iſer. in tit. quæ ſint regali verſ. Angariæ, ſoluitur autem ſalarium, pro vt inter ciues pro cultura agrorum: qui ſunt de feudo: declarat Ioan. Angel. Piſanel. in pragm. 1. de ſalar. vaſſallor. nu. 6. & 7. ſed & præcipere poteſt Baro ſubiectis ſuis, vt colant territorium feudi, & recuſantes mulctari, quam concluſionē latius comprobāt DD. feudiſtæ, præſertim Freccia lib. 2. authorit. 41. fol. 230.

Vbi verò arbuſta ſunt ita cauet C. Plin. li. 18. c. 19. ſi inter arbores, viteſque aretur, boues fiſcellis capiſtrari, ne germinum tenera præcerpant: ſecuriculam iuſitiuam pendere: qua intercidantur radices, hoc melius inquit, quam conuelli aratro, boueſque luctari.

Lunæ obſeruatio in putatione, vt ea decreſcente fiat, quo lachrimatio cohibeatur in macris ſcilicet, namque in validis creſcente putari melius. Sed cum autumno vites lacrimentur, nec Lunæ cura eſt habenda, quod benè aduertit Bartolo Taegius in Dialogo, cui titulus eſt, l'humore.

Binare ideſt foſſionis culturam duplicare, ſiue iterum ligonizare. Bis igitur ſatis eſt, hoc opus fieri, caue.

Sed prudenter explendū, ne lutulenta ſit terra, dum foditur. Colum. libr. 4. capit. 12. Neue crudum ſolum fraude occulta foſſor includat. Pallad. lib. 2. tit. 10. Neue incurioſo ictu vites ipſas verberet. Plin. lib. 17. c. 24. Catonis vinea bis fodi non eſt cōtenta: qui crebrò fodiendum eſſe docet, & Colum. eo. cap. 12. finis inquit fodiendi nullus eſt. Sed, & Virg. lib. 2. Georgic. dum terque, quaterque ſolum ſcindi oportere dixit magis de nouellis intellexit. Quòd ſi tu ad veteres extenderis, ſcias tertiæ foſſionis impenſam vtilem in iure credi, duas verò primas eſſe neceſſarias ligonizare, ſcilicet, & binare Andr. Alciat. notāter in l. impenſæ verſ. vtilis D. de verb. & rer. ſignif. At quia non omnis telluris eadem

eſt

eſt qualitas, cum quædam facilius, quædam durius ſcindatur, ita fodientis inſtrumenta nõ eadem ſunt, vbique ligones, marræ, raſtrelli, raſtri, & id generis, alia iuxta Patriæ vſum, vide textũ in l. villæ D. de fundo inſtructo. Monopoli zappa eſt in vſu, cum, & zappare verbum vſurpet Bartol. in l. ſi pupilli §. videamus D. de negoc. geſt.

Opera in ſingulis vineis impendenda ſecundum vſum villicorũ.

Noſtri villici ſingulis vineis fodiendis xij. diurnas operas, binandis verò x. tribuunt, quælibet autem vinea in quaternas partes diuiditur, (quarteria vulgò dicta Gallica voce, carcier de vigne,) Mentio eſt in conſuet. Turon. titul. des droict. vbi Io. Sayſon. artic. 3. ſingula quarteria ex vigintiquinque ordinibus Conſtant. centum igitur ordines vineam conſtituunt. Ordo 25. Scrobes continet, Itaque vna vinea vitium pedes habet, ac totidem Scrobes 2500. longitudo Scrobis eſſe ſolet quinque, & ſemis pedum. Alij per iugera, & hortos metiuntur. vide Colum. lib. 5. c. 19. & lib. 4. c. 3. & adde pro menſuris regni, & ſpecialiter Apuliæ, & Terræ Bari Abb. Georg. Pezzaya Geomet. fol. 197. ibiq; affirmat vineæ aream paſſuum eſſe vt vitium 2500.

Vinea menſura conſideratio.

Vinea plantatio non eſt melioratio ſecundum aliquos.

Plantationem autem vinearum non eſſe meliorationem, quamuis ſit rei mutatio probat Io. Garſias de expenſis c. 1. nu. 8. ſuam fortè regionem ſentiens.

Purgare vineã quid importat.

Purgare, duobus modis contingit. Primum cum poſt putationem Sarmenta deciſa vitibus educuntur, de quo M. Cato cap. 37. & 50. & Virgil Georgic. Ne foſſori ſint impedimento. Demum fit per pampinationẽ; quæ quidem ſcienti committenda eſt. Varro de re ruſt lib. 1. cap. 31. Colum. lib. 5. cap. 27. namque id quàm putare maius eſt, cum non omni loco fieri conueniat, Pallad. lib. 1. neque omni ex latere vitis propter flatus ventorum noxiores Colum. lib. 3 cap. 11. vide Guliel. Bude. prior. annot. in pandec. fol. 613. latini quoq; frondatorem hunc appellant, qui manibus vitiũ folia euellit, quò ardor ſolis vuam maturiorem reddat Schardius in lexico.

Frondatoris officium in vitibus pampinandis.

At verò inquit in vitibus carbunculatio, quæ circa idus Auguſti in Italia accidit vitium eſt, cum vuæ non ſatis folijs tectæ præferuidis ſolibus interdum retorridæ fiunt, ex quo tandem aceſuit, vt quodam vredinis carbone exuſtæ, acinique tunc præcoquuntur in callum, quòd fit ad canis ortum interlunio accidente. Quibuſdam etiam in locis non propter Solis ardores, ſed propter frigora. Nam in Thracia: quæ hodie Romania appellatur vuæ non maturantur, nec miteſcunt, niſi vbi frigora obiectu frondium cultores arcuerunt, vt adnotat Io. Boem. de moribus gent. lib. 3. cap. 5.

Vua vbi non matureſcunt.

Pampinationis tempus.

Opportunum eſt autem pampinationem fieri, cũ vinea frondere cæperit, ſed non antequam pampini quatuor digitos longitudine expleuerint. Imò tardius ſi Regio ventis nimis obiecta eſt, ita tamen, vt rami crepent ſine difficultate carpentis, Pallad. lib. 6. tit. 2.

Pergula non omnes pampinantur.

Pergulæ verò: quibus magis in delitijs vtimur, non ſunt pampinandæ, cũ in æſtu per grata ſit vitis pampinis denſa, & vmbroſa, cuperem tamen mihi quales Mauritaniæ eſſe perhibentur vites: quas duorum hominum complexus capere non poſſit, vuarumque racemos cubitulas. Io. Boem. lib. 1. cap. 3. de morib. & legib. gent. de vmbræ autem vitium gratia præſertim cum bibimus conuiuantes, dicit

Horatius.

Neque te miniſtrum
dedecet myrtus, neque me ſub arcta
Vite bibentem.

Vitis encomia apud Ciceronem.

Sed & ampliores vitium laudes ſunt, maximè apud Ciceronem de ſenectute, qua, inquit, quid poteſt eſſe tum fructu lætius tum aſpectu iucundius, & pulchrius? Adde his Iacob. Pontanum Progym. latinit. prima tertij qui cum ad prudentiam vinitoris ſpectare dixerit, non ſolum ablaqueationes, pampinationes, & cęt. ſubdit, reputare etiam, num maiore fructu vitis ſe induerit, quàm vt eum perferre queat, quo circa non ſolum ſuper vacuas frondes decerpet, verum etiam interdum partem aliquam fætus decutiet, declarat, & ibidem Pontanus quid ſit ablaqueare vites? quid pampinare? & huiuſmodi.

Propagationis modus.

Propagare, cum vitis deijcitur totaque infoditur vel merſione, & infoſſione partis alicuius. Verum firmior eſt cum tota proſtratur Pallad. lib. 3. tit. 16. Propagandi tempus culturæ præceptores diligenter obſeruari voluerunt, vt verè fiat. Cato de re ruſtic. cap. 40. Alijs magis placet Nouembri Menſe Pallad. lib. 12. titul. 2. Catoni ego adhereo, fit enim commodius, atque vtilius, cum diligẽs vinitor facta vindemia foueas paulatim adaptet tota hieme imbribus, niueq; terra maturetur, de hinc proximi veris initio ductas propagines aptius alat.

Propagationis exp nſa neceſſaria.

Eſt neceſſaria inter operationes ipſa propagatio, vſque adeo, vt Gloſator per illum textum in l. ſi vno §. cum quidam D. de loca. & conduc. contra colonum affirmauerit, teneri eum propagare tanquam bonum Patrem familias: quod ſi nõ fecerit remiſſionis commodo, ſterilitatis occaſione in vinea veteri contingentis, priuabitur. Quod verò in ipſa propagatione impenſum eſt, ſi modicum non repetitur, idque arbitrio Iudicis l. omninò D. de impen. in re dot. factis, & vide Paul. de Caſtro conſ. 326. verſ de expenſa verò, quem ſequitur Roland à Valle conſ. 28. num. 26. & 27. vol. 1. vbi de fideicommiſſario: quomodo teneatur ad expenſas vineæ plantatæ in re ſubiecta reſtitutioni, quando perpetuam, & non modicam vtilitatem plantatio affert. Similiter in vſufructuario conſtitutum fuit, teneri eum in vinearum demortuarum locũ alias ſubſtituere, vt proprietario demum reſtituat, inſtit. de rer. diuiſ. §. ſed ſi gregis vſumfructum, quod notatu dignum dicit Angelus, & vide Bude. ad l. quid ergo D. de vſufruc. fol. 416. adde textum l. ſi vſusfructus legatus. 16. §. vlt. de vſufr. ibi qui vites nõ ſubſerit, quale opus progationi par eſt.

Vinea ex cultura deſertione perit.

Præmiſſorum euidens eſt ratio; quoniam vineæ, ſi coli deſinant, deſiccantur, ac deteriores

in

Digitized by Google

Vinea alienatio deſertione perit.

in perpetuum fiunt, non tantum reſpectu fructuum; ſed etiam in proprietate. Bald. ſingulariter in authen qui rem. 2. norab. C. de ſacroſ eccleſ. refert Steph. Aufrer. in addit. ad capp. Toloſ. q. 353. Io. Cephal conſ. 653. num. 15. Et hoc operatur contra emphiteotas, vt vinea in commiſſum dicatur cecidiſſe ſecundũ prefatos DD. & alios in idem allegat Franc. Milan. deciſ. 17. Sicil. num. 33. & ſeq. lib. 2. præſertim Ioſeph Ludon. deciſ. 22. Peruſi. nu. 21. & inde vſque ad fi.

Et an paupertas emphiteotam à caducitate excuſet, quod nõ reſoluitur quoad caſum deteriorationis ipſius vineæ Milan. d. deciſ. 17. n. 42.

Et ego libentiſſimè Baldum ſequor, quoties de nouellis vitibus qõ eſſet propter authoritatẽ Colum. lib. 5. ca. 3. is enim air, cum omne genus ruris, niſi diligẽti cura exerceatur fructuoſũ eſſe non poſſit, tum vel maximè vinea; res enim eſt tenera, infirma, iniuriæ maximè impatiens, cum tamen aliquatenus ſe confirmauit, & veluti iuuenile robur accepir negligentiam ſuſtinet, Nouella verò dum adoleſcit, niſi omnia iuſtè perceperit ad vltimam redigitur maciem, & ſic intabeſcir, vt nullis deinceps impenſis recreari poſſit. Dixit quoque Bald. nou poſſe dici vineã, quę fuit, & non eſt. in authen. hoc amplius C. de fideicommi. propterea nec in poſſeſſoris cenſum refertur l. forma D. de cenſib Petr. de Vbald. in tract. de collect. verſ. in agro Alexandrino. Nam nomen vineæ vocabulum eſt, & res etiam, ſi aliquæ radices adhuc ex ea ſupeſſent, de illis enim non eſſe curandum cum fructus non producãt, docuit idem Bald. notanter conſ. 413 vol 5 incipir Verba dicunt vſque ad vineam. Atque vbi ſemel fuit non facilè poſtea vitis nouella induducitur, ad quam paſtinandam rudes agri, & ſylueſtres eligendi ſunt Pallad. lib. 2 rit. 13.

Vinea caſui maxime obnoxia.

Hęc ſunt valgi argumenta vineta inter mobilia cõputantis, nec impleri à viro pactũ emẽdorum ſtabiliũ, quæ maneant pro fundo dotis vxori, ſi vinea è dotali pecunia comparetur, attẽdi aũt hominum opinionem, conſuetudinem.q; in his probat Pinellus in l 1. C de bon. mat. 3 par. n. 29. Nam & videtur Summis PP. parem facere vineam cęteris mobilibus reſtauratione indigentibus in ca. paſtoralis in fi. ext. de decim, ibi (*vt ſi pars aliqua moriatur armenti, deterioretur vinea, portio mercis depereat, &c* Veritas eſt cẽſeri ſtabilia propter ſolum, in quo vineta ſunt, & cuius forma per vitium paſtinationem mutari dicitur, Abb. Panor in c. fin. de pecul. cleric. & Gloſa conſuet Pariſ tit. 1. §. 23. num. 60. ſuper q. Alciati in l 2. in princ. nume. 18. D. de verborum obligat. Et in propoſito præſcriptionis de vineá, ſicut de alijs immobilibus iudicatur, l ſi vineæ C. de præſcrip long. temp.

Vir obligatus dotali pecunia emere ſtabilia non ſatisfacit emendo vineã.

Mobilitas autem conceditur per accidens. vitæ namque breuis eſſe ſolent. C. Plin. hiſt. nat. lib 16, cap. fin.

Vites breuis ſunt vitæ: & mobiles uidentur.

Ideo inter modica immobilia rectiùs vineã connumerabimus, & de modicis immobilibus agi tunc dicimus, cum de vna vinea lis, ſiue controuerſia eſt in conſtitut. Reg. cauſas per magiſtros. concordat textus in capitul, terrulas, cauſ. 12. quæſt 2. quæ notari oportet ad multa propter tradita per Bartol in l 2 num 19. ſol matr. Alex. & Iaſon in l ſciẽdum D. qui ſatiſd cogan. quibus adde Pinellum vbi ſupra nu. 27. ſol. 236. de Patre, vel tutore alienante res huiuſmodi pupillares, vel filiorum aduentirias ibi vide, currit autem in vinea præſcriptio qualis in ſtabilibus C. de præſcript. long temp. l ſi vineæ, Er hoc in ſpecie trahunt ad conceſſiones rei modicæ de feudo, ne ſit opus adire pro aſſenſu Dominum, quoties vnam vineam, vel domunculam alienaret vaſſallus. Afflict. deciſ. 129. in fine.

Pro vinea alienatione ad ſit opus domini aſſenſu.

Addo his notab. Ioan. Fabr. Theoricam in ſuo breui C. de Sacroſ. Eccleſ. auth. præterea verſ. ſed quare in ruinoſis. Vbi de Eccleſia diſtrahente immobilia, eandem eſſe rationem hoſpitij, & vuæ, vt alienentur facilius, quoniam tam propter vetuſtatem, quàm alias contingit in ijs mutatio magis, quam in campis, & cæteris ruſticis.

Atque ſimilis conditionis dic eſſe furnum, de quo in eod. cap paſtoralis in fine ibi (*vel totus clibanus deſtruatur.*

Furnus facilè deſtruitur.

Virium igitur æternitati conſulitur, ſi vt docet Columel lib. 5. de re ruſt. cap 18. propagãdi opus nunquam intermittetur, quin omnibus inſtauretur annis, nec ad occidionem vniuerſum genus perduci pariatur. Vide textũ in l. ſi cuius §. denique D. de vſuſruct vbi contra fructuariũ: qui vites nõ ſubſerit, ideſt ſubſtituit, actio à Prętore datur; ideo priſcis temporibus, ſi quis vineã ſuam habuiſſet derelictui, mulctabatur, quemadmodum ſi agrum ſordeſcere paſſus fuerat, ad cenſores autẽ ea res pertinebat. Aul Gelli. noct. acti lib. 4 c. 12. hinc cenſorium probrum apud Plin. li 18 c. 3. Deſides, ignauoſq; homines, qui, & vagabundi vulgò in noſtris pragmat. appellantur, lex Solonis accuſantibus faciebar obnoxios, & vltimo afficiebat ſupplicio. Petr. Crin. de honeſt. diſcip lib. 2 c. 11. Petr. Greg in Syntax. artis mirab. lib. 11. c. 24 tit. de occida.

Propagatione vinea perpetuatur.

Cenſorum poteſtas in deſidiã.

Eſſe ppea inter neceſſaria, expenſas, propagationẽ, deciditur in l. vel ſi vites D. de impen. in reb. dot. factis, quæ ſi modicæ ſunt non ſemper in conſiderarione haberi eas oportet, per textum in l. omninò d. tit. de expenſ.

Propagationis expenſa neceſſaria.

Palis, perticis, atque iungis) Inſtrumenta vineæ eſſe palos, & perticas nõ dubitatur per textum in l. villæ D. de ſundo inſtruc. Atq; vbi pro adminiculandis vitibus pedamentis vtuntur è quercu, & ſimilibus, tria eorum eſſe genera Varro docet li. 1. de re ruſt relatus à Guliel. Budeo 1 p. annotat in pandec. ex l.... de vſufructu fol. 408. Palis autem arundineis, quæ cõſueuerit eſſe menſura cum talibus Romæ vineæ pendentur, non vltra cannam, vnde, & cannæ vocabulũ vulgò proſerri docet Lucas Paetus lib. 2. de interuallorum menſuris. Tu vide textum in l. Caius Seius D. de ann. leg ibi Salicis mundæ annua librarum ſingula millia Gl. interpretatur, ideſt certæ menſuræ 12. pedum, & ille textus eſt notabilis, qui legatum talium pedamentorum pro vineis certæ perſonæ relictum non inducir ſeruitutem realem, ſed morte legatarij extinguitur.

Canna menſura vnde dicta ſit.

B De

Digitized by Google

De tigno iniuncto.

CAP. III.

DE iungis autem lege 12. tabul. ita cautum eſt. relata in tit. D. de tig. iniuncto.

Tignum iunctum ædibus, vineiſque, & capulo ne ſoluito, ſed duplum qui vinxit dato,) vt ex Pōpe. Feſto li. 18. refert Zaſius in catal. legum antiq. fol. 147.

Ligna Eccleſiæ dirutæ non ſint ad vſum vinearum transferenda.

Columel. de re ruſt. lib. 5. cum ad ſummum palum recta vitis extenſa eſt capiſtro conſtringimus, ne fœtu grauata curuetur, caue tamen quòd ligna eccleſiæ dirutę non ſunt ad vſum vinearum paſtinandarum conuertenda, Gloſ. in c. ligna de conſec. diſtinc. 1.

Brunduſij vineæ iugatæ.

Vineas etiam in Brūduſino ſolo iugatas fuiſſe vectibus teſtatur M. Varro de re ruſt. li 1. c. 8.

Arbuſtiuarū vitium conſideratio.

Arbuſtiuarum vitium cōditiones quibus regulis in æſtimationem veniant, vt earum non ignoretur valor, declarat Abbas Georgius Pezzaya Monop. lib. Arithmet. & Geom. folio 235. ibique quot bottes vini ex ſingulis arbuſtorum modijs, vide lib. 3. 1. p. de vino arbuſtiuo.

Paſtini inſtituendi pacta.

Si quis verò de paſtino inſtituendo cogitat, & quibus pactionibus à ruſtico ſibi caueat, vt optimè fiat, legat rei ruſticæ Magiſtros, maximè Columel. & Palladium illum lib. quarto & quinto, Pallad. lib. 2. tit. 10. quem allegat bona additio. ad l. diuortio §. planè verſ. paſtina D. ſolu. matrimonio. Nam & in pandectis de ſeminarijs vitiarijs, & de paſtinis fit mentio l. item ſi fundo §. ſeminarios D. de vſufruc. ad quem locum Budę. prior. annotat. folio 404. concordat Gloſa conſuetud. Pariſien. titul. primo §. primo Gloſ 8. numero 7. fol. 80. Alia eſt notabilis deciſ. Bald. quam, & Iaſ. ſequitur, ac comprobat in l. 1. C. de iur. emphyt. Bal. nu. 11. Iaſon num. 99. & qui in emphyteoſim Syluam accepit non licere Domino inuito extirpare ſyluam, vt vineā in ea plantet, quoniam mutaret loci formam omninò, ex quo extirpatis vitibus non remaneret ſylua, vt prius, vide Aluar. Valaſcum Luſitā, deciſ. 58. incipit, extat forus antiquus.

Syluam an liceat extirpare vt vinetum fiat.

Alia cauſa eſt eius: qui ſyluam, vt priuatam rem poſſidet, in qua municipes habēt ius paſcendi collectis fructibus, poſſet enim nouellare ac vitas plantare, nec municipibus ius eſſet prohibendi, ſecundum Didac. Couarr. pract. quæſtio. capitul. 37. numero quarto. Si verò paſcendi ius priuato iure, & in vim ſeruitutis alicui competit, Domino ſyluæ ſiue agri nequaquam licere vinetum inſtituere, per quod ſeruitus deterior fieret, Iure probat Bartol. Cæpol. in tract. de ſeruit. ruſticorum prædior. tit. de ſeruit. iur. paſcendi, nu. 42. quem ſequitur Couarr. vbi ſupra, licèt corruptè alleget nu. 26.

Ius paſcui in ſylua an obſtet in vineta.

Habes igitur augendarum, & colendarum vitium præcepta, poſtquam fuerint inſtitutæ. eſt enim in eis, vt reliquis in plantatis vegetatio cultrice ſcientia, atq; agricolarum arte indigēt, quæ, vt inquit Cicero, circumcidat, amputet, erigat, extollat, adminiculetur, vt ipſæ vites, ſi loqui poſſent, ita ſe tractandas, tuendaſque eſſe fateantur.

Vegetatio in plantis cultura ſit.

Quæſito de vineis.

CAP. IV.

SVnt in hac ipſa re legales quæſtiones, vt ecce in l. colonus D. locati. Sceuola.

Quæ ad culturā pertinentes.

Colonus cum lege locationis, non eſſet comprehenſum, vt vineas poneret, nihilominus in fundo vineas inſtituit, & propter earum fructus denis amplius aureis annuis is ager locari cæperat. Si Dominus iſtum colonum fundo eiectum penſionum debitarum nomine conueniat, an ſumptus vtiliter factos in vineis inſtituendis computare poſſit, oppoſita doli exceptione, reſpondi, vel expenſas conſecuturum, vel nihil amplius præſtaturum eſſe.) Vbi verò doli exceptio pro eo, quod ſcienter in alieno fundo impenſum eſt, nō obijci poteſt petitori, Iudicis officium imploratur; qui non debet pati cum alienis expenſis quemque locupletari. tex. in l. planè. de petit. hæred.

Expenſa vtiliter facta ſi an ter in re aliena quō recuperentur.

Et nota in hac lege à contrario ſenſu, quod ſi cōuenerit, vt vinea ponatur, videtur conuentū, vt impenſæ non repetantur ſecundum Hieronimum Gabriel. conſ. 168. q. 6. nu. 91. Similis eſt quàm Bart. & Doct. ibidem conſiderant in emphiteota, qui quoniam ad meliorandum rē accepit, expenſas non repetit per tex. in l. 2. C. de iur emphit. & ſequuntur alij in lecturis, & conſilijs, vt hic per Scriben. & in d. l. 2. Verum quia non eſt ſimpliciter verum in quolibet meliorationum genere, vidēdus eſt commentator conſuetud. Pariſien. Et vide Vinc. de Franch. deciſ. 196. qui nu. 3. citat hunc text. l. colonus.

Obligatus vineam ponere nō repetit expenſas.

Et doctrinæ; quas ſupra citauimus ad interpretationem conſuetudinis in hac parte.

Nota etiam ſumptus factos in paſtinanda vinea reputari vtiles, ex quo fundus locatus non erat vineatus tempore locationis, nec fuit dictū, vt vinea ibi poneretur, & tamen de ſumptu colono ſatisfaciendum eſt. Odoff.

Paſtinatio qualis expenſa ſit.

Brunduſij ſunt quædam vineę intra vrbis męnia (Nam propè ciuibus deſerta eſt, pone fieri ſtatutum de tollendis vineis, exinde, nunquid comprehenderentur vineæ clericorum? reſponde quod non, ex regula authent. caſſa, & irrita C. de ſac. ſan. eccleſ. c. fin. de iur. immun. lib. 6. in terminis Nicol. Bello. conſ. 43. ad primum.

Promiſi dare operarijs meis colentibus meas vjneas quantum dabunt alij ciues, qui ciues diuerſimodè mercedem ſoluiſſe inueniūtur; quæritur quòd ſalarium dare debeam? reſpondet Guid. Pap. deciſ. 252. minus dādum eſſe per tex. l. qui cōcubinā §. cū ita 1. D. de leg. 3. qd eſt not.

Merces vinitoris, vt certa ſit quomodo conuenitur.

In l. ſemper D. quod vi, aut clam.

Is; cui fundum paſtinandum locaueras, lapides ſuſtulit, & in vicini proiecit prædium, ait Labeo te vi, aut clam non teneri, niſi id iuſſu tuo factū ſit. Vlpianus. Ego conductorem teneri puto. locatorem autem non aliàs niſi vt aut patientiam præſtare poſſet, aut ſi aliquam actionem habeat, vt præſtet: cæterum teneri non oportere.

Proijciēte operario lapides in vicini prædium, an dominus vineæ teneatur vicino.

In l.

Digitized by Google

Paſtinatio.

In l Impenſæ neceſſariæ D. de verb. & rer. ſign.§.vtiles) ibi *Arbuſti paſtinationes)* alij textus habent, *Arbuſti repaſtinatione)* quod ex vetuſtis codicibus reponit Catelli. Cotta, verſ. arbuſtum, in ſuis memoria lib. alij verò ſeparatim legunt ſic Arbuſta, paſtinationes. elige quamuis omnes lecturæ conueniunt ſenſui. Et aduerte, quòd licèt de nouo vineam plantare dicatur, impenſa vtilis. per textum in l. colonus D. locati, & ideo debeat impenſa reſtitui, niſi aliter pactum fuerit, Caſtrenſ. conſ. 247. lib...

Subſtituere, ſummittere, & propagare.

Subſtituere tamen vites in locum demortuarum, expenſa dicitur neceſſaria, iuxta tamen præſentem valorem l. 3. §. fin. de impenſ in reb. dot fac. Coſta de ſubſidi. remedi. 99. in fine.

Et cum ſupra tetigerim genus eſſe angariæ, vineam Domini colere expenſis eiuſdem Domini. In expenſa verò, & ſalario haberi rationem taxæ in Regia Pragmatica Ferdinãdi: quæ agit de ipſo vaſſallorum ſalario. Adde videndum Fr Grego. in Enchiri Eccl Neap qui in dictam taxam inuehitur; pauperes enim villici (vt, & hoc addam) fodientes, & operantes terram in die quater comedunt, ſimili Germanorum more: quem ponit Io. Boem. lib. 3. de morib genti c 12.

Villici vineæ fodientes quater in die comedunt.

Operariorum ſumptus diurni.

Operarij verò conducti an operas præſtare debeant ſuo victu, & an alteri ad operandum delegari poſſint inuiti per conducentes? Alex. poſt Bartol in l. ſi non fortem §. libertus D. de condict indeb. per l. ſuo victu D de oper. libert. gloſ verò tenet quod victu Domini conducentis intellige ſi ſic eſſet loci conſuetudo; in l quoniam liberi in gloſ fin. C. de teſtib vide Syntag. opinio. communi 2 tom. ca 10. de conductitijs operarijs, & agrorum laboratoribus.

l. fin. D. quod vi aut clàm.

Vitem deprehendere quid ſit.

Si vitem meam ex fundo meo in fundum tuum deprehenderis, eaque in fundo tuo coaluerit vtile eſt interdictum, quòd vi aut clam intra annum; ſed ſi annus præterierit nullam remanere actionem. Radices; quæ in fundo meo ſint, transferri, quia his acceſſiones ſint.

Deprehenderis) ideſt deprehendẽdo inclinaueris, & ſuppreſſeris; explicat enim I. C. vitis propagationem ex meo in fundum ſuum à vicino clam factam, quo ſenſu Hieronym. Magius vir variæ lectionis, loco verbi *(deprehenderis)* depreſſeris arbitratur caſtigatius legi, Miſcellan. lib 4. cap. 7.

Nota contra vicinos inuides.

Quæro tu habes vinitorem ſolertem in vinea tua: qui à me propter inuidiam ſuaſus receſſit à vinea, nec amplius coluit, an tenear tibi in id, quod tua intereſt deſertam eſſe culturam? reſpondetur ita, actione doli mali, vt per Odofred. in l. cum quis D. de dolo malo, & in proprijs terminis Nicol. Bello. conſilio 43. numero 6.

Impeditus operarius laborare ſequenti die poteſt operam implere.

Nota ſingul. ſecundum Andr. de Capua cap. 126. quod ſi operarius ſuperueniente pluuia non potuit perficere laborem diurnum pro ea parte diei, qua fuit impeditus, non habebit ſalarium, niſi velit alia die complere, vt C. de pignor. l ſecundus creditor quod, & reſoluit Roffred Beneuent. de libellis. par. 4 tit. de actio. ex locato num. 21.

Agricultura Singularia.

CAP. V.

IN vtroque Iure non nulla ſpecialiter Agricolarum fauore inducta ſunt: quæ expreſsè congerit Franciſcus Ripa in celebri tractatu de peſte titul. de remed. præſer à num. 207 Andre. Tiraq. de nobil cap. 32. quem ſummè in hac re commendat Mantua Enchirid. lib. 3 cap. 307. Boer. deciſ 322 num. 10. & indè Nouiſſime M. Anton. Surgenſ de Neap. illuſtr. cap 24 vbi de annona numer. 20. Eſt, & illud ex l Manilia de præſcriptione latitudinis, quam vel iter ad culturas accedens, occupat, vel circum actum aratri, quod vſucapi non poteſt, vt dixit Aggenus Vrbicus in Iuli. Fronti. quem refert Hieronym. Magius Miſcellane. libro 4. capit. 7. vbi agit de quinque pedum præſcriptione, de qua etiam re Andr. Alciat. ſingulariter ſcripſit. Pulcrè, & eleganter Iuſt Lipſi. cent. 1. epiſtol 8 agrum Vrbi præferens ad ſapientiam, ad mores, ad voluptatem, ad fructum, nihil laudum omittit his: qui priuatam cupiant, quam publicam vitam degere.

Vſucapio ſiue præſcriptio pro agricultura.

Pro agricultura minoratur opus familiæ in militari ſeruitio.

Imperator quoque Pipinus legem tulit de ſeruitio militari, vt cum plures ſunt fratres ſub eodem tecto viuentes, cæteris ad militiam obnoxijs, ſemper pro communium rerum cultura, & domus cura, vnus remaneat l de liberis verò, tit. de his qui ſe in poteſt. alter. ſubdid. libro 3 Longob ad text. c. innouamus extra de treg & pace.

Opus ruſticum non debet ob bellum impedire maxime vinearum.

Adde quondam apud Indos tanti fuiſſe agriculturam, teſte Diod. Sicul hiſtor. libro 3. vt belli tempeſtate in campis opus ruſticum procul ab omni diſcrimine exercerent; hoſtes, inquit, in prælio mutua cæde graſſabantur agricolis nulla, in re nocent, ſed intactos relinquũt, tanquam communis vtilitatis miniſtros, neque verò hoſtium agros vrunt, neque cedunt arbores, refert Guliel Bened. in repet. c. Raynutius, verſ. & vxorem nomine Adelaſiam numer. 903. Quo etiam in loco ſpecialiter pro vinitoribus allegat text Hierem. cap. fin ibi Nabuzardam Princeps Militiæ de pauperibus terræ cæteris occiſis, reliquit vinitores, & agricolas, ſunt namq; Agricolæ neruus reipublicæ: qui & multis encomijs extolluntur à doctis: quos propter agricolarum priuilegia congerit nouiſſ. Bouad. libro 3. Polit. capit. 3. numero 61. & inde. Eſt & aliud ad præſentem tractatum faciens, quod clericus, qui terram eccleſiæ incultam fertilem ſua diligentia reddidit, vineam plantando, poterit vſque ad eius obitum eam retinere, etiam ſi propter delictum fuerit beneficio priuatus, text eſt in cap. fin. de pecul. cleric. ſecundum intellectum Innoc. quem ſequuntur ibi Panorm. & moderni.

Clericus beneficio priuatus vineam à ſe poſitam retinet.

Digitized by Google

Statutũ Neapol pro vitibus non extirpandis in formalibus aquæ.

Neapoli prag. ſanctione cõſtitutum fuit propter aquam regij formalis arbores omnis generis vitibus exceptis: quæ ſupra formale ſunt, vt euellantur, & extirpentur, ne radices aquæ obſint, vt in nouell editis fol. 1. Itẽ in Regno aliud eſt ſpeciale, quia prohibitio armorum nõ comprehendit de conſuetudine vſum roncæ ferreæ, vel alterius inſtrumenti: quod ſecũ aliquis portat ad agrum, vel ad vineam cauſa incidẽdi ſępes, vel aliquid faciendi pro agri, vineæque cultura, & cura, ſecundum Andr. de Iſern. in conſtitu. Reg. intentionis noſtræ verſic. idem ſi ſine punctis.

Vſus armorũ licitus.

Paleæ pro bobus non eſt auferenda ruſticis.

Illud quoque in Regno ſtatutum eſt; quia cũ pro ſeruitio Curiæ liceat auferre paleas oblato precio etiam Dominis inuitis excipiuntur tamen paleæ: quæ neceſſariæ ſunt propter boues ad agriculturam, quæ hac ratione auferendæ non ſunt in c. Regis Caroli Secundi, incipit de palea ſoluenda.

Et ad l. executores C. quæ res pignori obligari poſ. & ad authen agricultores, vide cap. reg. pridem contra inſolentiam, & ibi notata, adde Annam ſingul. ſexageſimoſexto. incipit boues aratorij.

Res pupilli pro cultura poteſt obligari.

Et quoties ad culturam terra pupilli inculta redigenda eſt, poteſt eadem à Tutore obligari, vt boues emantur, Gloſ. & Angel. in §. ſi enim authent. de non alien. Caſtrenſ. in l. ait Prætor D. de iur. delib.

Similique ratione propter culturam aliud ſtatutum, vide in conſtitut. Reg. authoritatem de locat. deman. & ibi Afflictus octauo notab. numero vndecimo, tenet cum opinione Antonij Butrij in capitulo ad aures de rebus Eccleſ. alien.

Ius aquæ arcendæ.

Eodem culturæ fauore non competere aquæ pluuiæ arcendæ actionem habetur in l. prima §. de eo opere D. de aqu. plu. arcend.

Interdictum quod vi aut clam ceſſat.

Pariter interdictum, quòd vi, aut clã ſi quid agri colendi cauſa factum ſit ceſſare dicitur l. 7. §. ſi quis aceruum D. quòd vi, aut clam, vbi Petrus de Bellapert. ſpeciale eſt, inquit ratione agriculturæ, vt de aqua pluuia arcend. dicta l. prima.

Pro cõmodiori cultura minor prouocat ad diuiſionem.

Minor quoque cum non poſſit ad diuiſionem prouocare, tamen poterit ad diuiſionem poſſeſſionis gratia commodioris culturæ, per l. iubemus nulli C. de ſacr. ſanc. Eccleſ. vbi Gloſ. Bart. Bald. & alij innumeri: quos congerit Octau. Simoncel. de decretis lib ſecundo, tit. quarto, inſpectione prima, caſu ſecundo, numero decimo tertio.

Incommoda agriculturæ remiſſiuè.

Incommoda verò agriculturæ præſertim vinearum non pauca ſunt: quarum aliqua refert Petrus Victor. variarum lecti. libro quinto, capitul. quinto.

Vineæ poſſeſſio facilius recuperatur.

Cumque vineæ cultura moram non patiatur, ſi quis per vim occupaſſet vineam meam, facilius mihi permittitur propria authoritate eam recuperare, non expectato Iudicis mandato. Nam poteſt durante lite, remanere inculta, & de facili deſtrueretur, Bartolus ſingulariter in leg. ſi alius §. belliſſimè D. quod vi aut clam, quem ſequitur Veronenſ. de ſeruitut. vrbanorum prædiorum, capit. trigeſimo, numero duodecimo. Eſſe autem aquas agrorum culturæ neceſſarias V. Gra. Vinetis, & oliuetis. colligę a text. l. prima, C. de mancipijs, & col. patri. libro vndecimo, vbi de hoc in litera, & agriculturæ præceptores in proprijs locis docent, & coloni obſeruant, vbi prædia ſunt irrigua.

Aquæ colẽdis vineis, & oliuis neceſſariæ.

His addo eſſe vitem laboris Hieroglipliicũ, ſi quidem arbor nulla maiori ſtudio indiget, & opera: qua detracta, aut perit, aut in labruſcam degenerat, notat Henric. Farneſ. ſingul. libro de verb. interpret.

Appellatiuum Agri, fundi, & vineæ.

CAP. VI.

Ager fundus & vinea in quibus differunt.

AGer, qui & Græcè ἀγρὸς, rus ſignificatur. Nam quilibet in rure locus ſine ædificio appellatur l. fundi D. de verborum & rerum ſignific. quod & Vlpianus repetit in l. ager eodẽ titul. de qua re Valla elegan libro ſexto, capitulo 458. contra cuius morſus Andr. Alciat. In agro quidem ſunt vinea, hortus ſalictum, oletum, pratum, campus frumentarius, ſylua, arbuſtumque, vt ex M. Catone intelligitur de re ruſt. capit. primo, quomodo agrum emi oporteat, & cap. 6. Vineam, inquit, quo in agro cenſeri oporteat, & deinde (vites Miſellæ in quemuis agrũ conueniunt,) Et hoc modo ager quaſi genus, ſeu quoddam totum capitur, & vinea, quaſi pars agri, l. ſi ſeruum §. primo, de action. emp. Nam in ſtricta ſignificatione is propriè eſt, qui ſeritur l. prima §. de eo opere in principio D. de aqua pluu. arcen. Idem dici poteſt de agricolæ cuius appellatiuum comprehendit illos; qui vineas colunt. Lucas Pennenſ. in l. colonos C. de agric. & cenſ. lib. 11.

Caue tamen, quia ſic ager eſt genus, vt poſſit eſſe ſpecies eo modo: quo Dialectici ſubalternum vocant, & legiſtæ poſt Bartolum in l. legato generaliter ff. de legatis primo. Vnde ager appellatione fundi, ſeu prędij continetur l. quęſtio, & l. fundi D. de verborum ſignificat. namque horum ſignificatio latior eſt, ſecundum Iaſon, & Moder. in l. ſi quis in fundi D. de legat. 1. & conſequenter de vinea fundus dicitur; patet in l. qui fundum vendidit D. de verborum ſign. l. ſi quis legauerit de leg. 1. l. ſi duorũ de action. emp. l. diuortio in princ. ſol. matr. videtur etiam id obſeruaſſe Horat. epiſt. lib. 1.

„ *Ne percõteris fundus meus optime Quincti;*
„ *Aruo paſcat herum, an baccis opulẽtet oliuæ:*
„ *Pomisnè an pratis, an amicta vitibus vlmo.*

Adde Connan. lib. 4. c. 3. nu. 7. qui ſpecies fundi ponit Arbuſtum vineam, hortum, pratũ, aruum, villam, ſic inquit omnis vinea fundus eſt, non contra.

Vinea appellatio ad totum agrum vinearum refertur.

Et nota, quia appellatione vineæ tota vinea continetur, vt ſi reperitur vineam Titij ſubiectam canoni emphyteotico talis Eccleſiæ, Dec. conſilio 146. nume. 13. Maſcard. de probation. concl. 1200, numero 6. volum. 3. ſed vide Parid.

de

Digitized by Google

de reintegr. capit. vbi non apparet, & cap. ſequ. fol. 34.

Non ſolum autem ad agrum, & vineam, ſed & ad fructus vtriuſque, ideſt meſſem, & vindemiam ipſa fundi appellatio porrigitur per l. fin. §. fructus de his: quæ in fraudem cred. ſed communi vſu loquendi vinea non eſt ager, neque ager eſt vinea, Iuxta intellectum Baldi & Angel notãter in l. ſi nulla, C. de acquiren poſſeſſio. & quod tetigi de vſu probatur in l prima C. de agricol & cenſit lib. 11. & authen. agricultores: quæ res pign. oblig poſ. in authent. vt nul. mutu. agric. cum titulo ſequ. collation. . . & extra de treuga, & pace, capit. fin. quaſi per agrum intelligi debeat magis terra aratoria, quæ nullo modo poteſt dici vinea, quamuis vinea reducibilis ſit ad aratrum, idem Angel. & Paul de Caſt. in dicta l. ſi qs in fundi vocabulo per Gloſ. ibi verb ſed ſi in corpore, quæ vti diuerſa ponit pratiuum fundum, & vineatum, & ita reperio tenere Sebaſt. Napod in conſuetud prima iur. cong. verſ terram, numero vigeſimoquarto allegat Pſal. ibi verſ ſeminauerunt agros, & plantauerunt vineas. Et idem Napod in præcedenti Gl. verb. fundum, explicat quid ſit fundus, ager, & quomodo accipiantur, & differant, hæc ſunt nota vocabula titulo de verborum, & rerum ſignificat.

Vulgo ager non eſt vinea neque, è contrario.

Iaſonis opinio examinatur.

Verum contrà hæc arguit Iaſon in dicta l. ſi quis in fundi numero quadrageſimotertio, cuius verba tranſcripſit Io Petr. Molign. de appellat. vtriuſque iur extend verb Vinea, & fuit originalis contradictio Alexandri numero 12. ſuper quæſt. an. legato agro veniat vinea, & e contrario legata vinea an debeatur ager. venire, & debere dicunt iſti, eò quia diſiunctiua poſita in dicta l. ſi nulla inter genus, & ſpeciem reſoluitur per l. vbi pactum C de tranſaction. & ſimilibus Alexander; & videtur pro hoc text. in l certo generi de ſeruitu. ruſticorum prædiorum Iaſ. hic autem non recedas a Bald Paulo, & Angel. quos ſequitur Alexand. ſibi contrarius in conſil. 26. volum. quarto, nec te moueant rationes eorum: quæ non concludunt. Nam, & ſi verum ſit agrum eſſe genus comprehendens vineam tanquam ſpeciem, vt ſupra concluſimus, illatio non ſequitur: Quoniam ad poſitionem generis non ſequitur poſitio ſpeciei, ſicut contra, poſita ſpecie ponitur genus, ſub quo ſpecies continetur. Bartol. in l ſecunda. §. doli mali D. de vi bon. rapt. & ita ſummat textum in l. ſi quid §. inter emptorem D. de legatis tertio, hinc infertur ad concluſionem Angeli, quòd legata vinea tamquàm ſpecie venit ager, ideſt quatenus vineatus, non quatenus ſimpliciter Ager Nam genus reſtringitur ad cauſam, & rem ſpecificatã, probat Iaſon in l. ſi de certa C. de tranſaction vbi concord contrà verò legato agro tanquam genere non debetur quælibet eius ſpecies; quoniam dicit Bald. in capit. ſecundo, numero ſecundo, per quos fiat inueſti Generis appellatione quamlibet eius ſpeciem continet aptitudine prædicationis, non neceſſitate concluſionis. ſequitur Petr. And. Gamm. libro primo Dialec. legal, loco à toto vniuerſali, & à ſpecie ad genus fol. 6. Et quia cadit in quæſtionem an legatum generis valeat, & quid eo caſu videatur legatum, & de ſimil. quæſitis recurre ad Doctor. qui ex profeſſo omnem rem tractarũt. & quid communiter ſentiabt, refert Micha. Craſſ libro ſentent §. legatum quæſtio ſexageſimaprima, ſexageſimaſecunda, & ſexageſimatertia. Et de errore nominis, vel corporis, vel falſa rei legatæ demonſtratione agit eo §. 9. 59. & 65 adde Parid. Pute. de finibus feud. §. conceſſa fuit alicui.

Caue etiam à Iaſone in dicta l. ſi quis in fundi numero quadrageſimo, vbi tenet nihil referre an erratum ſit in appellatione vineæ, cum ſit qualitas accidentalis: quæ adeſt, & abeſt præter terræ corruptionem. Namque licet verum dicat qualitatem eſſe per l. ſi in qualitate, & l. duorum D. de action. empt. adde textum in dicta l. certo generi de ſeruitu. ruſticorum prædiorum. vbi genus agri vinea appellatur; non quod ipſa ſit genus ſimpliciter, vt malè inducebat Iaſon, dum fatetur eſſe agri ſpeciem, ſed vt per genus indicetur qualitas ipſa, vel vt vulgò dicit Gloſa (Manieres) inſtitut. de oblig quę ex quaſi contrac.

Iaſonis notatur.

Non tamen verum dicit eſſe accidens ſeparabile præter corruptionem: quoniã talis qualitas eſt introductiua formæ, tam ſi vinea paſtinetur, vbi nuda ſuperficies ſecundum Abba. in capitulo fin extra de peculio clericor. quàm ſi extirpetur, & deſinat eſſe vbi fuit ſecundum Baldum ſingulariter conſilio quadrigenteſimo decimotertio, verſiculo iſtud enim nomen vinea, volumine quinto Et ego pro eis allego textum in l. 7 § notauimus D. quod vi aut clam. ibi (terræ enim, & quodammodo. Solo ipſi corrumpendo manus infert. idem ſuccisis vineis) ecce igitur vineã qualitatem eſſe formalem, quæ facit ſpecificè differre, & qua remota ſolum, in quo eſt, quaſi corrumpitur ex prędictis.

Quantum verò attinet ad conſequentem dubitationem, ſi vineæ vocabulum ad ſolum magis, vel ſuperficiem referatur pro intellectu dicta l. certò generi. videndi ſunt Bartolus, Albericus, Baldus, & Paul. ibi latius, Iaſon in l. ſi quis legauerit D. de legatis primo. cuius Theoricam impudenter ad verbum reponit idem Molign. in ſuo appellat. Vineæ verſ. quod autem pertinet.

Et ſub legato vineæ poſſe comprehendi iugera terræ per teſtatorem empta, & vinea addicta Rubeus conſilio nonageſimoquinto refert Cephal. conſilio centeſimo quadrageſimoquarto, num. 16.

Vinea non ſemper inter ruſtica quædam connumeratur, quandoque enim vinearij horti ædificijs hærentes voluptate deſeruiunt, & inter Vrbana ſunt tex. in l. Vrbana prædia D. de verbor. & rer. ſignif.

Vinea inter vrbana quandoque prædia.

Aduerte, quia dici põt vineæ appellatiuum referri ad ipsã ſuperficiẽ immediatè, ad ſolũ verò mediatè Iõ cũ de ſolo eſt qõ, dicimus in ſolo

Vinea quomodo ſe habet ad ſuperficiem & ad ſolum.

Digitized by Google

quodammodo intelligi factum, ſi vinea ſuccidatur. d.l.7. §.notauimus. Quod vi aut clam, facitque text. l. 1. §. hoc autem edictum D. de oper. nou. nunciatione. Vbi illud interdictum pertinens ad ea tantum opera: quæ ſolo coniuncta ſunt, ideſt immediatè, ſi arbor ſuccidatur, vel vinea putetur, locum non habet, cum non dicantur hæc in ſolo fieri, ſed in his: quæ ſolo cohærent ſeparabiliter Bart. Angel. & Imola.

Arundinetũ & cannetum an veniat legata vinea.

Nota quoque diligenter quòd legata vinea venit cannetum, ſiuè arũdinetum etiam parum diſtans ab ipſa vinea, rationes vide in terminis per Puteum deciſ.58. in vna Roman. lib. 3. ad intellectum l prædijs §. balneas de leg. 3. ſed vide gloſ. in l. ex Sylua D. de vſufructu, vbi de legato vſusfructus vineæ, vt veniant pali ex Sylua ſecundum vſum Patris familias, vide Paul. Æmil Veral. deciſ. 362. aliàs 233. ver. contraueniſſe, vbi tunc arundinetum venire appellatione vineæ quando eſt contiguum, vel ad illud habetur aditus ad vineam, & fuit ſemel emptum, & poſſeſſum tanquam pars vineæ, adde Mandoſ. in forma commiſ. ſuper cauſa prof. verſ. vinetas. vbi meminit deciſ. Putei, & quam in cauſa allegauit.

Vinea finet incluſiuè vel excluſiuè accipiuntur.

An autem vendito fundo vſque ad talem vineam, intelligatur vendita vinea, vide Bart. in reg. Iuris ſemper in ſtipulationibus. Bald. notanter in authen. hoc amplius verſ. modò accidit C. de fideicom. Bartol. Cepol. de ſeruit. vrban. cap. 30. quæſt. 5. & ſi vendatur à perguleto ad talem arborem, an perguletum comprendatur in venditione? Bal in l. vlti. D. de ſenat. quod ſic, ſi perguletum eſt pars fundi. Catellian. Cotta in memoriali litera A.

Conſtitutum non operatur ante vineam electam.

Aduertendum quoque eſt, quòd ſi quis vendat, vel in dotem det quatuor quarteria ſuæ vineæ, quæ in parte emptor, ſiuè ſponſus eliger, & conſtituat ſe nomine emptoris, vel ſponſi poſſidere ante electionem ratione incertitudinis, nõ transfertur poſſeſſio. Petr. Rebuff. qui alios refert 3. tom. conſtit. Franc. de materia poſſeſſor. in præfat. nu. 37.

Vinitor quis eſſe intelligatur.

Vinitoris quoque appellatiuum hoc in loco notari conuenit, cuius eſt mentio in l. inſtrumenta fundi D. de fund. inſtruct. iuxta emendatam literam: quam reponit Catelli. Cotta in memori. verb. vinitor, exponitque vt vinitor appelletur ruſticus vinearum cultor, qui alius eſt ab aratore, & cum vindemia fit, ſordibus agnominatur ex Sedulio

Sordibus impreſſas calcabit vinitor vuas.

Vide infra in proxima parte. De vindemia.

Habitare ſub vite & ſub ficu pacis eſt ſignum.

Signa autem pacifici Reipublicæ ſtatus ſunt cum vnuſquiſque ſub vite ſua, & ſub ficu ſua habitat, ſine timore vllo, vt in ſacra pagina 3. Regum cap. 4. vnde vitis, & ficus poſſunt contineri ſub appellatione domus, cum ſit conſtitutum eam domum vnicuiq; debere exiſtimari, vbi quiſque ſedes, & tabulas haberet, ſuarumque rerum conſtitutionem feciſſet, textus. l. in l. cenſoria 203. D. de verb. & rer. ſignif. qui locus eſt notabilis pro ciuibus Milionici: qui æſtate ad ficus parandas, vineas feſtiuè incolunt, & tutiſſimè, ſingulis feſtis, diebus choreas ducentes.

Caluata vinea à caluitio ſunt dicta.

Caluata verò vinea apud Catonem ſignificat: in qua paucæ, raræque ſunt vites, vt in caluitio capilli, concordat C. Plin. in hiſtor. natur.

Nomina in membra vitis per multa, & varia curioſè collecta, & diſtincta videbis apud Iuli. Barbara officinæ primo tomo àliqua etiam ponit Petr. Gregor. Toloſ. in ſua ſyntax. art. mirab. lib. 34. cap. 9. & 10.

Atque idem Barbarus facit pulchrum vitis alendæ breuiarium fol. 183.

Vuarum ſelectarum quædam ſpecies.

CAP. VII.

Vuarum ſpecies.

SElectarum vuarum nomina noſtris vinitoribus hæc Muſcatella, Maluaſia, dactilæ, duracinæ, Apianæ longiuſculis acinis. Tarentina, cornula ab acinis inſtar cornuorũ contortis Albeus, vulgò albeſi Galioppa, quæ breui ſterileſcit, & degenerat, Coſmanella nigra in frequenti vſu ad muſta nigranda, ſed ex his aliæ ad eſum ſunt: ideſt quæ non vini cauſa habemus, ideo, & poma dici poſſunt l. qui fundum, de verb. ſignif. vbi Alciat. vuarum commeſtibilium ſpecies enumerat.

Apiana à Muſcatella differt.

Cauebis ab Andrea Baccio libr. 1. de natura vin. c. 13. qui confundit vuas Apianas, & muſcatellas, cum vbique diuerſæ ſpecies habeantur.

Sed quas purpureas I. C. vocat in d. l. qui fundum, quidam putant eſſe: quæ in ollis condiuntur, quoniam rubentes adhuc ante perfectam maturitatẽ decerpi debent, Cato percipit Forc. in penu Iuris ciuilis. quem refert Scardi. verb. vuæ duracinæ. Cæterum innumeras vuarum ſpecies Virgil. memorat in Georg. Nec nomina quę ſint eſt numerus, neque eas numero comprendere refert

Quem qui ſcire velit, libici velit æquoris idem
Diſcere, quam multæ zephiro turbentur arenæ.

Materialis vineę benedictio ex lib. Sacerd. c. 46.

Vinea benedictio.

Deus qui vineam tuam Aegipto eductam. Mirabiliter plantaſti: preces noſtras benignus exaudi, vt in hac vinea famulorum tuorum benedictio cæleſtis copioſa deſcendat: & quod in ea ad vſum humani generis tribuere dignatus es multipliciter redundando, & rorem tuæ benedictionis infunde, Per C. D. N. Amen.

Aegiptij primi vitium inuentores.

Mirum hoc videtur, quod ex Aegipto vinea Domini educta traditur. Nam Aegiptij ipſi Philoſophi nuncupantur, quoniam apud eos comperta primum creditur vitis in Plinthine ciuitate, indeque factos vinolentos, vt adnotat Celius Rodigin lecti. antiq. lib. 16. cap. 3. vide quæ poſui ſupra de cultura. poſt principium.

Vinea belli inſtrumentũ.

Vineæ verò nomẽ æquiuocum eſſe intelliges. Nam, & genus eſt armorum. ideſt Gatti vulgò Cæſar libr. 2. ciui. eorum vim nullæ contextæ viminibus incæ ſuſtinere poſſunt Saluſti. in Iugur. ad Thalam oppidum. Deinde iubet vineas agere, & ſuper eas aggerem iacere, & ſuper aggerem

Digitized by Google

gerem impoſitis turribus opus tutari Veget.lib. 4.cap. 15. C.Plin.lib. 14.cap. 1.in fin Barbar.tit. armorum genera.

Topia, & Topiarij. His adde, quòd topia dicuntur, quæ extenſis vitibus, & inuicem fornicis aptatæ conſtruuntur, ita & topiarij ipſi artifices: qui iſta faciunt in varias formas, & figuras conformantes. Hotoma. in commẽtarijs verborum iuris verb. Topiarij Coraſi.lib.5 Miſcellane.iuris cap 21.quibus accedit Menochi. de præſumpt. lib.5. præſu.154 nu 26 & 27.

Ioannes Garſia tract. de expenſis, & meliorat. capit. 12 numero 42 ſecundum mores eius regionis teſtatur, iudicatum vidiſſe, quod is, cuius ſolum eſt, in quo vinea plantata eſt præcipuum hab.bit quod ibi dari conſueuit his: qui montem incultum concedunt ruſticis, vitibus conſerendum, itaque vinea plantata non cedit domino ſoli: in quo vites poſitæ ſunt, quandiù vinea conſtiterit, & durabit, ex l. 3. tit. de los labores lib. 3. for. leg.

De expenſis vinea pignori data.

C A P. VIII.

A Pignore in hac parte ceptum eſt, ad pignoris cauſam reuerſio fiat, Nam ſi quis alterius vineam pignori acceperit, & neceſſarias in ea expenſas fecerit, non tantum retentionẽ, ſed etiam cõtrariam pignoris actionem habet, tex in l. ſi neceſſarias D de pignorat. action. *retentio competit pro vinea meliorata.*

Intellige ad perpetuam fundi vineati vtilitatem, non autem propter fructus, ne contradicamus ijs: quæ initio dicta ſunt, & habetur, etiam not. in l. quod dicitur, ante finem D. de expenſ. in re dot factis

Vbi verò non pignori data eſt vinea vel fundus, & neceſſariò expẽſum eſt, competere quoque retentionem DD poſt gloſ. in l. ſi non ſortem §. ſi centum. de condict. indebit. l. colonus. vbi gl. verb. propter de vi, & vi armata.

Finis Tractatus de Vinea.

PRO.

Digitized by Google

PROSPERI RENDELLÆ
DE VINDEMIA
PARS PRIMA.
VINDEMIÆ OPVS,
Et Vinitoris documenta continens.

Obſeruanda in Vindemijs.

CAP. I.

Vtilitas tractatus ex vinea redditur.

QVoniam ſcriptum eſt, quis pletat vineam, & de fructu eius non edit? 1. ad Corinth. 9. Reg. 19. plantate vineas, & comedite fructus earum. Eſaiæ 37. fol. 65. d. plantate vineas, & comedite fructus earum, Amos 10. plantabunt vineas, & bibent: meritò vineæ cultorem, quem docuimus, vindemiæ commodum ſequitur: ad quam totum pertinet, ſiue vua propè eſt, vt vendemietur, ſiue iã lecta eſt, vt calcetur; ſiue muſtum euehitur propter eum: qui pendentem illam emit, l. qui pendentem D. de actio. empt. Ideò lex vetat interim, donec iſta emptor exequitur impediri, tenetur enim iniuriarum, qui eſſet impedimento, l. iniuriarum §. ſi quis me de iniur. & d. l. qui pendentem Cepol. de ſeruit. ruſt. præd. cap. 20. tit. de meſſe; & vindomia. cur autem intelligatur ad vindemiã pertinere priuſquam vua legatur in promptu eſt ratio, Nam peraride ſunt multa in tempore, futuro operi neceſſaria, vaſa lauentur, corbulæ ſarciantur, & cæter. quæ M. Cato. docet cap. 23. & Columel. lib. 13. c. 18. atque in eo: quod apud Catonem habetur de præparandis ijs: quę operarij comedant, bibantque, vt far, menæ, oleæ caducæ, vinum prælignaneum, colligi poteſt ſumptum in vindemia per Dominum fieri, quod & vſus, pleriſque in locis obtinet, ac idem operaretur conuentio vbi conſuetudo deficit, ſed, & qui gratis operantur iure alendi ſunt, Bartol. Bald. Salyc. & Angel. poſt gloſ in l. quoniam C. de teſti. & l. ſi non ſortem §. libertus de cond. indeb.

Stipulationis forma in legenda vindemia.

Aliud ſciendum eſt, quod vindemiam legere, factum eſt propterea, vt hæredi ſtipulatoris actio detur verborum formula traditur, in l. ſi ita ſtipuler D. de verb. oblig. (per te non fieri quominus mihi hæredique meo vindemiam tollere liceat) vindemiam verò largè frugum appellatione cõtineri. dicit gl. in l. 1. C. de Agricol. & cenſ. lib. 11.

Vindemia opus eſt diſpendioſum.

Eſſe autem opus valdè diſpendioſum videtur Iulianus ſenſiſſe, dum ceſſare ait aquiliam (ſi quis iam maturas deſecuerit vuas, quia ſcilicet impenſas donauerit: quæ in collectione huiuſmodi fructuum impenduntur) l. ſi ſeruus ſeruum §. ſi oliuam D ad L. aquil. quem textum peregrinum dicit Ioan. Sayſon. in conſu. Turonen. de hæreditate art. 6. Et veritatem examinat nouiſſimè Petr Barboſ. relatis omnium opinionibus in l fructus D. ſolut. matrim.

Operarum mercedes in regno taxantur a Baiulo.

Hinc eſt quare fauore illorum: qui operas cõducunt ne liceat villicis exceſſiuam mercedem petere in Regno Siciliæ, & Neap. ſancitum eſt, vt baiuli operariorum operas meſſorum præſertim, & vindemiatorum ſub certa mercede conſtituant. in conſtit. Magiſtros Mecanicarum.

Obſeruationes multæ in vindemia.

Nunc quanta fuerit apud veteres, obſeruatio faciendæ vindemiæ inueſtigemus. Et ſi ſatis de hac ipſa re C Plin hiſtor. natur. lib. 18. cap. 31. xiij. Kalen Septembris hoc eſt die 20. Auguſti ſacerdos Famendialis dictus vindemiam augurabatur teſte Varrone. quem refert Lud. Dul. in Kalendario hiſtoriar. mund.

Autumni pictura qualis.

Pingebatur autumnus apud veteres, vt hodie, aut è vitibus vuas colligens, aut vt vuas calcaret, aut ab earum calcatione ſordidus eſſet. Ouid. 2. Metam.

„ *Stabat & autumnus calcatis ſordidus vuis*

Alij eius temporis picturam diſtycho comprehendunt hoc. Ad Autumnum.

„ *At tu pampineis redimite Autumne racemis*

„ *Fecundoq; ſuper rerum ditiſſime cornu.*

Nili inundatio Vindemiæ tempore.

Eſt & hic aduertendum quòd habetur Eccleſiaſti. 24. verſ. 34. (& aſſiſtens quaſi Geon in die vindemiæ) Nam de Nilo intelligitur, qui aquarum inundatione aſſiſtit Aegipto, totamque operit tempore vindemiæ, vel vt alijs magis placet, exiccatione aquarum, quod Nilus creſcere

incipiat

Digitized by Google

incipiat Sole cancrum tranſgreſſo deinde abundãtiſſimè in Leone, reſidere in virgine in totum intra ripas reuocari ſoleat in Libra, cum ſcilicet tempus eſt vindemiæ. Vndè verbum aſſiſtens exponi debet, quaſi ſe ſiſtẽns, ita Thomas malucnda de paradiſo voluptatis c.47.

Vua conditio qualis in vindemia deſideratur.

De hinc expectandus imber, ne vua in eius ſiccitate legatur, ſed poſt imbres ſiccis temporibus vindemiandum. Cato. de re ruſt. cap.27. Varro lib.1 cap.27 & c.34.

Vua vt ſit matura, ſigna ſunt multa, de quibus Colum. lib.12. cap.2. Pallad lib.10 tit.11. inter quæ illud Theophraſti lib.2.de cauſ.plant. cap.4. vt expectentur vuæ ipſis in vitibus matureſcere, idque euenit cũ humorem haurire deſierint, ſiue pars humoris diluta Sole abſumitur.

Luna obſeruatio.

Item vua ne ſit rorulenta lecta creſcente Luna ſecundum Plin.d c.31.ſunt enim multa: quæ vices minuendi, & augendi habent cum luna. Gelli.noct.acti. lib 20.cap.7. illud enim in primis ignorandum non eſt lunæ ſydus vim corrumpendi habere, & citius maturandi Authen. lib.7.c.1. At cum luna ſub terra eſt muſta calcari præcipit. Plin.cap 31.lib 18.& quæ ſi noua eſſe contigerit vina reddi frigidiora, notat Vidius Floren.lib 8.de curat.genera.par.1.

Alia videtur obſeruatio lunæ, eum vuæ antequam calcentur è vite legantur, Nam Bartol. Taegius in dialo.de humore fol 31.vinum aſſerit fieri durabile, ſi legantur etiam vuæ,cum luna ſub terra eſt, & decreſcens, ideo Plinij locus intelligendus eſt, vt maior vini fiat prouentus, inquit enim ipſe (Acino plurimum refert ſi creſcente luna contingat vindemiare,) & vide Pontanum lib.1. de ſtellis vbi de Luna,& eius vicibus primum.

Venti obſeruatio.

Venti quoq; flatus erit curæ, propterea quòd Atheneus poſt Galenum de Falerno loquens, eius, inquit duo genera, auſterum, ac ſubdulce quod fit eiuſmodi. Si per vindemiam Auſter flat,qua de cauſa etiam nigrius eſt. Alio tempore, & vento cum eſt vindemiatum auſterum vinum fit, & colore giluum: hoc in loco notari oportet Præfectum de natura vini loquentẽ fuiſſe hallucinatũ. Nam vbi Falerni mentio primum eſt eius, inquit duo erant genera, auſterum, cui rufus erat color,& dulce,cui color albus fol.23. Dehinc vbi de coloribus agit Falerni, duo inquit erant genera. Auſterum, cui rufus erat color,& dulce, cui color niger, & ſimilis vino ſtaſino. Hæc ille; per quæ clarè colligitur error circa dulcedinem,quæ in nigro, non in albo fuit, vt ex Atheneo retulimus.

Stella protinus demialis.

Obſeruabitur ſtella, vt adſit quãm latini pro vindemiam. Greci verò...... vocant Vitruuius ait lib.9 cap.6.

Vuæ non omnes pro vindemijs ſeruandæ, ſed cutis tenerioris, & ſapore nobiles, & maximè quæ citius deſloreſcunt, Pallad. lib.3. tit.9. Ac reprehendẽdi ſunt auari vinitores: qui ne racemationem quidem reliq̃ tenuioribus faciunt.

Corrupti acini, vt auferatur. Nam teſte iuuen. Sat.2.

Vuaq; conſpecta liuorem ducit ab vua.

Species autem earum, quæ deſeruiunt æſui non nullæ ſunt.collegit Andr.Alciat in l qui fundum D de verb.& rei ſignif quem quoque textum expẽdit Angelus Politianus Randulſo Collenutio Epiſtolarum lib.7.vbi legit . . . . magis quàm . . . . Macrobius Saturnal. lib 3 in fine. Adde nouiſſimè Tarentinas ex nouo vitium genere: quas in hiſtor. Taren. meminit Ioannis Iuuenis lib.4.fol.92.

Species vuarum pro eſu.

Vindemiæ tempus, & feria.

C A P. II.

Conſueuerunt maiores noſtri iuſtum vindemiæ tempus ab æquinoctio ad Vergiliarum occaſum dies xliiij. Varro de re ruſtic li.1.c.34. Adulto Autumno, inquit Tacitus lib.11. Annal. ideſt Octobri menſe ſecundum Iuſtum Lipſium ad Tacit. fol 290 quem menſem vindemiæ ſacrum adnotat,& veteri.

Aequinoctiũ autumnale.

Fuerunt propterea feriæ inſtitutæ, quæ iudiciariam curam interim relaxarent, namque id temporis poſt æſtiuam diem in temperiem ſemet autumnitas dirigebat, dicit Marc. Minuc. Felic. Octauius Atque ideò ſcripti milites cum tenerentur intra præfinitum diem in loco certo adeſſe,digni tamen erãt excuſatione, propter periurij pœnam, ſi ille ſtatutus dies in ferias vindemiales inciderat, æquè ac ſi anniuerſariũ in Sacrificium, vel funus familiare, cæteraque huiuſmodi, quæ Aulus Gelli. recenſet libro 16. nocti cap.4.

Feria vindemialis poſt diem æſtiuã.

Et vindemiæ feſtum ſiue ſacra Liberi patris ob vindemiam Caius Cæſar primus Romæ celebraſſe dicitur, notat Iuſtus Lipſius ad Tacit. lib.11.annali.

Vindemia feſtum a C. Caſare celebratum.

Hinc quoque operi inſiſtens excuſatur à munere extraordinario communi iure,cum nec vocari debeat, textus eſt iuncta gloſ & Bartol. in l.1.C.de agric.& cenſ.lib.11.vbi quòd appellatione frugum venit vindemia. Et generaliter non licere quemquam ſic occupatum ad iudícia trahi. lege cautum eſt 1.& 2.D.de ferijs.

Feriales menſes pro vindemia quando fuere.

Feriales verò fuiſſe Romæ comperimus Septembrem,& Octobrem,ex Suetonio in Octaui. *Sanxit, inquit ne Septembri, Octobrivè menſe vllos adeſſe alios neceſſe eſſet, quam ſorte ductos Senatores.* Fuit autem, & imperialis ritus triginta dies ad vindemiam iucundari, ſecundum Paulum diacon lib 3.de geſtis Longob.c.6. »

Sed, & communi iure à Decimo Kalendarum Septembris, vſque ad idus Octobris vindemialem durare feriam habetur, in l 2.C.de ferijs: in quarum Kalend & Idu. computatione quidam decepti putauerunt pro vindemia duos eſſe menſes feriatos, vt Roffredus Beneuen. pri. par.ordin.iudici de ferijs fol.13.ſed non placet eorum opinio Gloſſatori in l. omnes verſ. menſibus C. de ferijs Andr. in tit. hic finit lex §. his conſequenter, dicit ſic.(Vindemia percipitur in Septembri,& Octobri.)

Cum autem non omni regioni vnus, idemq; menſis conueniat ſecundum Colum. de vario

vind.

Vindemiæ tē-pus Præſides arbitrio ſecundum varias regiones.

vind. tempo. & cauſis lib. 12. cap. 2. Prouinciarum præſides ex cuiuſque loci conſuetudine illos 30 dies ſtatuebant. l. præſides D. eo. tit. ideſt iuxta terrarum neceſſitatem, gloſ. in d. l. omnes dies, vnde feriæ tales imperatiuæ dici poſſunt. vt docet Macrob. ſaturn. lib. 1. cap. 16.

Locorum differentia.

Monopoli: quę mihi Patria eſt dulciſſima Septembri menſe prius locis vrbi proximis maritimis vindemiant, dehinc paulatium in collibus, Octobre paluſtres, vuas metunt, & montanas, poſt omnes verò franceſtanas (eſt hic mons omnium ſupremus, & poemate Mutij Sfortiæ virtute ac genere præſtātiſſimi ciuis, valdè laudatus.)

Feriarum abrogatio ab Othone Italiæ rege.

Verum Otho Italiæ Rex, & Imperator apud Roncalias per legem ferias ſubſtulit qui, & māgnus Otho cognominatus eſt coronatus Impe. ſub Pontificatu Leonis Octaui circiter annum Domini 963. vt computat gloſ. conſuet. Pariſi. tit. 1. nu. 63. fol. 11. licèt aliter ſenſit Carolus Sigoni. in ſuis fragmentis de reg. Italiæ; ponit .n. eum in anno 891. verba legis ſunt in longobar. lib. 2. tit. 49.

Caput l. longob. & ratio abrogationis harum feriarum.

Quotidie inquit, contra leges agitur, quotidie malum mali facere non verentur ideò hanc legem per omne Aeuum diuinitate propitia valituram adijcimus, vt toto anni tempore liceat iudicibus cauſas agere, lites dirimere titulum quaſtionum determinare, & diffinire: vt qui quotidie legē offendunt, quotidiè legis ſententia feriantur nec enim tempore meſſium, vel vindemiarum legis edictum effugere debent, qui in nullo tempore peccare deſierunt, benè enim facere, verum dicere, iuſtitiam amare, rectum iudicare omnibus temporibus licuit, ſemperque licebit; quia à bonis nunquam, à malis autem operibus ſemper requieſcendū eſſe catholicè didicimus, & hoc iugiter obſeruandū Deo Authore, & Imperiali Maieſtate decernimus.

Nos hoc iure in Regno vtimur ſecundum gloſ. per illum tex. in conſtit. Baiulos, & omnes verſ. natiuitatis, notat Robert. Maran. in ſuo ſpecul. 4. par. diſtin. 9. nu. 19.

Vbi tamen Romana lex viget, non indiſtinctè procedit; quoniam prodeſt tantum occupatis, ideſt per ſe ipſos, aut per operarios vindemiam facientibus, Speculat. in tit. de ferijs §. 1. verſ. item nota quòd feriæ. Bertachi. in tracta. de Epiſco. prima par. nu. 20. ſed Innocent. in c. conqueſtus in fine de ferijs, dicit ſic. In terris vbi non bibitur vinum, communiter ſicut in Hibernia non dantur Induciæ pro vindemijs. Sed in terris vbi communiter bibitur vinum, licet ibi non ſint vineæ dandæ ſunt induciæ pro vindemijs, & vbicumque pro meſſibus, quia licèt ex ſuis terris nō colligantur grana, oportet tamen, quod pro aliquo tempore anni præordinetur de vino, & grano, quo per totum annum vti debeant: ſequitur Cotta in memor. verb ferię.

Vbi non ſunt vineæ & frumentum ac... ſit locus ferijs meſſi. & vindemia.

Feſtis diebus an vindemiādum.

Diebus verò feſtis Deo dicatis vindemiandum nō eſt, de Nohemi etenim legitur ij. eſdræ cap. 13. qui videns homines torcularia calcantes, oneraque portantes venalia in Sabbatis obiurgauit eos acriter, quòd diem ipſum profanaſſent, refert M. Mantua apophtegm. 87.

Et eſt notatu dignum in d. c. 13. id culpæ dari primatibus ciuitatis ibi (*obiurgaui optimates Iuda*) primi enim ſunt, qui dies feſtos violant.

At cum neceſſitas vrget, non ità, nam licèt quandoque die Dominico vacare operi rurali, ne occaſione conceſſa per l. 3. C. de ferijs c. licet, & c. fin. de ferijs. De qua re Lucas de Penna in l. 1. C de agric & cenſ. & l. colonos eo tit. & vt inquit Scæuola apud Macrob. Satur. lib. 1. c. 16. ferijs agi licet quod prætermiſſum noceret.

Decretum interpretum S. C. Triden. de feſtorum remiſſione.

Adde decretum congregationis Concilij, licere diebus feſtis dare ope am rebus, ad victū neceſſarijs, ac tempore perituris, præſertim tempore vindemiarum, & meſſium, ac recollectionis fructuum, vel vbi neceſſitas vrgeat, aut ſuadeat pietas.

Opus non laboris diebus ſa... ſit vt ſtat.

Debemus in eleemoſinis aut alijs pijs operibus compenſare quoties fieri licere diſpenſatur vt in ſimili gl. in cap. Presbiter verſ. denariū 82. diſtinct. ſequitur Petr. Rauen. in compend. Iur. canon. tit. de ferijs. vide tamen latius Cardin. Alex. in d. c. præsbiter. qui Doctores in Ieiunijs loquuntur.

Hòc & Ethnici faciebant; quoniam cum per religiones Pontificum feſtis diebus non liceret vindemiam cogere, ſi id fieri contigiſſet, prius Catulum ſacrificabant Colum. in fine lib 2. de re ruſtica.

De Torcularij, & Vindemiæ inſtrumentis.

CAP. III.

Vindemiæ inſtrumenta multa ſunt.

SEd nè ex his videamur vindemialis operis obliti circa eius inſtruméta: quæ multa ſunt, vt in l. inſtrumenta fundi D. de fundo inſtru. ibi, quemadmodū torcularia, corbes, quali vindemiatorij, exceptorijque, in quibus vuæ comportantur. Qualus vaſis genus eſt ex viminibus compoſitus, per quod vinum guttatim defluit, cum vua imprimitur à colando dictus, reliqua verò materia exire prohibetur, & à qualo per diminutionem fit quaſillus: qui alio nomine calathus dicitur, ita exponit has voces contra Gloſam Accurſij Catelli. Cotta in memor. ver. vinitor. addit Gloſa Tinaccios, Tinas quoque meminit Andreas Baccius. lib. 1. de natura vin. de quibus infrà libr. 3. de vaſ. vinar. aduertendum duximus ad torculare, ſiue torculū, quod, & torcularium dixit Marcus Cato de re ruſt. capit. 18.

Torcular quale.

Quòd nos ſolido in loco prope vineas è lapide; quem dicimus vinum conſtrui curamus. vtque pauimentum ſuperius murus eiuſdem materia ſepiat, ſit, & ſub dio. Hic ſtratas vuas pede primùm vinitores calcant, de hinc collectas, & compoſitas congerie quadam lapidum præmunt inde extractas, ac pedibus magis attritas ſuper præla in medio decreta, quaſi congeriem inſtruit inſtructa vinacea funibus, victiſque allegant. Supernè tympanum verſatile collocant vectibus poſteà ligneis torculari circum acto toro pondere vrgent. Cumque deſijt muſtum ſub præla fluere in lacum circumcidunt extrema,

& rur-

Digitized by Google

& rurſus premunt. Quidam poſt excolatum in lacunam muſtum remittunt, ac reſundunt in ſua vinacea in ipſo pauimento, vt aliquantum ebulliat exalatiſque vaporibus, ac fece reſiſa, exauriunt, quaſi defecatum, & in dolia condiunt abſque alia mutatione retoruatum, id vinum quibuſdam dicitur, cuius artem latius explicat Andreas Bacci. lib. 1. de natura vin. ca. 10. Rurſus in patria nulli vina coquunt, ſed crudis vtimur, quòd cocta vina minus vtilia, quàm cruda ſecundum medicos, eſt & ratio quod noſtra vineta plurima, vt in apricis, & calidis, ſicciſque à natura terris poſita, generoſa fuerunt vina, & quæ coctione non indigent, nec cultu, qua citò matureſcant, matura enim fiunt citiſſimè, & ſeneſcunt anno.

Veteres ll. in vindemiatores. Leges autem vindemiatoribus olim dictas hos recenſet Barnabas Briſſoni. lib. 6. de formulis, vuam ſqualidam ne legito, Hanc ne legito rotulentam ex Plin. lib. 18. c. 31. ſqualidam exponit hoc eſt in eius ſiccitate, niſi imber interuenerit.

Rorulentam. hoc eſt, ſi ros nocturnus fuerit, nec prius quam Sole diſcutiatur.

Torcular ædiũ appellatione continetur. Nec illud ignorandum eſt quantum ad legales de vindemia quæſtiones attinet. Torcular ædium appellatione cõtineri in propoſito l. qui ædes D. de incen ruin. naufr itaque habebit d. l. locum in eum: qui combuſſit torcular ſecũdum doctrinam Bartoli, & Floria. quos refert Cepol. in tract de ſerui. ruſtic. præd. cap. de igne nu. 9.

Nunquid autem vendita vinea inſtrumenta huiuſmodi debeantur? reſpondit Vlpianus in l. fundi in princ. D. de actio. empt. multa etiam defoſſa eſſe, neque tamen fundi, aut villæ haberi, vt puta vaſa vinaria, torcularia, quoniam hæc inſtrumenta magis ſunt, ſi ædificio non cohæreant, venirent tamen in vſufructu per l. quæſitum §. ſed ſi fundus D. de fundo inſtructo l. 2. vbi gloſ. & omnes C. de verb. ſignif. gloſ. conſue. Pariſien tit. 1. §. 1 gloſ. 8. num. 8. Bald. conſ. 485. in princ. vol 4.

Verùm ſi cui competit vſus, vt alieno in torculo vuas cômprimat, tandiù durat vſus, quandiù vites viuunt, l. ergo §. Neratius cum l. ſeq. D. de ſerui. ruſti. præd. Namq; ſic actum tacitè videtur, ex quo gratia fructuum quæſita eſt ſeruitus, gloſ. in l. certo generi. verſ actum erit eo. tit.

Si autem vineæ conſtituta eſt ſeruitus, videnda ſunt quæ ſupra diximus de appellatiuo vineæ circa finem. Et hic addas quod ſi cui ſimpliciter via per fundum cuiuſpiam cedatur, vel relinquatur, non per medias vineas ire agere ſinendus eſt, cum id æquè commodè per alteram partem facere poſſit, & minore ſeruientis fundi detrimento, l. ſi cui de ſeruitut. Qualis etiam ſit ſeruitus in tuo torculari vuas præmendi. vide l. Mela in fine de alim. & cibar. legatis. vbi ſecundum gloſ. vltimam, quam ſequitur Dynus, & Alberic. non eſt ſeruitus realis, vel perſonalis, ſed ius quoddam debitum actione perſonali. Vide ibi Doctores.

Ex l. ſed addes § illud nobis D. locati habes, locato fundo venire quæ ſoleãt inſtrumenti nomine præſtari dolia, ſcilicet, & prælum, quod ſi vitiatum eſt à Domino refici debere, ſed ea dolia præſtanda ſunt, quæ ad præſentem vſum colonum parare oportebit, (ad præſentem vſum intellige dictum, vel ad ſignificandum ea: quæ gratia fundi, ſiue ad opus fundi ſunt, vt per Bal. conſ. 485. vol. 4. Gozad. conſ 83. vel dictum intellige præſtari dolia ad præſentem vſum) ideſt, vt vinum muſtum pendens reponatur, non autem vt doliare fiat, & conſeruetur, eſt enim inter vtrumque non modica differentia: quam ex Marco Catone adducit Guliel. Bude. in annot. l. 1. §. fin. D. de pericu. & commo. rei vendit. vide vaſa vinaria de verb. & rer. ſignific.

De Domini officio in vendemijs.

C A P. IV.

QVale Domini ſoleat eſſe officium cum vindemiatur, hiſce verbis oſtendit C. Plin. Iunior lib 9. Epiſtol. 29. ipſe, inquit, nunc maximè vindemias graciles quidem, vberiores tamen quam expectaueram colligo. *Si colligere eſt non nunquam decerpere vuam, torculum inuiſere guſtare de lacu muſtum, obrepere Vrbanis: qui nunc ruſticis præſunt.* Graciles dixit, ideſt tenues, quo etiam ſenſu accepit Plinius maior, Iuniori ſcribens Epiſto. 15. lib 8.

Veterum autem, maximè Græcorum nõ parua erat in vindemijs cura pro delectu vuarum, & vt conditent muſta, quæ ex Plinio videri licet. Nam hodie vulgaris, & ſimplex eſt vindemia, niſi ad Antidotum vina quædam paranda ſint; quæ propterea vina medicata appellant. Itaque ex collectione plurium ſimul generum vuarum Albenſium præſertim: quæ craſſiores ſunt, muſta noſtra exprimuntur, & condiuntur abſque omni artificio.

Iocoſa quadam in vindemijs.

C A P. V.

SEd, & iocosè placet hic referre Aurelij Olympij Nuncſiani Eclogam tertiam de vindemia.

Pan modulatur.

Tum primum latas oſtendit pampinus vuas.
Mirantur Satyri fordeis, Et poma Lyæi
Tunc Deus ò Satyri maturos carpite fructus
Dixit, Et ignotos pueri calcate racemos.
Vix hac audierant, decerpunt vitibus vuas
Et portant calathis, celeriq; illidere planta
Concaua ſaxa ſuper ponunt, vindemia feruet
Collibus in ſummis, crebro pede rumpitur vua
Vdaq; purpureo ſparguntur pectora muſto
Tum Satyri laſciua cohors, ſibi pocula quiſq;
Obuia corripiũt, quod Sors dedit, hic capit vſus.
Cantharon hic retinet, cornu bibit alter adunco.
Concauat ille manus, palmaſq; in pocula vertit.
Pronus at ille lacu bibit, Et crepitãtibus haurit
Muſta

Muſta labris, alius vinalia cymbala mergit,
Excipit, ac potat, ſaliens liquor ore reſultat,
Atque alius latus præſſis, reſupinus ab vuis
Spumēt inq; humeros, Et pectora deſluit humor
Omnia ludus habet, cantuſq; choroſq; licentes,
Et Venerem iā vina mouent, reptantur amātes
Concubitu Satyri fugientes iungere Nimphas
Iam iamq; elapſas hic crine hic veſte retentam
Tum primum roſco Sylenus cymbia muſto
Plena ſenex auidè non æquis viribus hauſit
Ex illo venas inflatus, nectare dulci,
Heſternoq; grauius ſemper ridetur Iacco,
Quin etiam Deus ille Deus Ioue proſatus ipſo
Et plantis vuas premit, Et de vitibus haſtas
Ingerit, Et lynci præbet crathera bibenti.

Romę in ſuburbijs Deo Libero & Liberę Deę pro vindemia ſanctiſſime, & caſtiſſime ſacra fiebant, vt adnotat Andreas Palladius de antiquitate Romæ.

Dignum profectò carmen, quod, & meruerit locum inter flores Illuſtrium Poetarum ab Octauiano Mirandula, vt nec interim omittamus quæ ad conſuetudinem vindemiatorum ſcilicet iactandi iurgia in viatores ſcripſit Hor. Sermon. lib. 1. Satyra 7.

Expreſſa arbuſto regerit conuicia durus
Vindimiator, Et inuictus: cui ſapè viator
Ceſſiſſet magna compellans voce cucullum.

Vindemiatorum licentia ab Heliogabalo.

Atque vindemiarum licentiam ab homine impuriſſimo Heliogabolo lege permiſſam ſcias, quam tamen abhominandam, turpem, impudendam, & obſcænam vocat Antonius Galat. Philoſophus in deſcriptione Callipolis, ſi quidē hiſtorici de illo principe, ita conueniunt, Nullus contaminatius, aut impurius vixit, omnium religionū contemptor. præter patrij numinis Heliogabuli ſecundū Io. Bapt. Egnat Roma. princ. lib. 1. fol. 356. De iſto Heliogabuli laſciuo inſtituto recenſet hiſtoriam Iuſtus Lipſius ad Tacitum lib. 11 annali. verb. Adulto autumno.

Virgilius quoque in Georg. de cantu vindemiantium ſic inquit.

Iam canit extremos efflatus vinitor antes.

Priapi corona in vindemijs.

His diebus vindemiæ omnes verbis flagitioſiſſimis vtebantur Priapū ideſt virile membrum corona decorum per fora tranſuehentes. Vide morem relatū à Blondo Romæ Triumph li. 5. in Franconia autem finita vindemia adoleſcētes, & pueri: qui vindemiarunt in campo cōuenientes ſinguli ſe de ſtramine: quod ad hoc adductum eſt, vua, aut duabus facibus armant: quibus ſub noctem incenſis cantantes ciuitatem ingrediuntur, hoc more autumnum ſe expurgare, atque exurere dicunt, teſte Io. Boemo. lib. 3. c. 15. de morib. omni. genti.

Nec iſta videantur mirum, ipſa vindemia ebria eſt ſecundum fauſt.

Ebria ſpumabant calcatis præla racemis.

Sed cum ſatis luſerimus quærenda ſunt iterum ſeria more faſtidentis ſtomaci.

De Benedictione Vindemiæ.

CAP. VI.

CONſueuerunt Sacerdos quibuſdam in regionibus nouas vuas in feſto transfigurationis Dominicæ benedicere ex libro Sacerdotali Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ. Orantis autem verba hæc ſunt.

Benedic Domine hos nouos fructus vuæ: quos rore cæli, & inundatione pluuiarum, & temporum ſerenitate, atque tranquillitate ad maturitatem perducere dignatus es, & dediſti eos ad vſus noſtros cum gratiarum actione percipere in nomine Domini Noſtri Ieſu Chriſti, per quem hæc omnia, &c.

In quibuſdam Eccleſijs VII. Idus Auguſti celebratur feſtiuitas, quo die per Apoſtolos Dominica trāsfiguratio publica eſt. Epiſcopus Equilinus fol. 284.

Vuarum oblatio in feſto S. Sixti.

Dixit tamen Gloſa per illum textum de conſecrat. diſtinct. 2. c. didicimus huiuſmodi benedictionem vulgarem eſſe, fieriq; ſolere in feſto S. Sixti. Sic poſtea benedictas vuas ſeorſum à Sacrificio oblationis Populus, qui petierit, accipiat, & fructuum gratias agat, cui concordat cauſ 2. 2. quæſt. 88. art. 11. in eo; quod probat aliter accipi benedictiones: quæ ſunt conſtitutiuæ Sacri, quales ſunt Eccleſiæ, altaris, calicis, & ſimilium aliter per quas Deo gratias agentes, cuius opem, vel aſſiſtentiam inuocamus, vt in vineæ, vuæ, vini noui, & cæterorum fructuum benedictione. Sequitur relatam diſtinctionem Doctor Nauarrus in elegātiſſ. commentar. de Spolcler. §. 17. num. 9 & Domin. Soto in 4. Sentent. diſtinct. 9. quæſt. 1. artic. 5. verſ. de vuis autem dubitare.

Vindemiales fructus pro annua ſolemnitate quod ſeruaret.

Sed neque ignoro, quòd olim vindemiales fructus pro annua ſolemnitate de more colligebantur Macrob. Saturnal. lib. 7.

De Præſagio copioſæ Vindemiæ.

CAP. VII.

ANno à Chriſto nato 1614. per omnes regiones vuarum tanta copia, vt earum non modica pars in vineis ſit reliqua, impletiſq; doleis muſta in torcularibus plurima ſuperfuerint, quorum precia viliſſima ſupra hominum credulitatem.

Vpupa vini bonitatis, & copiæ præſagiū.

Orus Apollo Hieroglyphic. ita inquit.) Præſagium copiæ vini ſignificantes Vpupam pingunt, quæ ſi ante vitium tempus cecinerit, inſignem vini bonitatem, ſimul ac copiam prænuntiat, illudque quoque notatu eſt dignum, quòd vinitoris ſimulacrum per aſinum conſtituebant Sacerdotes Aegiptij, abroſo enim ab aſino vitis palmite vindemiā inde feraciorem perueniſſe obſeruatum eſt. Henric. Farneſi. de verb. interpret. ante finem libri, verb. vinitoris

Ouidius autem in faſtis.

Si bene floruerint ſegetes, erit area diues,
Si benè floruerit vinea, Baccus erit.

Cumq;

Digitized by Google

Imperij incrementum ex vindemia repetita.

Cumq; veteres à vegetabilibus auguria ſumerent, aiebant, quòd vindemia repetita incrementum Imperij prædicebat Nazian. ora. 1. in Iulian. Sozomen. libro 5. capitulo 1. Eutrop. libro 11.

Quidam verò Sancti Vincentij feſtum diem obſeruant inepto ad id carmine adaptato, quòd improperat Martin. de Arles in tracta. de ſuperſtit.

Vincenti feſto ſi Sol radiet memor eſto
Para tuas cuppas: qui multas colligis vuas.

Vitis ſecta omen infelix.

Vitis autem ſecta infelix omen Traiano. Macob. libro 1. Satur. capitulo 23. Maior ſuperſtitio Franconibus eſt, teſte Io. Boemo libro 3. capitulo 15. de morib. genti. qui ait in die Sancti Vrbani vinitores in foro, aut alio publico loco menſam locant mappis, fronde, & plurimis redolentibus herbis inſtruunt, deſuper ſtatunculam Beati Pontificis ſtatuentes, quam ſi dies ſerena eſt, largo vino coronant, & omni honore proſequuntur. Si verò pluuialis, id non ſolum non faciunt, ſed luto proijciunt, & aqua immodica perfundunt perſuaſum enim habent illius, diei tempeſtate, auſpicioque vinum tunc floreſcens, & augumentari, & diminui ſuperſtitionem dixi; quia ſummerſio imaginum quarumcumque cum hymnis, & canticis agatur pertinet ad iniuriam Sanctorum, & eſſe actum ſuperſtitioſum dicit Martinus de Arles in tractat. de ſuperſtition.

Superſtitio Francorum in die S. Vrbani.

Vina Barenſis regionis quando fiunt arida, vel munda.

In hac verò Barenſi Regione illud ſanè aduerti oportet, quòd cum apricis locis vindemia fit, præceſſitque ſicca ætas: qua multæ vuæ paſſæ euenire, muſta dulcia fiunt, & craſſa: quæ niſi hieme bibantur, minuitur vere proximo dulcedo, ineunteque mox calore aceſcunt, contra in paludoſis iuuat ſiccitas, obſunt imbres, qui cum ad vindemiam vſque proceſſerint, vina craſſa, euaduntque mollia, raraque, niſi magno condimento adhibito ſeruantur.

Craſſum bibere quid aulicis ſignificet.

Neque prætereũdum hic arbitror vetus prouerbium (craſſum bibere) quod ad aulicos pertinet, vt acerba omnia præferant quouſque ad finem ſuum perueniant, refert aulicus politicus regula 157. quilibet prudens vinum autem ſubleſtum vocabant veteres, ideſt infirmum, & tenue. Inde Plautus vinum ſubleſtiſſimum dixit quia infirmos faciat corpore, vel animo.

Vinum ſubleſtum.

De Protopo, quod eſt primarium vinum carmen.

C A P. VIII.

Protopum, ſiue primarium vinum, ſiue lachryma quomodo fit.

Hac ſerua, qui vina cupis meliora ſalernis
Efficere, & dici vinitor ægregius.
Sit generoſa, ſolo ſit aprico vitis, ab vmbris
Lædatur nullis, ſit pede firma breui.
Artificis purgata manu, defoſſaq; crebrò
Sed nec cultura ſit tua cura minor.
Funde preces ſuperis, obſint ne noxia grando,
Ros, venti, vredo, campa, rubigo, gelu.
Dehinc cũ ſtella vibrat, cui pro vindemia nomẽ,
Et ſilet in noſtro cinthia clara polo.
Collibus in ſummis eſt præmatura, rubenſq;
Sicco poſt imbres vua legenda die.
Ac dulces, tenueſq; botros non comprimet ante
Prælum, ſponte ſua quam fluat inde liquor.
Inq; cados lachrymas ſtillantes indito mundos
Seruet odoratos frigida cella cados
Hic patere vt ſpumæ ſaliant, Et muſta quieſcãt
Queis defecatis vaſa picata reple
Nec prius ipſe bibas maiorum more ſacerdos
Quàm libet vetuli pocula prima meri.
Tunc ſume, Et eredas quæ mera ſerũtur Iacchi,
Cum lachrymas cernes exhilarare iecur
Lætitiaſque ferens ardens in pectore, ſignum
Mæſtitiæ fletus efferat ex oculis.

Lachrymam Neap. & Romæ dicunt à monte ſumma vſque ad Surrentum ad Salernum, & Amaphitanam Coſtam ex vuis nigris, ita nuncupantes ex apparatu; quia permittitur ſpontè fluere, quale vinum Virgineum; propterea aliqui appellant Andre. Bacci lib. de natura vini.

Lachryma Neapoli & Romæ quæ ſit, & vinum Virgineum.

Lachrymam inebriare habetur, Iſaię cap 16. *Super hoc prolabo in fletu Iaſer vineam Sabama: inebriabo te lacrima mea*, & cet. quid tamen his verbis protendat prophetia, vide ibi Gl. & ſacros ſcriptores.

Ad ſenſum Epigrammatis vinum autem lachrymis Nympharum miſcere idem ſignificat, quod aquam infundere, vt apud Athenæ. li. 11. cap. 3. in fine.

Vino lachrymas miſcere quid ſignificat.

Mos erat Gentilium nec deguſtare quidem noua vina antequam Sacerdotes primitias libaſſent C. Plin. natur. hiſtor. lib 18. cap. 2. in fine. Nam per Sacerdotes offerebant Deo, veluti ab eis oblata munera: quibus cum maior eſſet conſuetudo gratiora fierent.

Gentium religio in nouis vinis libatione.

Concordat textus prouerb. Solom. c. 3. Honora Dominum de tua ſubſtantia, & de primitijs omnium frugum tuarum, & implebuntur horrea tua ſaturitate, & vino torcularia tua redundabunt. Docet autem Feſtus, calpar genus eſſe vaſis fictilis, ſeu vinum nouum: quod ex dolio demittitur Sacrificij cauſa, antequam deguſtetur. Ambroſ. Calep. in diction. Calpar.

Honorandus eſt Deus de primitijs.

Calpar quid ſit.

Protropum autem, de quo carmen edidimus, vbique magni precij habetur, apud nos lachryma vulgò appellatur, veteribus, maximę quoque æſtimationis, vt obſeruat Hieronym. Mercurial. variae. lectio. lib. 1. c. 17.

Lachryma magni æſtimatur.

De vino Doliari, & ſellario.

C A P. IX.

Nec prætereundum eſt quod facta vindemia vinum poſt menſem de fece, vt dematur optimum cenſuit Marcus Cato, ſed caue ne tractes flante Auſtro de re ruſtic. c. 26. & c. 31. poſtquam verò defecatum in dolia diffunderis conſeruandum quouſque veneat, vel vſui potus deſeruiat, appellari incipit doliare vinũ, namq; antea pendens dici debuit ex l. 1. §. fi. D. de peric. & commod. rei vend. quis, & alio modo intelligat Bud. cuius eſt mẽtio infra de peric.

Vinum defece demptum & repoſitum doliare dicitur aliud eſt pendent.

C & com-

Digitized by Google

& commod. rei ven. in fine. Quidam è noſtris villicis hoc modo defecant. Poſt calcatas vuas, excolatumque muſtum in lacunam reuertentes idem muſtum in ſua vinacea faciunt, vt in torculari ebulliat aliquantulum, poſt in ipſam lacunam paulatim ſtillat, & relicta fece, quæ reſedit in torculari, ita defecatum exhauriunt, & in dolia condiunt, noſtra enim muſta cum in ſiccis, & lapidoſis collibus præſertim naſcantur, ſemel mutatum, & defecatum poſt menſem puriſſimum, & ſincerum bibitur album, vel aureum, rubrum aliquando, cum nigræ vuæ ſeparatim calcantur, & miſcentur in vindemia.

Muſtum in torculari quomodo defecatur.

Magazena pro tabernis, & cellarijs.

Neapoli, & per Prouincias promiſcuè appellamus tabernas, magazena, & cellaria: quæ num veniant appellatione domus? et Apoſtilla ad Neapod. folio 377. A, & B, & de Magazeno loquitur Afflict. deciſione 399. Andr. Alciat. militare Aerarium vulgò magazinum interpretatur in l. ſeptem diebus C. de crog. mil. anno. libro decimo, Scæuola I C. horreum vinarium meminit in l. tabernam D. de fund. inſtr. Vincen. Carrot. in 2. parte tract. de locat. & conduc. facit titulum. De Magazenis dicens in patria Tuderti appellari Magazinos. Non tamen omittendum eſt, quod Andr. Bacc. libro primo, de natur. vin. capitulo vigeſimooctauo, interpretatur doliarium, apud Iuriſconſultum pro loco Doliorum capi, & cellam vinariam, quod, & cellarium dici, vt ſupra Cellæ item vinariæ meminit Cicero in Topicis loco à contrarijs, & promptuarium, ideſt cellarium, exponit Gloſ. in l. 4. §. ſi cui quæ in promptuario D. de penu. legata. Quorumcumque autem nomine nuncupentur ad conſeruationemque vini eſſe oportet in frigidis locis ſecundum Varron. Vetruui. & Columel. & videatur omninò Marſil. Cagna. libro ſecundo, capitulo primo, variar. obſeruat.

Doliarium à doliorũ locat.

Promptuariũ, et cella vinaria ſi tractat.

Lumen vt habeat etiam à publico.

Lumen verò vnde ipſa cellaria rectè capiant, docet ibi Vitruui. libro primo, capitulo quarto, & libro 6. capitulo nono, Plini. in hiſtor. natur. libro 14. capitulo 21. iureque probatiſſimum eſt, quòd qui ſubterraneam cellam habet, dum permittitur è ſolo publico lumen accipere, & viam aperire ad lumen recipiendum, tenetur ligno, vel ferro eam occludere. Cepol. de ſerui. vrb. præd titulo 45. de penu quem ſequitur Pyrrus in conſuet. Aurel. titulo de ſeruit. folio 134. & capitulo 16. eod titulo decentiſſima refertur conſuetudo, vt ſi cloacam quis habet vicino ita contiguam, quo cellæ vinariæ vel penuariæ ſit confinis, vbi ad cellæ altitudinem cloacæ ſordes excreuerint, purgari debeat, ne cella deterior efficiatur, an idem probabile ſit de iure? Ripa in tract. de peſte titulo de remed. præſeru. numer. 68. & ſeq. adde rationem ex Theophraſto de cauſ plant. libro 2. capitulo 25. & libro 6. capitulo 28.

Cloaca ne ſit cellario vicina.

Regula fratrũ S. Franciſci de vineis ha.

Nota quòd fratres Minores S. Franciſci non poſſunt cellaria habere, nec magnas vineas, vt in c. exijt qui ſeminat de verb. ſignif. libro 6. & in Clemen. exiui eo. tit. de conſuetudine tamen eſt aliter, de qua Scappus de iure nõ ſcripto li. 6. de vltim. volunt. cap. 8.

Cellaria ne fiant in eccleſijs ruralibus.

Debere Epiſcopos prohibere, ne in eccleſijs præſertim ruralibus cellaria fiant, dicit Paulus Fuſcus in tract. de viſitat. & regim. Eccleſ lib. 1. cap. 28. fol. 175.

Et ad maiorem obſeruationem diei Dominici decentiſſimum eſſet adijcere, vt vinum venale non præconizetur in ipſo die Dominico, dixit Petr. Iacob. in ſua practica titulo de ſtatu Curiæ Romanæ num. 5. ſed contrarium vbique ſeruari videmus, non tamen in contemptum feſti; ſed quia ob frequentiorem populum ex pedit Domino magis die feſto, quam alijs laborum præconizari, quod venale habet, & quia ad victum pertinet.

Nota contra fratres quæſtuantes in meſſe & vindemia.

Contra fratres mendicantes, qui tempore vindemiæ, & meſſis ſic copioſè granum, & vinum mendicando colligunt, & in cellarijs, & granarijs recondunt, quòd per anni reſiduum abſque mendicitate poſſunt transfigere vitam ſuam, eſt textus in Clem. exiui de verb. ſignif. id ſecundum regulam.

Sed de conſuetudine non ſeruatur, vt notaui ad Bartol. libro 1. Minoric. vbi allegaui Scappum nouiſſime de iure non ſcripto.

Vſus cellæ vinariæ & olearia ſi legata ſit.

Is: cui relictus eſt vſus cellæ vinariæ, vel oleariæ, ſolus vtetur, non etiam dominus eo inuito, textus eſt in l. ſi habitatio. in fine D. de vſu, & habitat.

De Benedictione Cellarij ex libro Sacerdotali, cap. 26.

CAPIT. X.

Eſt ſie tractatio cellaria benedictione.

ECce ego mittam vobis frumentum, vinum, & oleum, & replebimini in eis. dicit Dominus. Ideoque exultate, & lætamini in Domino Deo veſtro. ℣. Emittet Dominus benedictionem ſuper cellaria tua. ℟. & ſuper opera manuum tuarum.

Oremus.

OMnipotens, & Miſericors Deus: qui vbique præſens es, Maieſtatem tuam ſuppliciter exoramus, vt huic promptuario gratia tua adeſſe dignetur: quæ cuncta aduerſa ab eo repellat, & abundantiam benedictionis tuæ largiter infundat per Chriſtum Dominum Noſtrum.

De ſignandis, & ſigillandis Dolijs.

CAP. XI.

Anulo ſignabantur amphoræ, & lagenæ.

AMphoras vinarias, & lagenas ſignari anulo ſolitas, apud veteres, vt & modò Principũ pocillatores ſeruant, annuit Clemens li. 3. Pedago. & Martial. Epygr. lib. 9.

„ *Nunc ſignat meus anulus lagenas*

C. Plin. natur. hiſtor. libro 33. capit 1. temporum viciſſitudines adnotans, ita de hac ipſa re.

ſare. Quæ fuit illa priſcorum vita qualis innocentia: in qua nihil ſignabatur, at nunc cibi quoque, & potus vindicantur anulo à rapinis. Propterea magni faciebant anulum, & Clarus, vt apud maiorem natu ſeruarentur, ex l.77. §... D. de legat.2. quod, & plerique animaduertunt.

Edictum Claudij Cæſaris de doliis picandis.

Nota vnum: quod quibuſdam deridendum viſum fuit, notatque Suetonius inter Claudij Cæſaris ineptias cap.12. illum edicto publicè admonuiſſe, vt vberi vinearum prouentu bene dolia picarentur, Quaſi priuati commodi ciues publico edicto eſſent admonendi, inquit ibi M. Anton. Sabellic. in comment. ſed poteſt ſaluari publicam vinearum fuiſſe veteribus curam: quod ex Theophraſto, & C. Plinio notauimus.

Vulgo (il menato)

Neque ignorādum quòd quæ reſiderunt feces ex muſto, cum in colum Sacci inſtar refunduntur. Vinum excolatum tenue facilè acidum euenit, adnotat Andre. Bacci. de natura vini libro 1.cap...

PARS II. DE VINDEMIA

Quæſtiones vindemiales continens.

Q V Æ S T. I.

Cuſtos vineæ pro ſuo mercede impedit vindemiam fieri.

PRimum eſt. Generalem eſſe conſuetudinem pro vindemiarum cuſtodibus. Vt non liceat vinearum dominis proprias vuas colligere, ipſo ſaltuario prius non vocato ratio eſſe poteſt, quoniam ipſe cuſtos damni dati tenetur. Veronenſ. in Tract. de ſeru. ruſt. præd. capitulo 20. hac autem in Patria, quod, & pleriſque in locis moribus receptum eſſe audiuimus, licèt ipſis ſaltuarijs nulla iudicis authoritate petita, ſuo quaſi iure inhibere Dominis poſt collectas vuas; præſſaſque, ne muſtum, è lacu efferant, niſi ante mercedem pro cuſtodia ſatisfecerint. Qua in re illa ſolent eſſe verba, Prohibeo tibi T. pro parte Maieſtatis Domini Regis, vt amouere hinc muſtum non præſumas, priuſquam cuſtodiæ mercedem non ſolueris, ex conſtit. reg. iuriſgentium titul. de defenſ. impon. Addo Emanel. de claris aquis ſingul.39. qui dicit quod cuſtodes ratione rei cuſtoditæ habent actionem in rem, allegat D. de acq. rer. Dom. l. Pomponius C. de Sacr. San. Eccl. l. ſancimus 1. in princ. Et qui vindemiam emit, mittendo cuſtodem, vt ſolet, poſſidere cenſetur, quaſi vindemia ei tradita, l. quarundam D. de acquir. poſſeſſ.

Q V Æ S T. II.

Inuitis vinearum dominis ſit cuſtodia.

SVbnecto, & aliud notatu dignum deberi ipſi ſaltuario conſuetam mercedem pro vineis: quæ conſueuerunt eſſe ſub cuſtodia, etiam ſi qui Dominus eſt ab initio recuſauerit, propriumque, ac ſeiunctim cuſtodem ſuæ vineæ præfecerit, quod poteſt pro ſuo præiudicio, vt eſt textus ſingularis in l. ſi ita legatus §. Dominus proprietatis D. de vſu, & habitat. ad quæ faciunt dicta Speculat. titulo de cenſibus, §.1. quædam vicinia, & Iaſ. in l. in emphiteot. C. de iur. emphi. numero 26. qui dicit ſingularem determinationem Speculatoris in caſu ſuo, & ita in hac Curia deciſum ex facto per illam doctrinam reperij. Adde conſuetudinem, quam refert Io. Boem. libro 3. & ll. omni genti. capit.15. Herbipoli, cuique vindemianti ob exhibitam in decimando infidelitatem inuenta addici: qui diligenter notet, & iubeat etiam, vt quodque decimum vas lectum abſque fraude Domino ſuo Tribuatur, & vide inferius quæſt.51. & quæ dixi in propoſito de decima oliuarum in lib. de oliuar. mariti. eo. cap. de decimis.

Electio cuſtodis ad vniuerſitatem ſpectat in caſu.

Loquutus ſum autem de mercede ſaltuarijs à vinearum Dominis debita non ſolum præſuppoſita conſuetudine, qua electio cuſtodis fit per vicinos; ſed etiam attento iure ſcripto; quo electionem ſpectare ad vniuerſitatem, refert Franc. Ripa in tract. de peſte tit. de remed. conſer. Vbert. num.187. & adde hic quæ tetigi lib.1. cap. de tut. fruc.

Q V Æ S T. III.

Retrouenditio non fit pendente vindemia.

QVi promittit vacuum fundum retrouendere intra certum tempus, non tenetur vuis pendentibus, quia non adhuc poteſt dici vacuus, donec vuæ pendentes ſint, dicit notanter Hierony. Cagnol. in l.2. C. de pact. int. empt. & vend. verſ.98. quæritur nu.261. allegat l. fin. §. fructus autem, vbi textus notab. D. de his, quæ in fraud. credit.

Q V Æ S T. IV.

Emens vuas viridarij biferas an habebit.

DIſputauerunt vltra montes, quòd qui vuas viridarij emit, quæ bis in anno fructum ferunt, non habebit, niſi primum fructum, argum. l. diuortio §. quòd in anno, vbi notat Bald. D. ſolu. matrim. Et quia Bald. opponit de l. defuncta §. fin. de vſufr. & de l. cum manu ſata §. ex Sylua de contrah. empt. reſpondet Io. Imol. quod loquuntur in alijs caſibus, & adducit pro deciſione l. boues §. hoc ſermone de verb. ſign. Iaſon latiſſime in eo. §. quod in anno nume.12. cum ſequen. vide Borgn. Caual. in tract. de vſufru. muli. relic. vet. venditio in reperto, quod nota; ſunt enim quædam vites triferæ: in quibus pars vuarum floret, pars defloruit, ſunt turgeſcentes, ſunt acerbæ, alijs matureſcentibus, alijs iam maturis, vt de campania recenſet Anto. Sanfelicius in 1. pagina.

(.)

Digitized by Google

QVÆST. V.

Vindemia facta inter primam & ſecundam licitationem, & ad quem pertinent.

VVlgaris eſt quæſtio apud I.C. in l.fin. ff.de iure fiſci ſuper fructibus vineæ: quæ alicui fuit certo precio addicta, cum is ſecundam licitationem receperit, vtraque tamen addictione intra tempus vindemiarũ facta, ad venditorem ne ad emptoremvè ſpectent? & quid de mercede ſi ſub colono ſint prædia, ibi eſt notabilis diffinitio.

QVÆST. VI.

Vulgo expenſæ non detrahuntur certo caſu.

SI quis mihi vendat dimidiam partem fructuum ſuæ vineę non deducet expenſas; cum vulgariter homines dicant, habui hoc anno tot fructus, nec in vulgari expenſas detrahant, & in quacunq; diſpoſitione hominis ſit mentio fructuum, nunquam deducuntur expenſæ, licèt iuris ſit fructus intelligi expenſis deductis, notanter Iacob. de Arena in l. fructus D. ſolu.matrim. ideò ſi teſtator legaſſet fructus ſuæ vineæ Titio hæres teneretur coli facere, Iaſ. in l. non eſt dubium C. de legib. per l. fundi Trebatiani D. de vſufr.leg.

QVÆST. VII.

Appellatiuũ fructuum an integros comprehendat.

EST autem obſeruandum quòd fructus appellatiuum prolatum ab homine quo ad fructus pendentes non intelligitur de integris, ſed deductis expenſis fauore dotis.

Sed regulariter intelligitur ſine expenſarum deductione, DD. in vinea vẽdita fructibus pendentibus exemplificant in l.ſi pendentes, l.quoties §.ſi colono de vſufr.l.fin §.pen.quæ in frau. credit. l. Iulianus §. ſi fructibus. de acti. empt. Bar. in l. fructus C.de donat. & ibi Io. de Imol. Bal.Nouel.de dote par.6.priuil.75.

QVÆST. VIII.

Diligentia nõ nocet damno cum alter ad eam tenetur.

DOminus, & ſi poſuerit manum ad plauſtrum, dehinc cum vinum fuerit effuſum culpa ducentis plauſtrum, vini Dominus non fecit periculum ſuum, quia ducens plauſtrum teneatur pro ſua culpa, contraria conſuetudine non obſtante, vt eſſe Bononiæ, teſtatur Gloſ. in l quod non ratione, vbi Alberic. D. de legib.& conſtit.

QVÆST. IX.

Fructuum vineæ appoſitione an veniant fructuum arborum, quæ ibi ſunt.

PRomiſſio ruſtici de danda quarta parte fructuum vineæ Domino, an extendatur ad fructus arborum: quæ plantatæ ſunt in vinea? fuit quæſitũ Gloſæ in l. certo generi D. de ſerui. ruſt.præd. & dicunt Doctores intelligi etiam de fructibus arborum, quaſi fuerit dictum de quarta parte fructuum illius terræ vineatæ, Bartol. Bald. Paul. de Caſtro. Et pro eadem ſententia Alberic. citat Iacob. Butri. Oldrad. & Rayner. idemque terminaſſe videtur Gloſa propter rationes concludentiores: quas pro hac parte allegat. Et illam Gloſam celebrem Doctores dicunt, Et ad quæſtionẽ vide omninò Aluar. Valaſc.conſul.Luſit.58. extat forus verſ.vndecimo ſuffragatur, & verſ.poſtremò non obſtat, quem nouiſſimè ſequitur Capobl.in 11.pragm.de Baronibus nu.59. & ſeq. vide quæ dixi in conſuet. de pignor.verſ.quarto dicit conſuetudo.

QVÆST. X.

Portiarius fundi an habeat partem ex arboribus, & quid de plantatis in vineis.

ET vide quæſitum Specul. titul. de locato in princ. de Domino, qui locauit fundum ad medium non expreſſo de arboribus, vtrùm arbores intelligantur exceptæ? & ibi Io. Andr. vbi quærit de fructibus arborum plantatarum in vineis per Emphiteotam, qui pepigit de quarta parte fructuum danda Domino, quod dictũ meminit Iaſon in l.1. verſ. item Adde quòd ſingulariter numero 15. D. de legib. Pariſ. de reintegr. feud. cap. An in conceſſione facta ad partem fructuum veniant etiam arbores folio 91.

QVÆST. XI.

Precio vini ad vindemia tẽpus relato qd tempus attẽ-

ALberic. de Roſat. ſingulariter dixit in l. quæſitum §.prædia D.de legat.3. quòd ſi vinum emitur ad vindemiæ tempus precio relato, expectari oporteat vltimum diem vindemiæ, nec ante æſtimari, cui adde, quod in hoc Regno cautum eſt pragmatica ſanctione, ne vini vendendi precia fiant, priuſquàm vindemietur in lib.pragmatic. titulo de empt. & vendit. folio 77. iure autem canonico, ita cauetur in cap. nauiganti de vſuris; ille, qui dat decem ſolidos, vt alio tempore totidem ſibi grani, vini, vel olei menſuræ reddantur, quæ licèt ſunt plus valeant, vtrum plus, vel minus ſolutionis tempore fuerint valituræ, veriſimiliter dubitabatur, non debet ex hoc vſurarius reputari, & vide quæ dixi, lib.de oleis ſupra, & textum not. in c.quicunque 14.q.4.

Et in ll. Longobar. prohibetur, vt nemo propter cupiditatem, aut auaritiam det precium, quo futuram emptionem ſibi præparet, ſed tũc tantum quando præſentes ſunt fructus in tit.31. libro 2.

Turpe lucrum emere vt re-uendat.

Nihil tamen horum obtinet præter dictum Alberic. & vide Lallum de Tuſcia in conſtit. reg. vſurariorum numero 9. vbi dicit, quòd licèt comparãs vinum in vindemia, vt alio tempore carius vendat, quod eſt turpe lucrum 14. quæſt.4. c.quicunque, quamquam non teneatur ad reſtitutionem, debet tamen pauperibus dare ſecundum Goffred. vide Lucam de Penna in cap reg. incipit pro publici boni compendio: Io. Copus in tractatu de fructibus capitulo 5. meminit conſtit. reg. Franciæ, ne cui frumenta: quæ in herbis ſunt emere liceat, ſubditque excepto frumento per conſtitutionem fructus futuri cuiuſcumque generis ſint vendi, & in omnem contractum deduci poſſe, cap. nauiganti, extra de vſuris ſupra citata, pondera

tamen

Digitized by Google

tamen d cap. quicumque in principio, quia non prohibetur quis prouidere pro ſua annona 1. de vino quo indiget pro victu domus in vindemia, ſic & in meſſe de frumento non enim pro lucro facit vt ibi, adde quæ notaui ad dict. cap. reg. pro publici, Infra hoc eodem titulo capitulo fin.

Q V Æ. S T. XII.

Mercedis remiſſio colono quando debetur.

TV ſcis quod cum damnum conductori cōtingit in fructibus à ſolo ſeparatis non conceditur ei mercedis remiſſio, per textum l. ex conducto §. ſi vis verſiculo ſi qua ramen D. loca vbi Bart. & alij, idem Bart. in l. ſi merces §. vis maior numero 7. D. eo, cum alijs à Boſſio relatis titulo de remiſſione mercedis numero 90. Surdus conſil. 34. numero 6 lib. 1. quid autem ſi in in prælo collectas vuas in vindemia vis immoderata pluuia ita demit, vt Vini ſubſtantia euanuerit nec præuideri potuit à conductore, & deberi remiſſionem cum aliquo tempore non licuerit vti, & frui fructibus à ſolo ſeparatis; quos vendidiſſe videtur, qui fundum locauit ex multis probat Pancirol. conſil 49. numero 10. quem alijs congeſtis refert, & ſequitur Iacob. Menoch. in paribus terminis loquentes conſil. 669 reſpondendum videbatur vol. 7.

Renunciatio caſuum inſolitorum.

Et quid operetur renunciatio caſuum inſolitorum, & qui etiā cogitari non poterant. Ripa in tract. de peſte de priuilegijs contractuum num. 97. & ſequ. Boſſi. vbi ſupra numero. 8. Franciſc. Burſ. conſil. 81 numer. 7. lib. 1. vbi multos refert, Iacob. Menoch. conſi 27. lib. 1. & conſi. 671. hæc egregia conſultatio lib 7.

Q V Æ S T. XIII.

Emptio Vini muſti ex tali Vinea ſi minus naſcatur quā venditum ſit non plus peti poteſt.

ET ad ſupradicta conuenit, quod cum fructus vindemiæ non ſufficiant. Verbi gratia venditæ ſunt decem ſalmæ muſti e t. li vindemia, & octo tantum natæ ſunt, non amplius petere poteſt emptor, quàm quæ natæ ſunt, & recollectæ, & pro eadem quantitate precium ſoluitur, vel ſolutum plùs repetitur, textus, & Gl. in l. Si debitor §. veriſimile D. de contrah. empt. vbi Odoffred. colligit argumentum, & ſolutionem quæſtionis ad id: quod tota die, vt ipſe inquit, faciunt ruſtici; qui vendunt caſtellatas Vuarum Vineæ: quam laborant, nunquid ſi in illa Vinea non ſit quod teneantur emptori, & quod Emptor poteſt repetere precium: quod ſolutum eſt eis. Idem cum Vinum legatur ex tali fundo, non enim debetur, niſi exinde colligatur l. quidam teſtamēto de lega. 1. Dec. conſ. 500. numero 15. Caualc. de vſufr. muli relic. numero 267. Viui Aquil. deciſi. 85. part. 1.

Legatum intelligitur de eo quod eſt in patrimonio teſtatoris.

Et eſt aduertendum, quod tam in contractibus, quam in vltima voluntate puta ſi legantur Titio decem amphoræ Vini, vel promittitur ei certa quantitas vuarum nomine fictus videtur legari, vel promitti ex fundo, qui eſt in patrimonio ſecundum Alexandr. in l. legato generali D. de legat. primo ante numerum quintum, per doctrinam Baldi in l. ſi quis argentum C de donat. quod nota, Vide Pariſ. de Syndicat. ver. ſalarium §. Rex conceſſit.

Q V Æ S T. XIV.

Quid agendū domino doliū locati, cum dolium non redditur Vacuum Vindemiæ tempore.

SOlent commodari dolia, vel locari in propria cella Vinaria, ſed cum propè ſit vindemia, requiſitus is: qui vinum repoſuit non dum curauit euacuare ita Domino Vlpianus prouidet. Nam cum videatur actum vt ante euacuarentur, quàm ad vindemiam opera eorum futura ſint neceſſaria, ſi non ſint euacuata, licere vinum effundere multò magis cum tempus eſſet præfinitum, quo vacua illa reddantur. Quod ſi Vrbanius egerit, nec effuderit, conſequi poterit, ſi tamen ſua intereſt, doliorum mercedem, vel ſi dolijs ipſis indiguerit, vinum bona fide vendet, optimus textus eſt in l. 1. §. licet, & §. ſi doliare D. de peric. & comm. rei vendit. qui loquitur de vino doliari vendito, ſed eadem eſt ratio reſpectu doliorum, cum locantur, vel commodantur. Nam vino vendito non veniunt dolia Odofr.

Q V Æ S T. XV.

Effuſo Vino è lacu quo actio competat.

SI vectori locaueris lacum vino plenum euchendum, & ille eum pertuderit, & vinum ſit effuſum, in factum competit actio, l. ſi ſeruus ſeruum in fine D. ad l. Aquil. eſt autem Victor, qui vaſa vinaria religat ſtipatque, vel cupparius, qui vitilibus cuppas ſarcit, vincitque ſecundum Budeum ibi vel die, eſt magiſter vaſorum vinariorum ſecundum Florianum clarius, qui propter textum norat contra Magiſtros Vaſorum, qui conducunt, vt prouideant, ne vinum effundatur, nam ſi taliter prouideat, vt ſequatur effuſio; obligantur, vt ibi Florian. Eraſmus refertur intelligens lacum vinarium dici, in quē exprimitur vuarum liquor Schard. in lexico verſiculo lacus huiuſmodi ſunt Tinacia, vt Trani, & pluribus in locis.

Q V Æ S T. XVI.

Stans in conductione Vineæ tempore & Vindemiam rapiens furti ſi domino inuito.

SI Colonus poſt luſtrum conductionis, anno amplius fructus ex Vinea inuito Domino perceperit, vindemiæ furti cum eo agi poteſt, & ſi conſumpſerit rem ſurreptam, ab eo repeti poteſt, l. inficiando §. ſi colonus D. de furtis, & in propoſito locationis ſcias: quod ſi locaueris fructus vineæ precio ſolito, & fructus duplicati ſint in eo anno, non datur reſtitutio etiam minori: qui locauit, quoniam hoc augmentum erat incertum per argumentum. l. iactum retis de actio. empt. dicit Petrus Rebuff 2. tomo conſtit. Franc. de ruſtit. articul. 1. Gloſa 2. num. 9. Vide quæ dixi de emptione oleorum fructuum.

Q V Æ S T. XVII.

Vas vitioſum commodans, tenetur ſi vinum corruptum, tenetur in id quod interest.

NOtatu dignum hoc loco cenſuimus, quòd ſi quis ſcienter commodauerit vaſa vitioſa, in quibus vinum infuſum corrumperetur, eum contraria commodati actione teneri, l. in rebus §. poſſunt, & §. ſeq. D. cõmod. in locatione verò ſiue ſciens, ſiue ignorans quis locauerit tenebitur in id: quod intereſt l. ſed addes §. 1. D. locati, locationi autem comparatur vẽditio in hoc, vt integra omninò præſtari debeant; niſi aliter actum ſit, l. tenetur §. ſed ſi vas D. de act. emp. Et qui dolium tranſportandum conduxit, vt baiuli faciunt, eo facto, tenetur etiam ſi ex leuiſſima culpa l. ſi merces §. pen. D. locati. Verum ad d. l. ſed addes §. 1. Franciſ. Baldui. annotati. in tit. de Aedil. edic. l. 1. verſ. dummodo ſciamus, inquit hæc intelligenda ſunt in negotiatore Vaſculario: qui autem illam exercet, aut profitetur, vt vaſa locet, vel vendat, propterea que tacitè intelligitur idonea polliceri, et ſi non ſint periculum ſuſcipere. ſed eius expoſitio nihil conuenite textui videtur: quamuis notatu ſit digna, Et qui vendens vaſa dixit certam menſurã capere, ſi minus capiunt, ex empto eum teneri habetur in l. tenetur §. ſi vas de act. emp.

Q V Æ S T. XVIII.

Vendita vinea cum doleis, quæ dolea intelligantur ad venditionem data.

AN autem vendita vinea cum doleis: quorum exprimitur certus numerus, videatur reſtricta venditio ad numerum expreſſum, vel debeantur, ſi ſunt plura, & ſi ſunt pauciora diminuatur precium, vide diſtinctionem Caſtrenſis in l. ſi venditor hominis in princ. D. de actio. empt. quam recitat, & ſequitur Soccin. conſilio 32. volumine 4. numero 5. vide notata infra de menſuris, & vaſis vinarijs verſ. cum vendantur dolea.

Q V Æ S T. XIX.

Colonus vuas acerbas poteſt colligere, & an partiarius.

COlonus nũmis colens poteſt colligere vuas acerbas ex vinca conducta, non item partiarius, Iuxta Gloſ. notabilem in l. penult. verſ. colono D. de vſufr. legat. quam vide, & ibi Alberic. concordantes allegar Vincen. Caroc. de loc. & conduc. parte ſecunda, titulo de collect. immat.

Et q̃ de vuis, & vindemia dicuntur inter Dominum, & Colonum intelligi poſſunt de oliuis: quæ ſunt in vineis, & ſimul coluntur; quoniam eodem modo diuiduntur, & ſpectant. Si verò oliuæ ſunt in extremis vinearum partibus (quas dixi meſolas appellari) Colonus habebit medietatem, vt declarat idem Vincen. Caroci. par. 3. cap. de Paleis, & oliuis, verſ. & conſiderandum eſt.

Q V Æ S T. XX.

Feudi dominus non colliget vindemiam ante tempus.

DOminum autem feudi, vel Emphiteuſis non poſſe anteuertere tempus vindemiæ, vt immaturas vuas colligat. probat Gloſ. conſuet. Pariſi. titul. 1. de fiaf. §. 1. gloſ. 8. verſic. facieles fruict. numero 32. quiuis prænaturè ſecans actione Aquilia, nec furti teneatur, nec alia: qua Domini fama lædatur, vt ibi num. ſeq. vide Andre. Alvar. & Afflict. in tit. hic finit lex §. his conſequenter, verſ. quid ergo de vindemia vide infra q 83.

Q V Æ S T. XXI.

Fructus vindemiæ ad quos pertineant, proprietarium an vſufructuarium.

SI nondum vindemia coacta ſit, licèt vua adempta, cum deceſſit fructuarius, an ad hæredem eius, vel ad proprietarium pertineat, textus eſt in l. ſi vſufructuarius meſſem D. quib. mod. vſufr. amitt. quem textum notat Io. Cephal. conſilio 181. numero decimo, volumine primo, & ibi quod in vſufructu finito attenditur tempus collectionis fructuum per l. defuncta D. de vſufr. quomodo habeatur expenſarum ratio videnda eſt. Gl. conſuet. Pariſ. titulo primo, de mater. feuda. §. 1. gloſ. 8. numero 12. & 13. fol. 8 r.

Sunt autem plures: qui tenent, non ſatis eſſe, vt fructus ſeparentur à ſolo, ſed oportere in horreis eſſe reconditos, vt ad hæredes fructuarij pertineant, per Gloſ. in d. l. ſi vſufructuarius meſſem, communiter tamen non ſic tenetur cum ſufficit eſſe ſeparatos, Refert, & ſequitur Tiraquel de retract. conuent § quinto, gloſſa quinta, in principio, Vincent. de Franch. deciſione 254.

Q V Æ S T. XXII.

Vindemia diſputatur inter hæredem, & legatarium cedente fideicommiſſi die.

CVi cadat vindemia an hæredi, an legatario, ſi quo tempore dies fideicommiſſi cædit, propè eſt vt vindemietur ad l. Heren. Mod. D. de vſur. Nam, & connumeratur vindemia inter fructus, qui ſemel in anno colliguntur è terra, ideoque acquiruntur emptori per Doctri. Salyc. in l. Iulianus §. ſi fructibus, de actio. empt. latè Couar. libro primo, variar. reſolut. capitulo 15. numero quarto, meminit Dominus Vincent. de Franch. in deciſ. Sac. conſil. 79. in principio & 168. vbi diffuſius, cui addo Borgni. Caualc. in tract. de vſufr. mul. relic. Franciſc. Vin. deciſione 8. fructuum diuiſio, lib. 1. Io. Guttier. Canon. quæſtio. lib. 1. cap 33. Capobl de Baron. prag. 5. num. 23.

Q V Æ S T. XXIII.

Aeſtimatio damni in vinea vel paſtino.

SI damnum detur in vinea, vua immatura, puta de Menſe Iunij, vel in paſtino, quæ ratio habenda in æſtimatione damni? dic habendam rationem dubij euentus maturitatis ſecundum Alberic. de Roſat. 2 part. ſtatut. quæſtione 78. Cyn. in l. fin. C. ad l. Aquil. Bald. conſilio 182. numero 4. & 5. volumine 1. Aym conſilio 40. per textum in l. propter ſpem, vbi DD. D. famil. hærciſc.

Q V Æ-

Digitized by Google

Q V Æ S T. XXIV.

A quo autem tẽpore fructus rei legatæ habeantur, & quid communiter Doctores diſtinguendo ſentiant, vide collecta per Micha. Craſ. in §. legatum qu. 70. & 71. & nota quia ſi dono vineam, & fundum fructibus plenum, non debetur vinea plena, cum adiectiuum, plenum, non poſſit ſalua ratione recti ſermonis referri ad vineam, ſecundum Dynum, & ſcribentes in l. cum filio familias D. de lega. 1 & hoc intellige verum quando fructus non cederent vti pars fundi per l. fin. §. pen. D. quæ in frau. credit. & declarat notanter Paul. de Caſtr. nu. 20. quem commendat, & alios citat Hieronym. Gabriel. conſ. 98. nu. 17.

Q V Æ S T. XXV.

Et quid in reſtitutione fideicommiſſi.

IN reſtitutione aut~m fideicommiſſi intereſt, an fructus fuerint ab extraneo recollecti, vel ab hærede: qui nondum fuerat in mora. quando primo caſu augent hæreditatem, & conſequenter cedunt fideicommiſſario, ſecundo verò caſu quia nulla mora imputatur hęredi antè petitam fideicommiſſi reſtitutionem, & ipſe hæres ſuo periculo vineas coluit, & in cogendis fructibus inſumpſit operam nihil gerens nomine fideicõſarij, quaſi eius procurator, meritò hæres ſic collectos fructus non reſtituit: quam differentiam belliſſime facit Marcellus in l. poſtulante §. ſed, & in huiuſmodi D. ad Senat. Conſ. Trebell. de quo Peregrin. de fideicomm. artic. 49. Vincent, de Franch. deciſ. 13.

Q V Æ S T. XXVI.

Legatum vini videtur de vinea teſtatoris.

SI teſtator ex redditibus vini legatum fecerit, intelligi oportet de eo: quod in proprio colligitur patrimonio, Et recollectionis onera ad ipſum legatarium ſpectent, eſt notab. conſ. Bald. 255. confirmans conſ. vol. 2. atque ibi quod ad legatarium pertinet, Gabellam ſoluere, cumque de proprio vino; quod in patrimonio habetur, intelligitur legatum, optio legatarij non hæredis eſſe ſolet, amphoris vini in genere legatis l. 2. §. fin. cum l. ſeq iuncta Gloſ. D. de option. legat. vide modernos in §. ſi generaliter inſtit. de legat. & quæ ego dixi de oleo per l. 3. & 4. D. de vino trit. & oleo legat. & cũ certæ perſonæ ſit annuum vini legatum ex certo fundo veluti Titio, ipſo mortuo extinguitur relictum l. Gaius, vbi Bart. de annu. leg. ſed non morte hæredis teſtatoris l. annua de ann. leg. Paul. Caſtr. conſ 367. ſuper eo quod quæritur lib. 1.

Q V Æ S T. XXVII.

Legati dies quando cedat an principio anni vel in fine.

SI autem alicui decem amphoræ vini legatæ in annos ſingulos fuerint, ſiue quotannis à die mortis legantis cædere, atque initio cuiuslibet anni deberi, dicit textus in l. nec ſemel D. quan. dies lega. cæd. & C. eod. lib. 1. per Bartol. conſ. 216. nu. 2. quod ſi vnum eſſet legatum decem amphorarũ in fine anni peti debent, iuxta l. hoc anno D. de verb. oblig. verùm ſi reſpectiuè ad certum fundum illæ amphoræ legarentur, puta ex tali vinea, videtur certum tempus velut natura præſcriptum l. Firmio in princ. & §. fin. quan. dies leg. cæd. ideò quo tempore legitur vindemia, debetur. Bartol. in l. ſi legatarius §. cum ita D. de lega. 3. Iaſon in d l. hoc anno circa finem, vide quæ congerit ad varias quæſtiones Borgni. in tract. de vſufr. mul. rel. num. 166. pag. 360.

Q V Æ S T. XXVIII.

TEſtatoris verò diſpoſitio, vt quolibet anno de vinea feudali detur ſalma vini pro eius anima, eſt valida, cum per eam non intelligatur conſtitutum ius reale ſuper feudo, Bal. in c. 1. §. hoc quoque col ſi de ſucceſſ feud. ad quod plures allegat Fabi de Anna. conſ 46 nu. 10. & dominus meus Rouit. in prag. 4. de feud. numero 109. & 110.

Q V Æ S T. XXIX.

VAſſallus in ſuo teſtamẽto grauauit filium ſuum, quòd de vino naſcituro in tali vinea feudali det omni anno amore Dei duas ſalmas, aut alias menſuras vini, an valeat relictum, & valere dicit Bald. in c. 1. in princ. de ſucceſſ. feu. quia, inquit non dicitur diſpoſitio de re feudali; ſed de fructibus ſeparatis à feudo. Intellige tamen, & declara per Iul. Clar. q. 34. §. feudum relatum in Sintag comm. opin. vniu. iur. de feud. & iur emphit. loco 5. cap. 25. fol. 84. colum. 1. & 2. lib. 2.

Q V Æ S T. XXX.

Quid ſi quidem anno vinum non naſcatur.

EOdem retento Themate, ad aliud quęſitum extat reponſ. m I C in l. legatum §. vini Falerni de annuis legatis. *Vini Falerni: quod domi naſcetur quotannis in annos ſingulos binos culeos hæres meus Titio dato, etiam pro eo anno: quo nihil vini natum eſſet deberi culeos, ſi modò ex vindemia cæterorum annorum dari poſſit*, vide Angel. in l. ſi fideicommiſſum §. tractatum de Iudic. & Ioan. Cop. in tract. de fructi. tit. 3. cap. 3. ideò dixi infra 2. par. tit. de vino legato. Non expectari autem fertilitatem annorum ſequentium, niſi promiſſio ex certo fundo fiat in cauſam alimentorum, probat Bald. in l. ſi quis argentum C. de donation. quem ſequitur Pariſ de feud. reintegr. verſ. vaſallus in certis caſibus, vbi per id dicit, quod ſi vaſallus promittit Domino annuã vegetem vini ex fundo feudali, intelligitur ſi naſcetur, aliàs non.

Q V Æ S T. XXXI.

Vindemia vſusfructus legatus quomodo accipiendus.

CVm vindemiæ vſusfructus legatus eſt, cautio eſt præſtanda, l. idem eſt D. de vſufr. quemadm. caueat, ſecundum lecturam Pauli de

Caſtro,

Caſtro, connumeratur enim vinũ inter eas res; quæ vſu conſumuntur, & in §. conſtituitur inſtit. de vſufructu. Et cum legatur vſusfructus vini, commodius cauetur de reſtituendo precio l. ſi tibi vini de vſufr. ear. rer. quę vſu conſum. iuxta æſtimationem: quæ currit, cum incipit, non cum finitur vſusfructus Maran. conſil. 139. numero 2. poſt Gloſ. & Aret. in §. conſtituitur inſtit. de vſufr.

Q V Æ S T. XXXII.

Area vſusfructus ſi fiat vinea in ea perdurat.

SI cui legatur vſusfructus Areæ, in qua ponatur vinea, non extinguitur, ſed durat in vinea vſusfructus, ſic è contrario l. quod tamen §. ſed ſi ſtagni, D. quib. mod. vſufruct. amir quia inquit Caſtr. in l. repeti. eo. tit. in fine, licèt in agro ponatur vinea, non tamen de ſinit eſſe ager, Nã adhuc poſſunt ſecundum Gloſ. exerceri opera, agri, vt ſeminare, Tu dic quia ſpecies conſeruatur in ſuo genere, ſic eſt vinea, & Ager, nõ quod non mutetur rei forma, & dixi ſupra de appellatiuo vineæ.

Q V Æ S T. XXXIII.

Decima ſicut de ſegete debebatur ita ſoluenda eſt de vino, ſi illa terra fiat vinealis.

QVo verò ad decimas eccleſiæ debitas Rebu. tit. de decimis q. 6. n. 35. dicit, quòd is; qui ſolitus erat habere decimam frumenti, ſi terra frumentalis mutetur in vineam eam habebit is de vino, & mutatio qualitatis non alterabit obligationem, nec ob id perdet ſuam decimam is, qui eam prius habebat, quamuis alius haberet decimam vini ex c. commiſſum, §. & ſicut, de decim. extra his verbis, & ſicut etiam de paſcuis olim decimæ perſoluebantur, ita nũc de eiſdem ad frugum fertilitatẽ tranſlatis decimas volumus abſque diminutione perſolui. ſequitur Ioannes Guttier. Canoni. quæſti. c. 21. nu. 38. qui & alijs exemplis id probat, veluti de Caſtanetis, & cæteris arboribus ſatis, vel plantatis citatque Couar. practic. quæſti. c. 37. quem ego memini tit. de paſcuis.

Q V Æ S T. XXXIV.

Monitorium an afficiat illos, qui fecerunt furta, quia tres aut quatuor vuæ racemos ſuſtulerunt, ita vt totam vineam vindemiauerunt.

PEtrus Antonius Lazarius Canon, & practi. quæſt. ſectio. 3. q. 2. quærit an ob monitoriũ teneatur reſtituere, vel reuelare ij: qui ex vinea aliena tres aut quatuor racemos vuæ ſurripuerunt, & alij totidem, non tamen conſcij alienæ ſubtractionis, atque ita totam, vel maiorẽ partem vindemiauerunt, & graue damnum in toto fecerũt? qui reſoluit, quod quamuis ſingulorum furta penſata ſint cum peccato veniali, damnum tamen in vniuerſo illatum eſt graue, & in conſcientia habita illius notitia reſiciendam, ab vno quoque ſuam partem, alias mortaliter peccarent, & quia monitorium, & cenſura ratione mortalis culpæ obligant, meritò reuelare, & reſtituere oportere, ex Soto latius 4. diſtinct. 22. quæſt. 1. artic. 2. cum multis concordantibus.

Q V Æ S T. XXXV.

Legatum vini quo caſu videatur extinctum per conſumptionem eius.

LEgatum vini, quod teſtator idem conſumpſit, num reuiuiſcat, ſi tempore mortis teſtatoris aliud reperiatur, quod ſic vt in frumento, quia cõſumetur, & ex noua meſſe, vel vindemia renouatur iuxta Doctrin. Bart. in l. quidam hæredem D. de tritit. vino, & oleo legat. cum alijs concord. per Dominum Vincen. de Franch. deciſ. 313. ideſt pro quantitate, quæ reperiebatur tempore teſtamenti ſecundum Anto. Gomeſ variar. reſolut. tit. de legatis c. 12. num. 59. quẽ ſequitur Vinc de Franch. d. deciſ. 313. in ſine. Secus tamen eſt, ſi non per modum ſubrogationis fuiſſet aliud poſitum, non enim cederet lucro legatarij, ſed cenſeretur legatũ extinctum per rei conſumptionem, Angel notab. in l. ſi ſeruus legatus, §. qui quinque D. de leg. 1. quod dictum memoriæ commendandum dicit Marc. Mantua Apophteg. 150. teſtator legauerat, & ſingul. 650.

Et nota quia illa reſtrictio concluſionis, an ſcilicet per modum ſubrogationis aliud reponatur loco primi conſumpti, habetur per Bartol. in l. ſi ita eſſet verſ pone quod Vir. D de aur. & arg leg. per §. ſeminarios in l item ſi fundi D. de vſufr. & quod de extinctione diximus intellige de ademptione per cõtrariam voluntatem defuncti; fortè quia poſt legatum vini donauit alteri omnes vineas, quas habebat in patrimonio, Nam videtur ademptum legatum vini iuxta theoricam, Alex. Et apertius Iaſon. in l. legato generaliter D. de leg. 1. ad intellectum l. rem legatam D. de adimen. lega. & ſecundum hæc dicta intellige etiam Bartol. in l. 3. in princ. D. de triti. vino, & oleo legat. Atque ad d. l. rem legatam vide Mantic. de coniect. vltimar. volunt lib. 12. titul. 6. Menoch. de præſump. lib. 4. præſu. 117 Gomeſ. variar. reſolut. lib. 1. de legat. nu. 57. adde infr. de vino legato verſ teſtator legauit omnia mobilia.

Q V Æ S T. XXXVI.

Qui tenentur ſingulis annis ſoluere quomodo ſe ſemel ſe ab onere liberare poſſit.

POne quod teſtator legauit fratribus S Dominici 15. Salmas vini quolibet, anno quæro an poſſit hæres vnica ſatisfactione ſe ab onere eximere? dic quod ſic dando eis vnã vineam de bonis teſtatoris, ex qua percipiant dictum vinũ, eiſdemq. fratribus etiam inuitis relinquere curam dictæ vineæ, Girard. ſingular 34. allegat ad hoc Bald. in l. ſi quis argentum in fine princip. per illum textum, C. de donatio. ponitque Arnonus Soliloquio 28. vbi allegat Iaſo. in l. 2. §. mutui datio verſ. 17. notab. fallit, qui Arnonus non meminit Girard. idemque ſequitur Pariſ. de reintegr. feud. verſ. vaſallus in certis caſibus nu. 3. pro vaſallis: qui tenentur Domino ad certam annuam vini quantitatem, vt poſſint inuito dare vnam vineam, vt ſe ab onere exonerent Doctrinam Baldi ponit ad idem quæſitum Io. Baptiſta Caccial. tractat. de penſionib. quæſtio. 16. nu. 20.

Q V Æ-

Q V Æ S T. XXXVII.

Amphora nõ debentur cum promiſſione vini.

PRomiſſio facta de duabus amphoris vini quotannis præſtandis epiſcopo tali, amphoras non deberi cum in contractibus non fiat eadem interpretatio : quæ in vltima voluntate. Fulgoſ. conſ. 321. in quodam inſtrumẽto, quem ſequitur Cotta. in memori. ver. vino legato.

Q V Æ S T. XXXVIII.

Vtres, & cullei non confiſcantur cum vino.

LEgato vini neque culleus, neque vtres cedunt dixi infra de vino legato. per l. ſi cui vinum §. fin. D. de vino, triti, & oleo leg. Et cum legato non cedant : quod eſt fauorabile, fortius vtres, & cullei non debent confiſcari cum vino intercepto ex forma ſtatuti prohibentis vinum importari, vel exportari ſub pœna amiſſionis, vel effuſionis. Quia, & ſi liquidum ſit, ipſum vinum, continetur tamen in vtribus ſeparabiliter præter contenti corruptionem. Iuxtà theoricam Baldi in l. 3. C. de nauti. Fæn. per l. Nam quod liquide D. de pen. lega. ſequitur Ripa de peſte tit. de remed. ad conſer. Vber. num. 130. & ſeq.

Q V Æ S T. XXXIX.

Cum de vino ſit lis quo caſu de locato agi poſſit contra conductorem suum.

QVi vinum de Campania traſportandum conduxiſſet, deindè mota à quodam controuerſia ſignatũ ſuo, & alterius ſigillo in apothecam depoſuiſſet, ex locato tenetur vt locatori poſſeſſionem vini ſine controuerſia reddat, niſi culpa conductor eareat, eſt deciſio text. in l. videamus §. qui vinum D. locat.

Q V Æ S T. XL.

Vinacia quæ ſint vt pro eis ſubtractis furti agi poſſit.

VInacia : ideſt grana vuæ compreſſæ muſto, & vuis comparantur, vt ſicut pro muſto, & vuis, ita vinaciorum nomine furti agi poſſit, l. 14. in fine dc cõdict. furtiu. l. 52. §. 1. D. de furtis. Adnotat Prateius in lexico ver. vinacia, & Schardi. eo. ver. citans Hotom.

Q V Æ S T. XLI.

Diuiſio fructuum cum retrahente.

QVoties vinea retrahitur per vicinos ab extraneo emptore, fructibus pendentibus, quomodo ſit fructuum inter eos diuiſio ? Vide Anton. Theſaur. deciſ. 57. dixi in conſtit. Sancimus. de Iure prothomiſ.

Q V Æ S T. XLII.

Vitis pendens in domo vicini.

VItis mea : quam propè Domum in proprio ſolo habeo, ramos ideſt palmites extendit, & in domo vicini palmes acceptus ibi longiſſimo tempore ſtetit, & fructificauit ipſi vicino. Et quod ego pono de domo mea ad domum vicini ideſt, eſt ac ſi dicerem de vite : quæ cum plantata in meo fundo radices egerit, deindè alta arborem vicini aſcendens diu a vicino detenta eſt, & fructum reddidit, An mihi liceat præcidere illos palmites à vicini domo, vel fundo, & prò me totam retinere, ne obſtet longa poſſeſſio ad acquiſitionis alicuius iuris prò vicino? reſpondetur nihil obſtare mihi Domino vitis, ſed poſſe me illos ramos incidere impunè a vicini domo, vel arbore amouendo, & ſuper proprijs palis, vel arbore, vel domo retinere, vt per optima iura, & rationes defendit Ferrantes Gargiareus in patrocin. 95. incipit certi Iuris eſt.

Et nota dictum Bartol. Cepol. de ſeruit. Vrb. præd. tit. de pariete, quòd præſumitur paries communis, ſi lapides, vel pali, aut trabes in muro ſunt, ex quibus ſuſtinentur vites, ſeu pergulæ.

Q V Æ S T. XLIII.

Conſideratio ſtatuti contra fures pro ſtatutis arrendamento.

PRo ſtatuto meæ Patriæ in capitulis Arrendatoris fraudis, vt vocant, contra eos ſcilicet, qui fructus ſurripiunt ex alienis vinetis, & bonis, nota ſimilem conſuetudinem Burdegal. quam bene probat Ferron. tit. 12. de furibus arbuſtor. §. 3. ea eſt ſi quis vineas non poſſidens, vuas vendat, cogetur indicare, & probare vnde eas habuerit, alioquin, & in carcerem detrudetur, & mulctabitur. Idem ſtatuitur in eo : qui ciſtas, vaſavè lignea vendit; qui Syluas, aut nemora non poſſidet ſtante verò ſtatuto, vt ſi quis furatus fuerit rem alienam certa pœna puniatur; conductori non competit actio contra ſecantem fructus, dicit Bar. in l. ſi fur. D. de vſufr. quem ſequitur Iaffred. deciſ. vide Bart. in l. ſi ſeruus §. locaui D. de furtis.

Q V Æ S T. XLIIII.

Habens ius in alieno torculari premendi, ſi emit aliam, an ius idem extendatur.

DVo habent torcular commune, vel alterius torcular ſeruitutem debet vineæ meæ, vt liceat ibi vindemiam facere poſtea aliam vineam emi, an poſſim quæſitę nouiter vineę vuas illic calcare, dilatando vſum ? quod non, Roffred. in libello de confeſſoria verſ. ſed illud quæritur. Lucas de Penna in l. Parephippium C. de curſu publ. lib. 12.

Hæc autem ſeruitus in alieno torculari vuas præmendi non ſemper eſt prędialis Nam quandoque ratione vſus, ſeu facultatis perſonæ debetur : de qua dic vt per I.C. in l. Mela ait §. fin. D. de alim. & cibar. legat.

Et cum vno die, vel biduo ſingulis annis hæc ſeruitus debeatur, per nõ vſum decurſo decennio amittitur argum. l. fin. C. de ſeruit. & aqua. Vide ibi Gloſſam & DD.

Q V Æ S T. XLV.

Confuſio vini muſti in vindemia.

COntingit ſæpè inter vindemias muſta duorum pluriumvè caſu, vel data opera confundi, & quia poſt cõfuſionem ſingulorum fructus in ſua ſubſtantia non durant, neque ſeparari vlla ratione poſſunt : ideo fiunt communia confuſione l. adeo §. voluntas D. de acqui. rer. domi. §. ſi duorum. inſtit. de rer. diuiſ. Io: Copus

in

Digitized by Google

in tracta.de fructibus tit.4. de aridis & liquidis c.1.& id operatur bona fides confundentis.

Si verò quis ex vuis meis muſtũ fecerit, cum ſciret alienas eſſe vuas ad exhibendum actione tenetur, vel vinum expreſſum vel vuas quas dolo deſiit poſſe exhibere; text.vbi gloſſ.in l. de eo §.ſi quis ex vuis D.ad exhib.

Sed ſi quis vuas meas ſurripuerit, & vinum expreſſerit, poſſum vel vini, vel vuæ furti agere vel condicere, poteſt & vinaceorum nomine ſic ag. D.de furtis l.ſi quis vxori §. ſi quis maſſam.

QVÆST. XLVI.

Fructus vineæ ... maturæ ... retractum vineæ.

COgitabis ſuper theorica Ioannis Sayſon in materia retractus vbi conſuet. Turon. tenet fructus vindemiæ matureſcentis ad retrahentem non pertinere, pone, inquit, quòd ruricolæ, qui fecerunt miſſas in vinea in decalciando, taliando, matrando, binandoque ad peius non poſſent aſcendere ad centum ſolidos Turonenſes, & iſto anno vineæ multæ glacie perditæ ſunt, iſta autem non eſt gelu attrita, quamobrem poſſent recolligere 4. vel quinque dolia vini: quę valerent 30.libr.eſſet ne equum, vt pro illis paruis miſſijs ruricolæ fructus pedentes, & quaſi matu:ros perderent, & leuarentur à retrahente pro tam paruo miſſarũ pretio: dices in conſcientia, quòd non. hæc Sayſon.

Ego dixi in comment. ad conſtit. Sancimus de iur. prothomiſ. ideo non repeto. Interim vide Affli. in d.conſtit.in princ.3.Not.qui tenet, vendita vindemia, modò vinum ſit in vuis, & non in palmento eſſe locum retractui: quam opinionem non ſequor, tenens contrarium. vt nouiſſ.probat Annæus Rober.rer.iudicat. libro 3.cap.9.

QVÆST. XLVII.

Malæ fidei poſſeſſor non tenetur ad fructus vineæ quam ipſe plantauit.

ANgelus in l.cæterum D.de rei vend. notat pro malæ fidei poſſeſſore per illum text. Qui vineas plantauit ſuo ſumptu, vt non teneatur ad fructus: qui ex illis vineis vberiores percipi potuerunt, & hunc locum Angeli voluit allegare, Matth. Affl. deciſ.87.ante num.8 pro vt aduertitur in Gloſſ.conſuet. Pariſi.§.1. Gloſſ.5. num.99.tit.1.

Hunc articulum latè examinat Ioan.Garſi.de expenſis,& melior.c.23.num 54 & cum Afflicto tenet,& Ant.Capic.deciſ.93.nu.10. & vide addentes poſt eos.

QVÆST. XLVIII.

Qui vini plus habet & nihil panis quomodo ſibi de victu prouidebit.

ESt pulchrum dictum Baldi conſ.23.part.2. alias conſ.30.vol.5.incipit. Sicut dixi, & dico in materia alimẽtorum, mulieris intra annum luctus, quòd quando mulier habet multum de vino, & nihil de pane, pro emendo pane debet vendere id: quod ei ſuper eſt de vino, quæ deciſio eſt notabilis ſecundum Vinc. de Franch.deciſ.489.num.30.

QVÆST. XLIX.

Teſtimonia de fructuum vineæ recollectione.

OCcurrit ſæpè quæſtio fructuum ex vinea collectorum, & fit poſitio in actis Titium collegiſſe in vinea Sempronij X. corbes vini, teſtium verò vnus deponit de octo corbibus, alter de quinque, an dicantur propterea ſingulares? dic quod non, ſed conteſtes in quinqne dicit Angel.in l.ex facto §.Item quæro D.de Vulg. & pupil.quem,& refert Afflict.deciſ.240. num.4.

QVÆST. L.

Diuiſio vindemiæ per dotis reſtitutione.

QVæ diſtinctione temporum maritus, & vxor, vel alterutrius hæredes in vindemia participent in caſibus reſtituendæ dotis; eſt text cuius lecturam repetunt Doctor. nouiſſimè Barboſa Hyſpanus in leg.diuortio D.ſolut.matrim. & per Hotomanum in tractat. de dotibus in fine, vbi ponit tabulam ad oculum inter tractatus communes de dotibus, vide tamen Franciſ.Duaren.diſputat.anniuerſ.lib.1.c.10.de diuiſione fructuum inter coniuges ſoluto matrim. & vt alios omittam nouiſſimè omnes computando diſpungit, acutiſſ. Alex.Turamin.primarius in ſtud.Neap iuris profeſſor ad d.l.diuortio quem text.nouiter intelligit, vide eum, & communem concluſionem teſtatur eum gloſſ. adde Ioan.Guttier.lib.1.canon. quæſtion c.33 à nu. 14.Demum videbis Capliblan. in v.pragmatic. de Baronib.à num.16 fol.116. & ex his extende ſubſtantialia. Et de fideicommiſſ.& hærede, vſufructuario, & proprietario, & de fructibus feudi, colligit Viui.deciſ.8.

QVÆST. LI.

Vinea locata & in dotem data fructus ad quem ſpectant.

FRuctus autem vineę locatę, & poſtea in dotem datę, ad quem ſpectent conductorẽ, vel maritum? dic ad maritũ à die oneris matrimonij, vt per doct in leg. de diuiſione D ſol.matr. vbi Aquenſis n.8. Cephal.conſ.584. vol.4 Carroc.de loc & conduc.p.2.Franc.Viui.dict.deciſ. 8. Neque prætereundum exiſtimo quod licèt fructus rei dotalis pro rata temporis diuidantur inter maritum, & hæredes mulieris ſoluto matrimonio, computato anno à die contracti matrimonij, & vineæ traditæ ipſi marito, etiam ſi pluribus annis matrimonium conſtitit, licèt ſi illud primum tempus ignoretur, tunc ad annũ communem recurratur, vt notanter Ioan.Campeg. de dote 2.part. quæſt.19.& 26.quem DD. ſequuntur in l.de diuiſione, & in l. diuortio in princ. & §. interdum ſol. matri. aliquando tamen contingit, vt eodem anno quo matrim. ſoluitur duplex ex vindemijs fructus à marito colligatur V. G. ſi ponamus maritum contractis nuptijs collegiſſe vindemiam iam pendentem, & nõdum elapſo integro anno fructus eiuſdem vineę citius maturitatem accepiſſe, & vindemia facta matrimonium diſſolutum, quoniam vtraque vindemiam facit ſuam, quamuis vno anno ſuſtinuerit matrimonij onus ſecundum DD. in cita-

citatis locis, eamque opinionem receptam teſtatur Soccin. & Moderniores in d.l.diuortio in principio. Quid tamen de expenſis in vinea colenda factis ab vxore tempore quo nupſit, & vineam cultam viro dedit, & quid ſoluto matrimonio de expenſis,quas fecit maritus,nec ne deducendis ad materiam l. fructus? Notanter Bal nouel. de dote par.6 priuil.75. Barboſa ad d.c.ll.

Q V Æ S T. LII.

Seruitus itineris & viæ in vineis reſtringatur.

NOta text in l.ſi cui D. de ſeruitut quòd licèt ius ſeruitutis reſpicit fundũ, & quamlibet partem eius ſecundum Bart ibi in ſumma, is tamen, cui ius competit per medias vineas ire, agere ſinendus non eſt, cum id æquè commode per alteram partem facere poſſit, & minore ſeruientis fundi detrimento,latè V. ronen. de ſeruit.ruſtic præd.c.de ſerui.itiner.

Q V Æ S T. LIII.

Racemos an heres liceat collecta vindemia,ſicut l veteri.

FVit præceptum à lege Moſis Deuter.cap.24. ſi vindemiaueris vineam tuam,non colliges remanentes racemos ſed cedũnt in vſus aduenę pupilli, ac viduæ; quia verò leges Moſis ceſſauerunt, quicunque ante permiſſionem Domini colligeret racemos, fur eſſet,modo illos habeat ſub cuſtodia, intelligitur autem Dominus permittere, cum collecta vindemia recedit, quaſi habuerit eos pro derelicto, ſed quomodo dicitur vineam poſſidere, fructus verò eius pro derelicto habere cum fructus pars fundi cenſeantur,& ſic eſſet titulus pro derelicto,vt eo.tit.l.an pars? Reſpondeo, quòd fructus fundi non ſunt verè pars ſecundum ea, quæ diximus in conſtit. Sancimus verſ. rem immobilem, magis enim accedunt, vt pendentes,& ideò poteſt eſſe locus illi tit. vt in ancilla, & partu ancillæ per l. fin. tit.eo.

Q V Æ S T. LIIII.

Vuæ collectis non dum expreſſis cuius ſit fructus quo ad extraneos poſſeſſores.

VVæ cũ collectæ ſunt, & ſi non dum vinum factum ſit;quia tamen terra contineri fructus deſinit bonæ fidei poſſeſſorem ſequuntur l. ſi eius fundi D. de rei vendic. per quem text. Bartol.in l.ex diuerſo num.2.inter illos fructus: qui poſſidentis induſtria comparantur, vinum connumerauit, de qua re vide latius Io. Copum in eod tract.tit.3.cap.8. & tales vuas etiam non dum expreſſo vino haberi,vt rem mobilem, & appoſitione mobilium contineri. In propoſito annotationis,vel conſiſcationis bonorum, Bal. de pace tenen. in princ. num.24. quod benefacit, vt ceſſet retractus, vuis venditis, vide ſupra quæſt.38.& 39.

Q V Æ S T. LV.

Datium quo caſu non debetur de vuis.

SI de omni plauſtro vini ſoluatur datium,& venderetur fundus vuis maturis,non ſunt gabellandæ vuæ ad datium cum ſint eadem res cum fundo. Alberic.& Bal. in l.non ſolum D de integ. reſtit. per l. fin.§.penul. D. quæ in fraud. credit.

Q V Æ S T. LVI.

Seruitus prædij an extendatur ad prædium poſtea quæſitum.

POne quòd vicinus conceſſit mihi viam è ſua ad meam vineam, vel, vt in ſuo torculari vindemiam facerem, demum emi aliam vineam Iuxtà meam, an poſſim trãſire per fundum vicini,etiam ad vineam emptam, & vuas; quæ ibi naſcuntur in eodẽ torculari vindemiare? Vide Pannenſ. in l. par ſippum C. de curſ. publ.lib.12.

Q V Æ S T. LVII.

Statutum de vino an extendatur ad vuas.

STatutum: quo prohibentur importari vina extera, de quo dicam infra in tit. de commerc. Vin non extenditur ad vuas natas extra territorium ſicut prohibitio extrahendi vinum non comprehendit extrahentẽ vuas, cum aliud ſit materia, aliud materiatum,niſi importarentur, vel extrahentur ipſæ vuæ in fraudem; puta in tanta quantitate, vt veriſimilitudo eſſet ad vini expreſſionem fuiſſe collectas, hoc principale aſſumptum fuit Baldi in l. quod non ratione D de legibus. Quem locum aliter videtur referre Franciſ. Rip. in tract. de peſte tit. de remed. ad conſer. vbert. num.60. vbi ponit concluſionem affirmatiuam ex mente,& ne fiat fraus ſtatuto, cum Baldus illud de fraude poſuerit exceptiuè ab aſſũpto negatiuo. Itaque puto quòd fidelius idem dictum retulerint Ioan Sayſen in conſuet. Turon. tit.des droices de baſſe iuſt. artic.5.fol 27.& Petr.Foller. ad Maran.4. par. de iudicijs ſæcul.vel eccleſ num. 31.

Q V Æ S T. LVIII.

Gabella an de aquata debeatur.

SEd quid ſi ſoluitur datium vini, cum introducitur, & portantur vuæ, quibus maceratis fiat lora, ſiue aquata? Nam Monopoli erat olim ordinatio authoritate Regis Roberti firmata,vt datium tam pro vino, quam pro aquacio ſolueretur in anno 1354. Ripenſis vbi ſupra num 61.in quęſtione ſtatuti ſuper vino num intelligatur ſuper aquacio, dicit habere locum, ſtatutum, quoties vinum prævalet aquæ, ſecus prævalente aqua contra Ioan. Bert. qui in tract.de Gabellis q.7. partic.2 p.8. princip. ſimpliciter tenet nõ eſſe locum ſtatuto per l.ſi quis vinum D.de triti.vin.& ole.legat.

Aduerte quoniam C.Plinius hiſtor.natur.lib. 14. cap.10 non poteſt, inquit, iure dici vinum maceratis aqua vinaceis,tamen inter vina operaria numeratur, ideſt vinum familiæ, vel quod pro vino datur.

Item aduerte quòd interpretatio ſtatutorum ſit ad modum,quo vltimarum volũtatum, ideſt diſpoſitio legis, vel ſtatuti regulatur ſecundum iura, quæ loquuntur de diſpoſitione teſtatoris, vt notat Bartol.in l 1.C.de his quib. vt indig.& in l.in cognitione D.ad Syllan. cum concordan.

per

Digitized by Google

per Aym.Cranet.conſ.254.par.2. poſt Decium conſ.90 verſ.2.pœna priuationis vol.1.

l. ſi quis Vinũ de trit. vin. & ol. leg. extinguitur.

Propterea videndum eſt an leg. ſi quis vinum prnbet magis opinionem Ripę, vel Ioannis Bertacchin cum loquatur de diſpoſitione teſtatoris, & ſic faciat pro ipſius ſtatuti interpretatione, & videtur quidem probare ſecundum Bertachi. dicitur enim in princ. text. (omne continetur, quod ex vinea natum vinum permanſit) ſed dilutione facta non poteſt dici permanſiſſe, cum è vinea narum fuerit purum, meritò.

Secundò pondero in eodem princ verba: quæ ſequuntur.(Sed ſi mulſum ſit factum vini appellatione non continebitur propriè, niſi fortè Pater familias etiam de hoc ſenſit)Mulſum autem eſt ex vino, & melle: de quo Inſtitut de rer. diuiſ.§. cum ex aliena materia, ſicut lora ex aqua, & vinaceis: de qua Columel. lib 12. de re ruſt. & M.Cato in c.103.ac nouiſſimè Illuſtriſ.Medicus Altimar.de vinace.facult.& vſu fol 2.col 2.

Igitur cum appellatione vini nõ veniat propriè mulſum, eodem modo nec aquacium, Diuerſificatur enim ſpecies ꝓpter aquę admixtionem inſeparabilem, & ad ſuam vini materiam minimè reducibilem, argum. d.§. cum ex aliena verſ.& poſt multam.

Acinaticum, & vinum acinatitium.

Tertiò idê probat apertius d l ſi quis vinum ibi (Acinaticum, ſiuè vt aliqui textus habent acinatitium) vino non continebitur, in quo textu, & verbis puto deceptum Menochium de præſumptio.lib 5. præſumpt.152 num.18 acinatitium namque pro lora, ſeu aquata quidam accipiunt, & probatur ex Varrone lib.1. de re ruſt.cap.54 in fine, vbi, expreſſi acinorum folliculi in dolia conijciuntur, eoque aqua additur ea vocatur lora, quòd lota acina, ac pro vino operarijs datur, ita illum textum Vlpiani interpretatur, Bartolomeus Targius de humore vitis fol.36. quamuis aliter vinum hoc acinaticum interpretatur Caſſiodorus variar lib 12. dum de vinis Italię loquitur, & acinaticum, cui nomen ex acino eſt, maximè laudat in agro Veronenſi, ibique refert quam ſingularis ſit eius collectio, & conditura, nihilque aquæ commixtionis habere videtur, cum & menſæ regali illud optetur optimis Græciæ vinis prælatum. Vide Hiero.Mercur.lib.4.variar lectio.cap 2.meminitque huius Vini generis Pallad.lib 1. tit.6.

Concludo de lora non deberi datium, maximè quòd cum huiuſmodi ſtatutorum diſpoſitio ſtrictè ſit intelligenda, vt non vno in loco aſſirmant Doctores, quos ibi Bertach citat. in dubio contra Gabellam iudicatur ſermo de vino, & ſic de ſimplici liquamine ex vinea non debet extendi ad caſum mixtum, idest aquacium, ex tradit per Bartol Bald. Alex. & alios in l. certi condictio §.quoniam D.ſi cert pet concordan. per Hippoly.Riminal. conſ.134.n.8 in 2.parte.

Atque hoc idem videtur de mente Alberic. Roſat. qui dum docuit quàm ſtrictè vini appellatio capiatur in ſuo dictionar.verb. vini appellatione ſubdit, quæ omnia faciunt ad quæſtiones: quæ oriuntur de Datijs, & de pedagijs vini, vt ſciatur ſi ſolui debet.

Mulſi conſiderandi modus.

Nec curanda eſt illa conſideratio Ripenſis, num prævaleat vinum, vel aqua: quoniam mulſum: quod dictum eſt per l. non venire appellatione vini, cõficitur ex 3.parte mellis, & duabus vini. Imò fieri ſolet in vindemia ex ſex ſextarijs muſti, & vno mellis ſecundum Matthiolum ſuper Dioſcor.lib.5. cap.9. de vino mulſo, & tamen legato vino non debetur, niſi de eo teſtator ſenſerit d.l.ſi quis vinum de trit. vin.& oleo legat.

Et quidem execrabile eſt quemquam pro aquæ vſu quamcunque deſcriptionem ſubſtinere, idest vectigalis quodcunque genus l ad reparationem C. de aquæduc lib.10. quem textum expendit Andr.Iſer. in vſib. feu. tit. quæ ſint regal.verb. & plauſtrorum ante numerum 56. facit, & illud Ierem.lamentantis his verbis (Aquã noſtram pecunia bibimus) quod vaticinium ad aliud trahit Gulie.Bude.2.par. annotat. in Pandec.de aq.& ign interdic.fol.112.

Reſtringe prædicta omnia ad ſimilitudinem diſpoſitionis teſtamentariæ, niſi aliter ſtatuentes ſenſerint; vidimus enim aliquando prouentum vindemiarum valdè modicum, ac propterea vſi fuimus lora, pro vino, ideò quidquid vini numero apud ſtatuentes habitum eſt comprehenditur ſub ſtaturo, nec tantum apud ſtatuentes, ſed, & ad ipſos vinitores, ſi fortè quis omnem vindemiã diluerit, vt pro vino habeat; quod probatur optimè in d.l ſi quis vinum in eo præſertim, quod de aceto deciditur iuncta l.1. eo.tit.

QVÆST. LIX.

Si pluat cum vindemiatur non ſoluitur ſpecies vini.

Qvod ſi vindemiarum tempore aliquæ pluuiarum guttulæ ceciderint in vaſis, & dolijs, propter hoc nõ ſoluitur ſpecies vini, ſed poterit pro puro vendi, dixit Ioan.Sayſon in commen.conſuet.Turonen.tit Banc.à vin.artic.1.in princ.Atque eadem ratione poſſet de huiuſmodi fieri conſecratio, etiam ſi data opera parum aquæ commiſceretur in vino abſque ſpeciei corruptione, quod in lora, & acinacio vino dicit Domi.Soto in 4.ſentent.diſtinct 9. quæſt.1. art. 5. quod, & infra dicetur. vbi de vino Theologico.

QVÆST. LX.

Decima fructuum terræ aratoriæ an debeatur de vino ſi vineæ ibi plantentur.

ANton.de Butri. in c. commiſſum extra de decimis, dixit ſi ſoluitur decima terræ aratoriæ, & ibi vineæ plantentur ſoluenda eſt decima vini, Nam durat eadem ſeruitus l. certo generi, vbi Gloſſa, & Alberic. D.de ſeruit.ruſt. præd.rangit Bellon.conſ.49.in fine, & per rationem textus in cap.cum in tua eod tit.nam, & de vino decima ſoluitur c. nõ eſt in poteſtate, quod intellige de muſto, idest cum primum ex vuis fuerit expreſſum per cap.cum homines, & ideò debet interuenire Parochus, quando è terra fructus amouentur Dominus Vincen. de Franch. deciſ.117. niſi eſſet conſuetudo portandi ad Domum: quæ ſeruanda eſſet, idem de Franch. deciſ.

deciſ 124. quem a 1 id allegat Epiſco. Samen. de viſitat. & regim. Eccleſ lib. 2. cap. 21. nu. 40. vide originaliter Parid. de Pute. de feudor. reintegr. vinum, quod præſtatur à Vaſallo an in torculari præſtetur, vel ad Domum Domini deferatur fol 22. Adde Io: Vincen. de Anna in allegati. 94. in cauſa Magnifici Franciſci Maramonte.

Q V Æ S T. LXI.

Decima an debeatur illius ſoli à quo extirpata eſt vinea.

QVid autẽ, ſi ſoluebatur, decima ex vineis: quæ poſtmodum extirpatæ ſunt, & factæ arabiles, an adhuc debeatur decima illius ſoli: quod ſeritur? idem concluditur per ſupradicta, licèt Iacob. de Rauen. non diffinierit ſecundum Alberi. de Roſa. in l. certo generi D. de ſeruit. ruſtic. prædi. vide quæ poſui ſupra de cultura vinear. circa finem.

Francia vſus pro vi... quib. decima vini debetur.

Adde antè dictis notanter apud Francones vindemiãdi ritum, quem ſic explicat Io: Boem. lib. 3. cap. 15. de morib. genti. cum vuæ maturæ ſunt, non antea vindemiare cuiquam conceſſum, quam Domini: quibus decima debetur, hoc permiſerint. Non enim ille hodie cras alter legit, ſed quot quot in vno colle vina habent, vno, vel duobus diebus omnes omnia decerpũt. Indicitur hodie in illo, cras in altero legendum, decimæ in Vallibus ſub vinetis excipiuntur, qui tardius, quàm iuſſum eſt, vindemiare volunt, non ſolum cum licentia facere debẽt, ſed etiam ſuis expẽſis decimã in Domini torcular inſerre, & nota benè, quod vbi Domino tpali ſoluitur decima ſignum eſt ſubditos vice ſeruorũ poſſideri, habetur 1. Regum cap. 8. ibi, hoc erit ius Regis, & ſegetes veſtras, & vinearum redditus adecimabit, &c. Vſque eritis ei ſerui, &c. loquitur enim Propheta Samuel ibi ad increpationem populi ſecundum Theologos, & præſertim Diuum Thom. quem refert comment. conſuet. Pariſienſ. titul. 1. de feudis §. 1. Gloſ. 5. numero 65.

Q V Æ S T. LXII.

Vini ſuſceptores.

IVre Romano ſuſceptoribus vini vigeſimas, vel quintasdecimas tributi nomine, dari pręcepit Imperator in l. modios C. de ſuſcept. lib. 10. & de ſuſceptoribus vini habetur in rubr C. de Suarijs, & ſuſcept. vini lib. 11. & Gloſ. in rubr. C. de anno, eo. lib. 10. hi verò pro Curia exactioni proponuntur, l. fin. §. patrimoniorum, de mun. & honor.

Q V Æ S T. LXIII.

SOluto matrimonio ſolet quæri, cum vinea fuerit de bonis paraphernalibus vxoris, an maritus, qui fructus collegit, ad eorum reſtitutionem teneatur, & dubium eſt per l. fin. C. de pact conuent. vbi Gloſa diſtinguit fructus naturales ab induſtrialibus: vinum autem ſine dubio dicitur induſtriale ſecundũ Doctor. quos nuncupatim allegat Petr. Phil. Corne. conſ. 129. ad euidentiam primi quæſiti volumine 4. ideò reſtituere non tenetur maritus, Raph. Cuman. conſil. 105. quæritur nunquid, cui ſubſcribunt Paul. Caſtr. & alij: Retento themate vineæ paraphernalis. Quæri ſolet an ſi maritus eam vendidit, poſſit vxor conſtante matrimonio ſuam vineam vendicare, & ſiue ſit paraphernalis vinea, ſiuè dotalis, poſſe ab vxore vendicari, matrimonio conſtante, etiam cum fructibus data ſcientia, & mala fide emptoris, qui neque pro melioramentis, ibi fortè factis, vti retentione poteſt, vt eſt in terminis conſ. Domini Ioannis de Amicis 54. & quo ad meliorationes à male fidei poſſeſſore vide Garſiam de melioramentis cap....

Q V Æ S T. LXIV.

Duplex gabella vini muſti.

GAbella eſſe ſolet. duplex, vna muſti, ſeu vini cum introducitur: quæ de iure communi erat vigeſima, vel quindecima ſecundum longinquitatem, vel vicinitatem regionis l. modios C. de ſuſcept. & Archar. lib. 10 & hæc dicitur quota fructuum, eſtque onus prædiale l. fin. §. patrimoniorum D. de muner. & honor. Altera eſt vini doliaris vulgò datium vini imbottati, & an ad illud domus religioſæ teneantur? Signorol de Homod. conſ. 82. incipit in queſtionibus vertentibus. Sed quòd clerici vendentes vinum ex prædijs alienis collectum, quod emerunt in vindemijs, vt quidam ſolent T. ſunt in numero negotiatorum, atque ideo ſubiecti datio, & ſtatutis laicorum affirmat Abb. Panormi. conſ. 6. in fine lib. 1. per textum in cap fin. de vit. & honeſt. cleric. iuncto cap. eijciens 88. diſtinct. ſequitur Decius in c. Eccleſia Sanctæ Mariæ verſiculo limita niſi clericus, de conſtit. idem Decius conſ. 472. in fine Germani DD. tepent non eſſe validam conſuetudinem, qua exigatur vectigal de vino, ita vt vaſa, in quibus poſitum eſt, aperiantur, & pars vini pro vectigali educatur, quia, inquiunt, vini naturalis bonitas eo modo corrumpitur, Oinotom. inſtit. de lege Aquilia §. capite 3. nu. 2. vbi allegat Hen. God. conſ. 7. & 8. de vectigalibus.

Q V Æ S T. LXV.

Fraudãs Gabellã an perdat equum.

CAue tamen; quia, qui in vindemijs conducunt muſta in ciuitate ſuper Equis, & beſtijs alienis, & fraudant datium, ſeu Gabellam, quę exigi ſolet in porta, fraus commiſſa per mulionem non nocet Domino ignoranti, nec eius animal incidit in commiſſum propter defraudatam gabellam, ità communiter doct. dicunt: quos refert Vincen. Carroc. in trac. locat. & conduc. cap. de fraudata Gabella incipit, hoc ſolemni tempore vindemiarum.

Quo etiam tempore, vt ipſe ſubdit, ſi conduxiſti famulum vel mulionem Forenſem, qui iurat ignoraſſe ius gabellæ, ſufficit ad excuſationem iuramentum, citat Abbat. conſilio vigeſimoquinto, Marſil. in l. qui falſam de falſ. & Arno. dial. 56.

Digitized by Google

Forenſium ignorantia ignoſcendum.

Licèt autem forenſes propter ignorantiam, quæ in eis præſumitur, cum non ſint de ſtatuentium iuriſdictione excuſentur à pœna; poſſunt ciues alijs modis prohibere pro ſtatuti obſeruatione ſecundum Albert. de Gandi. in tract. de malefic. titul. de reb. non port. contra deuetum verſ. ſed pone ſtatutum eſt Cremonæ: quem refert Ripa de peſte de remed. vber. conſer. num. 118. quod eſt notandum propter ſtatutum de non importandis huc vinis exteris, de quo dicam infra; quia poſſunt ciues noſtri expellere exteros, & vina proijcere, & vide in ſimili notanter Iſern. in rubr. quæ ſint regalia nu. 5. verſ. hoc tamen ſtatutum non ligaret, & omninò Franc. Mar. deciſ. 617.

Q V Æ S T. LXVI.

Vindemia intelligitur data cum vinea fructibus pendente.

CONcedo tibi vineam, & fundum fructibus plenum, an intelligatur cõceſſa vindemia, cum non dixerim? quod ſic, probat Petr Ancharan. in c. cum dilecti 4. notab. extra de donatio.

Q V Æ S T. LXVII.

Legari ſi poteſt vinũ monachis incapacibus religioſorum.

LEgatum eſt vinũ fratribus Capuccinis pro vſu in Sacrificio miſſæ, an valeat? dic quod ſic. quia non releuatur mendicitas, cum neque ad victum, neque ad veſtitum ea res pertineat Feder. de Senis conſil. 12. & in ſequenti reſponſo, & illud conſilium Federici ſequitur Folleri in praxi cenſuali §. huiuſmodi cenſus numero 70.

Q V Æ S T. LXVIII.

Emens muſtum in torculari an poſſit facere protropum.

QVæro an vendens muſtum, poſſit facere ſibi protropum ideſt lacrimam: quæ primarium vinum appellatur, de quo diximus ſupra de vindemia, & è conuerſo an emens poſſit fecem ex muſto refutare: quæ in lacu reſedit? reſpond. muſti nomine tota intelligitur ex vuis expreſſis ſubſtantia, licèt diuerſarum partium: quas vidi ex Galeno 3. de Medic. ſecre. gener. c. 3. & 4. ſimplic. c...... qui videtur aſſerere has omnes muſti partes eſſe, & ideò confuſum omne muſtum habetur emptori. Muſtum enim quaſi admiſtum dicitur, confuſis ſimul omnibus partibus Andr. Bacci. lib. 1. de natura vini cap. 17. & 21.

Q V Æ S T. LXIX.

Pactum non reemendi ſapit vſuram.

VEndens vineam habuit ab emptore gratiam reemendi poſt certos annos, non antè, quia videtur emptor habuiſſe animum interim lucrandi fructus ex vinea prohibendo rechattum, quæcunq; læſio ſit in precio facit cenſeri contractum vſurarium, Guid. Pap. in tractat. de vſur. num. 26. videbis quæ notaui in pignore, capit. 1.

Q V Æ S T. LXX.

In .... potest citari & comparere tenetur.

AVinea licet in ius vocari, etiam ſi non præſtet aditum, ideſt non tantum verbo citari, ſed, & inuitus capi quis poteſt, textus Gloſ. Bart. & alij in l. ſed etiam D. de in ius vocando.

Q V Æ S T. LXXI.

Vinum doleare.

VBi eſt Gabella vini: quod dicitur (imbottato) fieri ſolet bannum, quod ſi quis non conduxerit vinum ſuum per totum menſem N. ſoluat tot pro quolibet barile. Gabellarius perquirens in territorio reperit poſt id tempus vuas non dum collectas, & vindemiam pendentem, an qui Dominus eſt vindemiæ inciderit in pœnam banni? quod non, probat Iuli. Ferret. titul. de Gabell. & public. num. 112. quidam conduxit per l. non ſolum cum l. ſeq. D. de reſtit. in integr.

Q V Æ S T. LXXII.

BAro conceſſit terram ad ſeminandum ruſtico ſub redditu partis frumenti, & deinde plantauit vineam pro eadem parte tenetur reddere vinum, quod in ea natum eſt, decidũt Doctores: quos refert, & ſequitur Paris de Feud. reintegr. verſ. & reperitur ſæpius ante finem. Anna allegat. 94. qui loquitur in præſtatione decimæ. Franc. deciſ. 124. tangit de eo: Paris ibi; qui terram conceſſit ad plãtandum vineam: quæ plantata ſucceſſiuo tempore perijt, an terra redeat ad Dominum, citat Barto. in l. ſi tibi rem §. Iulianus de præſcript. verb.

Q V Æ S T. LXXIII.

Vectoris dicto an ſtandum.

AN ſtetur dicto portatoris vini, ſiue vectoris muſti, quod illud conſignauit emptori cum deponat in facto propoſito pro venditore? refert cognoſcere num ſua interſit conſignaſſe vel non, vt fides adhibeatur eius dicto Vrſill. ad Afflict. deciſ. 369. nu. 13. & ſeq. Vinc. de Franch. deciſ..... dixi in libello de oleo.

Q V Æ S T. LXXIV.

Via vicinalis inter vineas plurium refectio vt fiat.

REfectio viæ vicinalis; quæ eſt inter vineas, debet fieri ab ijſmet: & eorum expenſis: qui poſſident Iacob. Rebuf. in l. in omnibus C. de curſu publ. vbi etiam notabis, dũ dicit quod recedentibus ſcholaribus ab hoſpitio, paleæ, & ſimus non ſpectent ad dominũ hoſpitij, ſi ſcholares ſoluebant fictum, ſiue mercedem. Nam idem dico in facientibus vindemiam in alieno torculari, data mercede, poſſent enim inde tollere vinacea expreſſis vuis: ſecus ſi nihil ſoluerent, ſed aliter in Patria ſe habet conſuetudo.

Digitized by Google

Q V Æ S T. LXXV.

VEndens vinum precio arbitratu Titij conſtituendo ſi conſtituatur iuſtè, & fuerit ab eo reclamatum, licèt pendente reclamatione creſcat precium ex accidente calamitate, ſtatur nichilominus precio prius iuſtè conſtituto, Io. Fabr. in §. precium, inſtit. de empti. & vendit.

Q V Æ S T. LXXVI.

LOcator in fructibus rei locatæ non eſt anteriori creditori præferendus, licèt in eis tacitam habeat hypothecam: Gaſpar. Theſaur. deciſ. 29. vide quæ notauimus in §. item ſeruiana inſtit. de action.

Racematio, & ſpicil. cũ poſt meſſ. m et vindemiam. Sunt, & aliæ innumeræ quæſtiones: quæ huic tractatui ſubnecti potuiſſent, ſed eas colligere non eſt ocium, cum neque indecorum videatur collecta vindemia vindemiatori racemum relinquere, ſicut, nec ſpicilegio perfecto ſpicam, vt ex Varrone notat Andre. Alcia. diſpun. lib. 2. cap. 21. in fine.

Q V Æ S T. LXXVII.

PRæſuppoſita annotatione bonorum mobilium: quæ fieri ſolet in contumaciæ pœnam contra crimino ſos, vtrum in tertia parte bonorum illorum contineantur vuæ maturæ? Petr. Foller. in praxi crimin. verb. annotentur bona contumacis nu. 5. reſpondet quòd non; quia ſunt pars ſoli l. fructus pendentes D. de rei vendic. l. fin. §. fin. D. quæ in fraud. credit. citat quoque in id Tiraquel. de retrac. lignag.

Q V Æ S T. LXXVIII.

Emens vindemiam pendentem impeditur ad quod agit. QVi pendentem vindemiam emit, & vuas legere prohibeatur diſtinguitur ſoluerit, nec ne eius precium, & ita vel exceptione excluditur, ſi non ſoluit, vel actio ei eſt, ſi ſoluit ex textu notab. in l. qui pendentẽ D. de actio. empt. ſoluto enim precio non poteſt qui emit, prohiberi fundum ingredi, & ſuam vindemiam legere. Gl. in § feræ verb. venandi. inſtit. de rer. diuiſi. data licentia conductori, colono, ſeu partiario in Menſe Augusti, expectandus eſt, vt vindemiam è fundo tollat, habetur ſpecialis conſuetudo Neap. incipit, non poteſt de locat. & conduc.

Scripto ante iure quid? vide textum l. ſi vſusfructuarius meſſem D. quib. mod. vſufr. amittatur.

Q V Æ S T. LXXIX.

Mercedis remiſſio an debeatur ſi in vegete vinum acuit, vel mucuit. COllecta vindemia è vineis: quas conduxi, vinum in vegetibus acuit, vel mucuit, an poſſim petere mercedis remiſſionem ob caſum acoris, vel mucoris, & ſi culpa mihi imputetur, ſed ex vineti vitio id euenerit, remiſſionem deberi DD. reſoluunt. Hoſtienſ. in ſumma extra de locato, §. quæ actiones, declarat Imol. in c. propter ſterilitatem. eo. ſequitur Deci. conſil. 100. in fine. latiſſimè in ſolemni tractatu Carot. de locat. & conduc. tit.

Q V Æ S T. LXXX.

c. regni pro publici boni explicatur, an vinum veniat appellatione victualium. EST in regno c. Regis Roberti pro publici boni compendio num. 238. ne Mercatores, & negotiatores quicunque frumentũ, vel ordeum, vel victualia quælibet ante tempus meſſium, vel poſt illud fenerari, vel indebitare (vt aiunt) quouis modo, vel colore quæſito præſumat, fuit dubitatum, an vinum contineatur ſub appellatiuo victualium, & comprehendi contendit Fabi. de Monte Leone in pract. arbitr. par. 4. qu. 1. nu. 935. ſed contrarium ſuæ opinionis deciſum ipſe fatetur, quem refert Io. Bapt. Thorus in fertili compen. deciſ. Reg. Neap. verbo vinũ: nam, & ſi negari non poſſit ad victum hominis vinum comparari, & venire ſub appellatione annonæ, vt C. de erogat. milit. annon. Liubemus, & D. de pœnu leg. l. 1. cum concordantibus, tamen non conueniunt hæc diſpoſitioni mentionati edicti Roberti Regis tum ex verbis, tum ex mente, & ratione illa, etenim prouiſio non ad liquamina, ſed ad arida refertur propter expreſſam mentionem meſſium, & ibi in textu (eorum horreis inde repletis,) & ibi (tempus famis anhelanter expectant) & deinde ibi (famis ingruentijs expectantes) fames verò non eſt in potu, ſed ſitis neque par neceſſitas hominum in potu ſicut in cibo cum natura omnibus prouiderit, de aqua, & aquæ potu admodum neceſſario ex his, quæ notauimus infra c. de Meraca bibitione, & ſolius aquæ potu.

Addo dic. c. eſſe pœnale ideo ſtrictè intelligendum per regulam iuris odia, &c.

Vbi verò materia patitur tenenda eſt opinio ante dicta victualium nomine non tantum vinum, ſed, & omnia ad victum neceſſaria contineri, exemplum in viſitatione Prælatorum c. ſi Epiſcopus de offic. iudicis ordin. lib. 6. habetur, & notatur in l. verbo victus cum alijs ſequentibus D. de verb. & rer. ſignif. quibus cõuenit notanter Horat. in auaros.

Neſcis quid valeat nummus quem præbeat vſum
Panis ematur, olus, vini ſextarius, adde
Quis humana ſibi doleat natura negatis.

Mercatura vini ante vindemiam prohibetur ſtatuto precio p prag. regni. Adde cap. 11. hoc ipſo tit. Et nota, quòd ſuppoſita prohibitione venditionis futurorum fructuum, ideſt cum non ſunt maturi, hodie d. c. pro publici boni, eſt extenſum per regul. 2. de empt. & vendi. habetur quam illicitum his verbis (intendendoſi da molte parti l'illicite contrattationi: che ſi fanno per li Mercanti, & altre perſone particolari del preſente regno del grano Orzi, & altre vittouaglie, vini Græci, e Latini, Oglio, Seta, Zaffarana, Cannauo, e Lini, facendo compra di quelli auanti la ricolta, & entrata à prezzi determinati aſſai baſſi per pagarne li dinari auanti il tempo &c.) Et ita patet vinum, & alia quæ ſequuntur poni à victualibus ſeiuncta, vt ego probaui. Rurſus nota, non prohiberi ſimpliciter contracta-

Digitized by Google

tionem immaturorum fructuum, ſed precium eorum, ne conſtituatur ante recollectionem: in qua anticipata precij ſolutione poteſt vſura committi, vt ibi. Quod verò ſtatuitur, per reg. prag. 12. de admi. vniuerſ. Ne vniuerſitatum administratores accipiant pecunias ſecundũ vocem fruměti, hordei ſerici, olei, & ſimilium, aliqui intelligunt non procedere quando administratores ſe ipſos obligaſſent proprio, & principali nomine Thorus in cõpend. deciſ. verb. fructus immaturi, aduertendum puto, quoniam contradicit eadem prag. ibi (e che così come all'vniuerſità non ſi può dare ne à Cambij ne alla voce denari, come s'è detto di ſopra coſi anchora non ſi poſſa dare à particolari per conto, & cauſa di eſſe vniuerſità ſotto l'iſteſſe pene. quod etiam aduertit dominus meus Rouitus in prag 5. num. 12. in fine, quem diminutè citat ibi Thorus.

Thorus notatur.

QVÆST. LXXXI.

Emptor non tenetur ſtare colono partiario.

EMens vineam: quæ ad partem colěda à domino conceſſa erat, non tenetur ſtare colono: qui neque poteſt excipere de parte fructuum ex vinea collectioni proximorum, verum ſi meliorationes fecit, habet pro eis retětionem contra emptorem, actionem verò contra venditorě. Vinc. de Franch. deciſ. 334. qui de rure loquitur, ſed par eſt ratio in vinea: cuius opus quoq; ruſticũ eſt, & Romani ruſtica vinalia habebant Kal. Septembris, quo die primum vinum in Vrbem deferebant. Feſtus adnotat.

QVÆST. LXXXII.

Ad l. vinum. ſi cert. pet. animaduerſio.

IOannes Borcholten in eleganti commentario ad tit. ſi certum peta. c. 7. de effectu mutui docens formam libelli, cum vinum mutuo datum petitur ſuper l. vinum, eo. tit. num. 91. notat verba eius tex. vinum, quod mutuum datum erat per iudicem petitum eſt, intelligens aliud peti non potuiſſe, quam quod in obligatione fuit, ideſt vinum, aliàs male agi. Vt puta ſi pro vino: quod debetur æſtimatio petatur, allegat Guid. Pap. deciſ. 358. quem & ego citaui infra. Vbi & quando. Inſertq; quòd cum iudex reum in vini æſtimationem condemnat, quam facultatem, & poteſtatem iudex à conſuetudine accepit, ipſe probat ex Cicerone; qui inquit (Petitur, vt ſibi pro frumento quanti frumentum eſſet dare liceret, ex huiuſmodi principio, atque ex liberalitate, atque accommodatione Magiſtratuũ conſuetudo æſtimationis introducta eſt) hæc ille. Tu verò aduerte, quia Cicero in reo loquitur, non in actore, qui non impeditur pro re ſibi debita, & vbi & quando dari debuit, ſi non tradatur, agere pro eo: quod ſua intereſt. & hoc petere loco rei debitæ ratione moræ. Vt in re vendita habetur, & not. in l. 1. D. de actio. emp.

Nec eſt dubitandum pro intereſſe actionem competere, & quod intereſt ex facto ſolum petendum: eique actioni iudicis officium deſeruire, l. 3. in fine principij, & §. fin. cum l. ſeq. D. de condic tritic. quæ ll. allegantur, vti Gloſa ad d. l. vinum, ſtandũ eſt igitur communi noſtrorum doctorum interpretationi, quod ibi vinum petebatur. Sed quia non reſtitutum, ſequuta fuit condemnatio ad intereſſe: quod & ipſum propter moram eſt in obligatione, ita vt ſi velit actor. poſſit in princ. agere ad intereſſe, & iure actionis id venit; in terminis d. l. vinum declarat Gl. notabilis, in d. l. 1. verb. agitur. d. tit de act. emp. gl. 1. & 2. in d. l. vinum, ibique repetunt. DD. accuratiſſime.

Mutuum vini filiofamilias.

Ad mutuũ quoq; pertinet S. C. Macedonianum. Vinum cum filiofamil. mutuo datur vt eo diſtracto is pecunia vteretur, in fraudem illius S. C. quo id fieri vetatur l. 7. §. mutui dationem, ad Sen. Conſ. Maced. Sed in regno ſeruamus reg. Pragmaticam eo. tit. ex omni contractu filiumfamil. obligari cum patris ſui expreſſo conſenſu. Vt ibi, quæ Pragmatica Sanctio ſuos habet cõmentarios præſertim domini mei Rouiti.

Actio, & petitio quid importent verbi ſubtilitate.

Hoc verò noto. Ioannẽ Borcholtem in comment. ad tit. de nauti. fœn. c. 1. n. 8. ſuper eo. S. C. Maced. animaduertiſſe l. 1. ibi (actio petitioq;) per actionẽ accepiſſe certi condictionem ideſt in perſonã, per petitionem verò vendicationem extantis pecuniæ mutuatæ, eſtque vera interpretatio ſecundum proprietatem verborum, ex l. actio. D. de actio. & obligat. Attamen petitionis verbum in propoſito mutui late patet pro in perſonam actione, ideo titulus eſt, ſi certum petatur. Vt diſcas ſubtiles legum intellectus non ſemper ſenſui legum accommodari.

PRO.

Digitized by Google

PROSPERI RENDELLÆ TRACTATVS DE VINO DE VINORVM GENERIBVS: ET QVÆ IN CAMPANIA, CÆTERISQVE REGNI NEAPOLIS PROVINCIIS LAVDI SINT.

Sectio Prima.

Vina ex terrâ diſsimilitudine diſsimilia.

TErra generibus humorum eſt diſsimilis, & diſparata, ſic vina diſsimilibus ſaporibus à terræ proprietate perficiuntur: ex qua vitium radices ſuccum capiendo fructus non vnius proferunt ſaporis. Vitruui. lib. 8. ca. 3. quod, & affirmat Anton. Galat. Philoſophus in libello de mari, & aquis, pag. 102. omnium autem vinorum conditiones quinque differentijs diſcerni ſummatim tradidit Galen. lib. 3. de ration. victus in acutis tex 1. proſequiturque accuratè Braſauol. in ſuis commẽtar. & nouiſſ Andre. Baccius in hiſtor. de natura vini lib. 2. ex C. Plin. in Natur. hiſtor.

Mores hominum è regionibus diſsimiles.

Vt non ſine ratione putes arbitratos quoſdam non mores, & complexiones tantum, ſed animum quoque mutari pro locorum varietate: aduerſus quos ſcribit Galen. Medicus lib. quod animi mores corpor. tẽperaturas ſequantur, cap. 9.

Vineæ ſitus in vinis differentijs.

Ideò ad vinearum ſitum præſertim reſpici oportere agriculturæ præceptores docuerunt, ea enim ratione vina diſtinguũtur, maximè qualitate, & quantitate; Nam quæ deſcendunt è collibus, & ſi cedãt alijs, vt puta paluſtribus quantitate, vincunt tamen ea odore, longeque nobiliora ſunt, conſiſtunt, & magis; quoniam apertos Baccus amat colles. Virgil. in Georg. contra verò illa aſpera ſunt, vel maceſcunt, vel in acetum degenerãt niſi à vindemiatoribus coquantur, vt defrutum immiſceatur, prætet alios modos: quibus vina conſeruari opinati ſunt. Nec minus Regio attenditur: nam Alexan. Problem. lib. 2. in calidiſsimis, inquit, regionibus vinum frigidum fieri ex calore immodico; qui ità humum elexat, vt calorem omnem cæli inteſtinum euocet, atque abſumat, contra in frigidis regionibus fieri calidum; quia calorem frigus ad ima terræ compellit, atque includit refert Guilandinus in libello de Papiro fol. 31. neque hoc admittendum putamus, ſi regionem ſpectemus, & ſi hoc etiam teſtetur Mercurial. in lib. de venenis; nam Galeno pugnat in 3. lib. de rat. victus com. 8. Ioannes Romanel. Academicus.

Vini odor vnde cauſetur.

Quod autem de odore tetigi, reſoluit cauſam non abſimilem Theophraſtus inueſtigans lib. 6. capit. 24. de plantar. cauſ. vinum odorem capeſſere, cum pars eius aquoſa diffl ata, exactaque eſt, odor verò malus, vt dematur, vinum aſperum, vt fiat benè docet M. Cato de re ruſtica c. 108. & indè. Sed & alia ſunt quæſita, num vinum ſuaptè natura calidum ſit, vel calore alieno, & quid de vino dulci; & cur non inebriet? Io. Paul. Donat. Gonzagior. lib. 18. cap. 24. poſt quem Andr. Bacci. in ead. hiſtor. de natur. vini, & qua ratione vina diu ſeruentur? Plini. hiſtor. natur. lib. 14 cap. 19. & 20. Hieronym. Mercur. variar. lib. 2. cap. 13. Io. Anton. Finei ad veterem vſum vaſa figulina, vulgò ***vettine*** ſtudioſiſſime perſuaſit, ſed fruſtra, quamuis rem acrem tetigiſſe videatur teſte Andre Bacci.

Vettine Io. Ant. Finei [illegible] vſu.

 Legali

Legaliter etiam ſcio, duplicem eſſe vini qualitatem, vnam intrinſecam, & hæc propriè qualitas eſt, alteram verò extra rem, & hæc habitus dici debet. Gloſ. in l. cum quid D. ſi cert. petat. Primam eandemque intrinſecam appellatam putauit eſſe vini ſpiritū, ideſt partem igneam: quæ ineſt velut humidum radicale in homine, idem Ioannes Anton. Fineus. tit. de remed. conſeruat. vini in principio.

Vini ſpiritus qualitas eſt intrinſeca.

Iſta tamen modò prætereo intendens hic opportunius vina regni exponere, qualem laborem non inutilem, nec iniucundum arbitror: quando quidem vinum ſicut panis in quotidiano habentur vſu. Gloſ. eſt in l. 1. §. vſum D. naut. caup. ſtabul. Panis, vt cor hominis confirmet, Pſal. . . . vinum, vt lætificet, Pſal.

Vinum & panis in vſu quotidiano ſunt.

Conſtat pleriſque in rebus Regnum hoc regionibus alijs anteferri: maximè verò in frumento, vino, & oleo humano generi admodum neceſſarijs. De Italiæ laudibus Varronis verba ſunt (quod far comparandum Campano? quod triticum Apulo? quod vinum Falerno? quod oleum venafrano? videtur autem Campaniæ ora propter vina ipſa commendatiſſima non ex farre tantum. Sic enim C. Plinius hiſtor. natur. lib 3. cap 5. Felix illa Campania eſt, ab hoc ſinu incipiunt vitiferi colles, & temulentia nobilis ſucco per omnes terras inclyto, atque vt veteres dixere, Summum Liberi Patris cum Cerere certamen. Hinc Setini, & Cæcubi obtenduntur agri, his iunguntur Falernis Caleni, dein conſurgunt Maſſici, Gaurani, Surrentinique Montes.

Regnū Neap. præſtat in oleo & frumento, & vino [illegible] ſunt.

Lex Curionis ad diuiſionem vinearum, ſicut, & agrorum accepta eſt, pertinuiſſe propter Italiam, & Campaniam vbi præſertim multæ ſunt, licèt alijs vinariam legem eam fuiſſe putanerint: quos improbat Iuſtus Lipſius, electorum lib. 1. cap. 8.

Lex de diuiſione vinearū vetus.

Sed ne memorata loca vltra quàm deceat, extollant ſe recenſebimus, & alias Regni partes pari laude dignas, quin etiam Italiam omnem laudari, quæ propterea [illegible] ideſt Oenotria dicta eſt à bonitate vini: quod in Italia naſcitur. Græci enim Oenon vinum appellant, communiter tradiderunt. Quod, & idem miſeræ Italiæ vituperio dari ſolet; tanta enim vinorum copia remollitis, & languefactis corporibus vitiferarum regionum bellicoſæ, & fortes olim Scytharum, & Gothorum nationes à Prouincijs profectæ vite carentibus Imperium Aſiaticum, & Romanum euertere, ita Adrianus Turnebus.

Oenotria à vini bonitate Italia eſt.

Illud quoque tradiderunt, quod latini primi Italorum vinum habuerunt, teſte C. Plinio lib. 14. ca. 12 dehinc Latinienſia dicta ſunt ab ipſo Plinio ab infero ſinu Maris, hodie vero non ita, ſed Latina dicimus ad differentiam Græcorum, & dulcium. Sed Andr. Bacci. in hiſtor. vinorum, propriè Latinum vinum circa Veſuuium prouenire aſſerit, ad Turrim infra maritimam, ac in Calabriæ litorali parte, itemin Iſchia Inſula, ſic dictum, vt deductum vndecunque in Latinum vina à Latio ſortita ſint nomen. Baccius.

Latini primi vinum habuerunt Italorū.

Vina latina, [illegible].

Vinis item Græcis Italica ita extollens comparatiuè pręfert Caſſiodorus Variar. li. 12. Epiſt. 4 Digna planè ſpecies: de qua ſe iactet Italia, nā licèt ingenioſa Græcia multifariè ſe diligentiæ ſubtilitate commendet, & vina ſua aut odoribus condiat, aut marinis permixtionibus inſaporet, ſub tanta tamen exquiſitione reperitur ſimile nil habere.

Vini latini laus & Caſſiodori.

Laus Campaniæ in vinis

Natura ludentis opus Campania felix.
Nobilius reliquit dat, variatq; merum.

Campania vinis laus.

Vini Campani boni vlpia. meminit in l. vbi 75. de verb. oblig. vini Campani optimi in l. ſtipulationum quædam 74. eo. tit.

Iſidorus Origin. li. 14. Campania, inquit habet terras hyeme atque æſtate vernantes.

Falernum.

Falernum vini genus olim laudatiſſimum à regione: in qua naſcitur nuncupatū. Volaterran. de campania loquens Geograph. libr. 6. propè Sinueſſam eſſe, ait, Falernum agrum; Nam Falernus ager, non oppidum erat, vt, & apud Horatium carmi. lib. 4 ode 4.

Falerni conſideratio, & locum quo erat vb[illegible].

Aut falerni mille fundi iugera.

Sed C. Plini. in natur. hiſtor. Falernum montem eſſe, ibique agros eius vini generis feraces. Ideò Seruius in 2 Georgic. Phalernus, inquit, Maſcul. gen. mons eſt Campaniæ vinetis refertiſſimus nomine ſumpto à Montis illius Domino. Eſtque propè Puteolos: cuius, & Martialis meminit, lib. 12.

Marcus Varro apud Macrobrium 3. Saturn. ca. 16. ad victum fert ager Campanus frumentum, Falernus vinum, Caſſinas oleum, &c.

Nec in Phalerno monte maior autumnus.

Fieri autem ex vuis: quæ Gauranæ ſunt appellatæ, & quæ ex agro Falerno tranſlatæ celerrimè vbique degenerant, teſtatur idem C Plin. hiſtor. natur. lib. 14. cap. 3. verum Gaurus mons eſt, à quo Gauranæ vuæ, vulgò monte barbaro, non multum ab Auerno lacu diſtans vitibus triferis fertiliſſimus, vini generoſitate præclarus antiquis, & Modernis ſecundum Mazzel. Neapolitanum de montibus regni differentem, quo in loco Pontanū meminit lib. 2. Partheniæ Epygram. 26.

Alij crediderunt Falernum idem fuiſſe, & Amineum nam Macobr. lib. 3. c. fin. Saturn. ita inquit vuarum genera ponens. Aminea ſcilicet à regione, Nam Aminei fuerunt vbi nunc Falernum eſt.

De quo I. C. in l. qui vinum §. fin. D. de triti. vin. & ole. lega. in quem locum Andr. Alciat. lib. diſput 1. cap. vlt. notat, non Aminæum legi in antiquo Codice ſed [illegible] ideſt optimum, correctior editio habet vinum amphorarium, Aminæum, Græcū, & dulcia omnia: eruditiſſimi Neapol. Academici Anibale Macedonio Principè agente, in diui Petri à Mayella. Vbi quatuor fratres Carrafę interfuere, ideſt Biſignani Princeps. Auſi Marchio Fr. Thomas ord. Prædicatorum. Dom Pyr. Aloiſius omnium literarum ſtudioſiſſ.

Academia Neap. de amicis diſputatur.

dioſiſſ. eloquentiſſimi Neap. patritij in frequenti doctiſſimorum cætu de hoc vitis genere peracutè diſputauerunt quo die infra paſcales ferias, & ego admiſſus ſum, anno 1612.

Bartol. Caſſan. eiuſdem opinionis in Catal. Glor. Mun. 12. p. 84. conſiderat. aſſerit. Amineos populos fuiſſe vbi nunc eſt Falernus: quorum, ſubdit ipſe, regio aminea dicta eſt vini feraciſſima. Sed Iacobus præfectus in libello de vinis. Amineum vinum à Falerno diſtinctè poſuit, fatetur tamen amineum naſci in collinis iuxta agros Falernos. Nam putarunt amineum vinum ideo dictum quaſi ſine minio, ideſt ſine rubore, eum albũ ſit ſecundum Iſidor. Origin. lib. 20. cap. 3. Marc. Antoni. Surgen. de Neapol. Illuſtr. cap. 24. n. 3. citat Seruium, cum Falernum colore non careat, vt mox notabimus.

Andreas Baccius putat vinum Falernum hodie Græcum appellari, & eſſe: quod vini genus ex Falerno agro translatæ vites in Veſuuium vicinum montem produxerunt, cui obſtitit. C. Plinij ſententia ante relata ideſt. Vites ex Falerno tranſlatas celerrimè vbique degenerare, videbis ideſt de vino greco.

Vbi ſit verè ignoramus, quale autem fuerit, audies, fortiſſimum appellat Virgil.

Aminea vites an amminea dici debent ratione metri.

, *Sunt Et amineæ vites fortiſſima vina.*

Cui conuenit carmen Auſonij ad Vrſulam Grammaticum ſcribentis.

Cecropiæ commune decus, latiæq; camenæ.
Solus qui Chium miſcet, Et ammineum.

Duplex, mm, ratione metri. Sed mi ante, n, longa eſt ex græco.

Sub proprio appellatiuo ideſt Falerno, fortè dixit Horat.

Forte.

, *Aufidius forti miſcebat mella Falerno.*

Ardens. Idem Horatius appellat ardens carmin lib. 2. ode 11.

, *Ardentis Falerni pocula.*

Petrus Graui. Epic. carmi. lib. 3.

, *Chriſtallumq; cupit ſpumantẽ ardẽte Falerno*
, *Libatumq; dedit conuiuis ſede propinquis*

Martial. lib. vlt. Epygr.

, *Si calidum potas ardenti myrra Falerno*
conuenit.

Dulce. Mirand. appellat dulce hoc verſu

, *Quam dulce aurato fuſum cratere Falernum.*

Idem Martialis libr. 9. ad Calatiſſum vocat immortale Falernum. Pontanus verò fumoſum, de hortis Heſperi. lib. 1. & antè eum Tibullus in ſecundo.

Nunc mihi fumoſos veteris proferte Falernos.
Conſulis. Et Chio ſoluite vincla cado.

Sic, & Pontan.

Ludere fumoſum puero fundente Falernum

Reſinatum? Martial.

Reſinata bibes vina Falerna.

Molle. Molle. Pontanus in ſuis Lyricis de victoria Hydruntina, ideſt non duræ digeſtionis, nec indomitum.

Fuſca ſiue nigri coloris. Fuſca, ſiue nigri coloris. Martial. Epygram. lib. 2. in Tongilium

, *Quæque annus coxit opimi.*
, *Condantur parco fuſca Falerna vitro.*

Et lib. ad Flaccum.

, *Pulcherrimus ille*
, *Marmorea fundens nigra Falerna manu.*

Sic Baptiſt. Pius.

Qui ſupero miſces nigra Falerna Ioui.

Pro falerno alij mangiaguerra eſt. Volateranus vbi ſupra vinum nigrum prædicatum, inquit, nunc ſanè deſijt, ſed deſijſſe fortè puto nomen eſſe tamẽ etiam hodie mutato nomine: quod, *mangiaguerra* vulgò nuncupatum affirmat Bartolomeus Taegius in dial. de humore vitis fol. 27.

Aureum. Pontanus non nigri, ſed aurei coloris nuncupat. Hendecaſyl. lib. 1.

Cretenſis fluat hinc, & inde Baccus,
Hinc illi hinc liquor aureus Falerni.

Nigrum. Sed Petrus Grauina veteribus magis conſenſiſſe videtur, nigrum fuiſſe, lib. Epygr. de conuiuij apparatu, qui ita canit

Hauſta nec antiquis nigra Falerna cadis.

Ex ventis colos in vino mutatur. Quamuis non ignoremus ad colorem hunc, vel illum non nihil ventorum flatus conferre, vt ſupra de vindemia verſ. venti quoque flatus, Et de Falerno id notat ex Galeno Athæne. libr. 1. c. 24. ſpecies inquit duæ ſunt auſterum, & dulce: quod tale ſit, cum ſub vindemiam Noti ſpirarint: qua ex cauſa nigrius etiam ſit, quod ſic vindemiatur auſterum ſit: & colore flauo.

Vetulum optimum. Vetulum, & optimum, nec alij vini generi admiſcendum Martialis habet Epygramma ad Tuccam,

Quid te Tucca iuuat, &c.

, *Actica nectareum turbabis mella Falernum*
, *Miſceri decet hoc à Ganimede merum.*

Nectareum.

Bibulum. Bibulum: quod facilè ſorbeatur Horati.

Et poteris bibuli media de nocte Falerni.

Fumoſum pro fumo inueteratum an rectè dicatur. Ad id verò: quod fumoſum diximus, exponit Andr. Baccius lib. 1 de natura vini cap. 16. ideſt diu fumo inueteratum. Ego propriè fumoſum intelligo idem; quod ardens, & validum: quem fumum, & ardorem abſumit ætas, ideò longa ætate vinum dicitur ebibiſſe fumum, ideſt ardorem. Sic accipio locum Horatij carmi. libr. 3. ode 9.

Hic dies anno redeunte feſtus
Corticem adſtrictum pice demouebit
Amphoræ fumum bibere inſtitutæ
Conſule Tullo.

Indomitum, acre Salutiferum. Indomitum dicit Perſius, & Iuuenalis, acre, vt Textor adnotat, & Hieronym. Mercurial. variar. lection. lib. 1. c. 18. ſalutiferum Caſtor Duran. theſauro ſanit. verb. fungus.

Græcum vinum.

Mons Veſuuius ſeu ſumma vulgò dat vinum græcũ. Veſuuius, ſeu Veſuus mons nunc ſumma vocatur: vbi Græcum vinũ: quod C. Plinius Pompeanum appellat. iuxtà Pompeios enim eſt oppidum, atque Vrbs Pompei Caſtellum Græci putatur Volater. Geograph. lib. 6. Summontius. Græcum nunc aliæ ferunt regiones, in lib. ſolutæ orationis Pontani.

De Veſuuio Antonius Sanfelicius ita, cineris calore hæc afflicta plaga magnam nobilitandis vinis vim accepit, è quibus id, quod Græcum cogno-

Digitized by Google

cognominatur reliquis Italicis præfertur, hoc meracum in Patria ſumptum caput tentat Verumtamen ſi nauigio tranſuehatur fluctibus iactatum, vi domita miteſcit, fitque ſuauius, quod vtinam homini vſu veniret. Ampliſſima arbuſta: quibus cingitur, eſcarias vuas præter vini copiam ferunt, quæ ad multam hyemem de arboribus pendent. Eundem montem Martialis Epygr. lib. 4 mirum in modum vini nobilitate commendat Veſulum pro Veſuuio nominās. ſic

Vina mari ce-mantur.

Hinc eſt Pampineis viridis modo Veſulus
vmbris.

Quidam putant ex Chio Inſula huc vites tranſlatas, vt in Cathalogo vulgò legitur *de gl'inuentori delle coſe da mangiare, e da bere.* Sed non ſequor, cum ex vuis Aruifijs non fiat hoc vini genus.

De hoc monte, & vini nobilitate Marc. Ant. Surgen ad Neap. Illuſtr. cap. 24. & Mazzella de montibus Regni.

Quia verò alias quoque hodie regiones Græcum producere dicebamus hæ ſunt. Pauſilippus, Reſina, Sanctus Anaſtaſius, Octauianum, Turris dicta *del Graco* Inſula Enariæ vulgò *Iſchia* nuncupata enumerat, Alexan. Petroni. li. 2. *del viuere de' Romani* c. 18. *delli vini foraſtieri.*

Petri Grauinæ Epygr. ad Marcum Antonium Magnum.

Vini Græci.

Hoc tibi dulce merum non mittit florida leſbos.
Vlla nec Aegei terra beata maris,
Proxima conſpicui, ſed Bacco ſacra Veſeui
Dant iuga, vitiferis nobiliora locis
Frigidus ingrato ſi quis torpore tenetur,
Hoc bibat, Et latus membra calebit amans.
At ſi quis malè fert prædura iuſſa puellæ
Hoc tamen Epoto non dolor vllus erit.

Veſeuus dicitur Bernardino Rotæ lib. 1. Ele. 2.

Adſit pampaneas redimitus vite Veſeuus.
Cui noua fumanti vertice flamma micet.

Lacrima.

Lacrima vulgò dicta, eodē in monte Veſuuio fit, quæ, & *claretto* fertur vulgò, vinum optimū, ruſi coloris, delectabile, vtile, durabile, Alex. Petron. lib. 2. c. 20.

Vin claretto.

Lacrimam Neapoli, & Romæ dicunt à monte ſumma vſque ad Surrentum, ad Salernum, & Amalfitanam coſtam ex vuis nigris, ita nuncupantes ex apparatu; quia permittitur ſpōtè fluere, quale vinum virgineum propterea aliqui appellant, Andre. Bacci. de natura vini.

Vinum Virgineum pro lachrima ſponte fluente.

Et fortè Martialis id vini genus intelligebat lib. 4 Epygr. quaſi nō pedibus, vel prælo expreſſum, ſed ab ipſomet lacu.

Hic eſt Pampineis viridis Veſuuius vmbris
Preſſerat hic madidos nobilis vua lacus
Hæc iuga quàm Nyſe Colles plus Bacchus
amauit

Protopum hoc quoque appellatur vinum primarium vbique magni precij veteribus maximæ æſtimationis Hierony. Mercurial. Variar. Lection. lib 1. cap. 17.

Protopum vinum primarium.

De Lacryma pulchram fabellā effinxit Bernard. Rota elegiar libro 3. ad Rodulfum Pium Cardinal. vbi hæc ſunt.

Et tibi Pauſilipi Lachrimæ: quas fudit ad vndas
Dum fugiens Neſis vertitur in ſcopulum.

Dehinc locos adnotans, vbi lachrima eſt optima, ſic ait

Tuncq; Dicharchei dederunt ſuſpiria colles
Ex illo ſemper Sulphure flagrat ager.
Gaiola vicinam fleuit, lachrimaſque dedere
Mergillina ſuas, Antiniana ſuas
Nec non ipſa velut venturi praſcia fati
Vberius Lachrymas ſpargis, & Aegla tuas
Aegla olim ad numeros quæ reſponſare ſolebas
Piſcantum, ſed nunc non niſi flere tuum eſt.

Pompeianum.

Pompeianum Plinio dictum generoſum, naſci putatur propè Neapolim vbi Turris Annunciatæ: Marc. Anton. Surgen. de Neapoli Illuſtr. c. 24 nu. 3. Cai. Plini. lib. 14 cap 6. ætate, inquit, meliora ad decem annos abſque vitio Durant. Ideò quidam hoc cum Græco confundunt, vt ſupra de vino Greco. Freccia verò, de Epiſ Surren. ita ponit, vitis quædam Pompeiana dicta Surrentum Campaniæ Vrbem tranſlata C. Plin. lib. 14. cap. 2. in fine, vina ad inſtar Græcorum ſummæ, vt ita dicam, ex communi nomine nobiliſſima inter alia Cæſar in conuiuio apponebat. Freccia.

Pompeianum cū Græco quidam confundunt.

Antonianum.

Antonianum ex loco: qui vulgò Antignana Propè Neapolim dicitur Politioribus Antoniana; Marc. Antoni Surg. de Neap. Illuſtr. cap. 24. num. 3.

Antignana.

Antiniana etiam roſis commendatur à Berard. Rota Elegi. 2. lib. 1.

Spargat odoratas Antiniana roſas

Mangiaguerra Montonicum.

Vinum vulgò ſic dictum nigrum eſt, & craſſiſſimum in vallibus circa Veſuuium, & Caſtellū ad mare. Andre. Bacci. eius vini generis meminit Garzonius in lib. dicto *la piazza vniuerſale, diſcorſo 56. de gli agricoli.*

Mangiaguerræ hodie vernaciæ, ſeu verraciæ, quaſi nomen tractum ex eo: quòd earum paſtu apri, ſeu verres delectantur, Andr Bacci. de natur. vin. lib 1. c. 11 vide vernaciam.

Vernaciam pro Mangiaguerra quidam eſt.

Illud tamen ſequor ex Baccio quòd, ait Mangiaguerra, lachryma, Græcum, & huiuſmodi vina craſſiora magis nutriunt, inter Paradoxa enim eſt quorundam opinio, vinum non nutrire, ſentitur enim, & ex ipſo odore alimentum, dum vino odorato, recreentur ſtatim vitales, & animales ſpiritus, cor, & præcordia, inquit Bacci. lib 3. c. 4. & c. 5.

Montonicum.

Monticū in agro Neapolitano, & tota Campania, ità Pōtanus, & Summontius, vulgò idem

Montonicum in agrum Romanenſem tranſ.

nomen

Digitized by Google

nomen retinet ſunt eius generis vites in Barenſem regionem tranſlatæ. Sed non deguſtantur, vina ante Kalendas Ianuarij.

Vernacium.

Vernacium, Guarnaccia & Vernacia. Vulgò Guarnaccia, Vernaccia Ludoui. Arioſto in Satyra tempeſtate noſtra nobiliſſimum. Summontio fuit ab antiquis dicta Vinàcia. Benedic. de Falco in deſcriptione Neapolis. De hoc Pontanus Hendecaſyl. libr. 1. Ac Vernacia brutis idiotis In vulgari libello. Catalogo *de gl' Inuentori delle coſe.* habetur Vernacium quibuſdam in locis ab antiquo Falerno traxiſſe originē. Naſcitur in duobus locis Acciaioli, & Santi Niceti. Alex Petroni. cap. 20. lib. 2.

Vinaciola ... Vinaciolam, ſeu Vernaciolam apud Lacum Benacum haberi, & Patauij, meminit Andr. Bacci. lib. 2. c. 3. Marchio S. Lucidi in odiſſe Homeri de Vernacia ſic.

E Tempſa: che San Lucido ſia detta
Liquor infonde: che dal Verno ha il nome
Poiche tempra del verno il freddo gielo.

Vinaciolam, inquit C. Plinius lib. 14. hiſt. natu. c. 3. Soli nouerunt Sabini, & Laurenti.

Faſtinianum.

Faſtignanum a Vico ... dictū & Faſtinianum ratione metri. Faſtignanum etiam appellatur ex Vico Faſtignani ſuper vlmos, ac populos maritatis vitibus, vuis valdè nigris, & dulcibus fieri. Andreas Baccius adnotat.

Fauſtinianum vocat Rota elegi 2. vbi vina leuia, & acria meminit.

Caſorianum, & Centureſium.

Hæc duo. Sicut, & faſtinianum loca ſunt non procul à Neapoli vini generoſitate nobilia. Petr. Summont.

Trebellicum.

Siue Trebellianum, quarto à Neapoli lapide, nouo nomine à Campanis donatum tēporibus C. Plinij lib. 14. cap 6. optimum, & guſtui valdè gratum. Iacob. præfec. inter Campaniæ vina nobilia. Marc Anton. Surgen. cap. 24. num. 3. in ſua Neapoli.

Sorbinum.

Vin Sorbitico. Sorbinum, & Sorbiticū *vin Sorbitico* in Campania. Iacob. Sannaz. Et Pōtanus Lapidicina 5.

Fert lateri geminas immani ventre lagenas
Sorbinoē bimo atq; ex anniculo viridiſco.

Sorbinum dictum puta à ſorborum ſapore inſtar Ceruiſiæ, quæ fit ex Fermentis, & Sorbis: cuius ē mentio in l. ſi quis vinum, de vin. trit. & ol. leg. & Virgil.

Pocula leti

, *Fermenti, atque acidis imitantur vitea Sorbis*

Catellian. Cotta in Memor. ver. Ceruiſia.

Aglianicum.

Aglianicum, ſiue Vluanium, vt vocat Iacob. perfec. vinum eſt leue, cuius qualitates alias explicat Alex. Petron. capit. 20. lib. 2. in acliuibus Summæ collibus ex vuarum genere non adeo nigrarum, ſicut Mangiaguerra, & lachryma odoratum, gratum guſtui, prædulce, ac firmum. *Vluanium.*

Aſprinium.

Aſprinium album propè Capuam naſcitur, Auerſam, Sant. Antimum, facilè concoquitur, parum tamen durabile. Alexand. Petron. capit. 20. libr. 2. *Aſprinium vbi ſit, & eius qualitates.*

Vernoticum.

Vernoticū Aſprinio ſimile pouit idem Alex. Petron. albi coloris in agro Nolano minus lædens ſtomacum ſuaue, æſtate durabile,

Trifolium.

Trifolium vinum Mazzella Neapolitanus opinatur eſſe: quod in monte naſcitur ſupra Neapolim, qui Sanctus Hermus vulgò nuncupatur, latinè Hermete mons à Nimpha dictus, quòd ibi trifolium naſcitur, de quo, inquit, loquitur Martialis in xenia *Mons S. Hermi ſiue Hermete ... laudatus eſt.*

, *Non ſum de primo, fateor trifolini Lyæi*
, *Inter vina tamen ſeptima vitis ero.*

Sed certè decipitur; nam vbi hodie locus eſt vulgò dictus *li caſali di Seſſa* in planicie pratiuus herbis trifolij maximè abundat, non procul à monte Maſſico, vt idem Mazzella notauit in deſcriptione Prouinciæ Terræ laboris de Rocca Mondraconis fol. 11. *Caſali Seſſa.*

Eſt antè Sueſſa, ſiue Sinueſſa vino ſatis abundans, quod Sinueſſanum dicitur Horat. *Sinueſſanum vinum.*

Atque eam in Setino ſitam eſſe ſinu multi adnotant hiſtorici, & Setinum vinum commendant, vt infra dicemus.

Celenſam Lazzarolum, loca ſunt: quæ & nomen vino dedere. *Celenſ. in ... Lazzarolum.*

Barra quoque propè Neapolim vuis laudatur à Rota eleg. 11. lib. 1. *Barra.*

Hinc Reſina paret Lauros, hinc portica Myrtos
Barra vuas largo ſorba Cremana ſinu.

Viridicum.

Viridicum vulgò *Virdiſchio*. In campania eſt. Petr. Summont. in hortis Heſperid. Pontani vide ſupra Sorbinum. *Virdiſchio.*

Setinum.

Setinum à Setia Campaniæ Vrbe. Martialis.

Pendula Pontinos quæ ſpectat Setia campos
Exigua vetulos miſit ab Vrbe cados.

Diuus

Diuus Auguſtus Setinum fertur prætuliſſe cunctis teſte C. Plinio hiſtor. lib. 14. cap. 6. quod, & vini genus recolit Iacob. Sannaz. Egygram. lib. 1. de die geniali.

Larga coron ita diſponite pocula menſa,
Setino, & gelidas adſociate niues.

Vide ſupra Trifolium.

Maſſicum.

Maſſicum vinum. Naſcitur Maſſicum in monte Gaurano in Puteolorum Baiarumque proſpectu C. Plin. in hiſtor. natur. lib. 14 cap. 6.

Pontanus Hendecaſyl. lib. 2. ad Petrum Grauinam: quem inuitat, vt Baiarum placidos receſſus colat, quod ibi vina, & omne deliciarum genus, ſit, ita ſcribit

Inuitant volucres (anore, Et ipſe
Gaurus Pampineas parat corollas

Legimus elegiacum Carmen Antoneti Capimatij de Puteolis.

Hic ſurgit Tritolinus ager, Gaurusq; vireſcit,
Cuius iu aprico naſcitur vua iugo.

Maſſicus mōs arx Mondragonis. Maſſicus mons vitibus laudatus, nunc Arx Mondragonis dictus. Volater. de Cāpania lib. 6. Geograph. vbi ait. Paulum verò vltra Gaurus mons alter, & oppidum Bacchi fama non inferior: qui priſcum ad huc retinet nomen, non procul à Vulturno. Volater. Gauranum oppidum Granianū vocari, teſtatur Ambro. in chronico Nolano, vt eum refert Marinus Frecci. de Prouinc. reg. Neap. ſub Epiſ. Lucterano, ideò non tutè poſuit eſſe Ciuitatem Maſſæ.

De hoc ita inquit. C. Plini. lib. 14. cap. 6. quidam diſtinguunt ſummis collibus Gauranum gigni, medijs Faſtianum, imis Falernum, refert Bartolom. Caſſanc. in Catalog. glor. mundi par 12. conſiderat. 84.

Vinum auſterum. Iacob. prefec. craſſum appellat Horatius Sermo. lib. 2.

Maſſica ſi Cœlo ſupponas vina ſereno
Nocturna, ſi quid craſſi eſt, tenuabitur aura.

Humidum Virgil. in Georgic. Bacchi maſſicus humor. Felix. Virgil. 7. Aenead. Felicia Baccho maſſica. Antiquum Martial.

De Sinueſſanis veuerunt maſſica prælis
, Condita quo quæris, conſule? nullus erat.

Vetus Horatio carm lib. 1. ode. 1.

Eſt qui nec veteris pocula maſſici.

Obliuioſum Horati. carmi. lib. 2. ode 7. ad Pompeium Varum.

, Obliuioſo leuia maſſico
, Cibaria exple.

Dulce Guil. Caſt.

Dulcia Campanis non quærit maſſica prælis.

Tritulinum.

Apud Puteolos ager Tritulinus. Tritulinus ager vitibus ferax eſt apud Puteolos: quem, & ſupra meminimus ex Antoneto capimacio, & Iuuenalis canit.

Te Tritulinus ager fecundis vitibus implet.

Cecubum.

Cecubum vinum in agro fundano. ſiue Caietano. Cecubum. Campaniæ oppidum. Alij montem dixerunt eſſe propè fundos. Lictus ſinui Caietano contiguum eſt: cui ſupernè adiacet Vrbs fundi. Modernis verò Cecubum in agro fundano locus Cepecca nuncupatur.

Martial.

Cecuba fundanis generoſa coquuntur ahenis,

Et C. Plin. hiſtor. lib. 14. cap. 6. locum vbi Cecubum naſcitur deſcribit. Atque ex hoc vitium genere quibuſdam in partibus eſſe Muſcatellum, habetur in Catalog. vulgari *de gl'inuentori delle coſe.*

Sed vinum Cecubum diſpetijſſe iam notat Antonius Sanfelicius in libello de Campania.

In Caietano tamen agro: quem Sinum lictoralem ſupra meminimus præcocem frugalitatem: & vinorū omne genus eſſe teſtatur Andre. Baccius.

Cecubi qualitates. Cecubum vetus calidiſſimum appellat Galenus. 12. Method. cap. 2. ab Horatio laudatiſſimum carmi. lib. 1. ode 20. lib. 2. ode 14. Sermonum lib. 2. Satyra 8. & carmi. lib. 3. ode 28.

Horat. Epodon. IX. ad Mæcenatem. Quando repoſtum cæcubum ad feſtas dapes, effectum eius vini denotans.

Vel, quod fluentem nauſeam coerceat.
Metire nobis (æcubum.
Curam metumque Cæſaris rerum iuuat
Dulci Lieo ſoluere.

Fundanu.

Vbi fundi propè Terracina. Hoc item vinum à Fundis Vrbe propè Terracinam, minimè durabile Martial.

, Hæc fundana tulit felix autumnus opimi
, Expreſſit mulſum conſul, Et ipſe bibit.

Calænum.

Carinula, inde Calenum vinum. Calænum, in Campania oppidum eſt cales, vulgò dictum *carinula*, ſiue vt alij dicunt, *carmula*. ſtellatis ager dictus eſt Antonio Sanfelicio, hodie diuerſa ſunt territoria carinulæ à Calæ ciuitate, atque bona vina in carinula ſunt.

Caleni vini qualitas. Vinum molle Iuuenali, occurrit matrona potens: quæ mollæ Calenum, dulce Straboni: vbi Calenum oppidum memorat. XIIII. mill. paſſ. à Capua diſtans, & Ambroſi. calepin. in diction. Calenum.

Freccia de Prouincijs Regni Calenum memorans, apud antiquos inquit, habet denominationem ab optimo vino de hoc Horat. lib. 1. carmi. ode 20.

, Prælo domitam Caleno
, Tu bibes vuam

Idem Horat. lib. 4. ode 12. ſed preſſum calibus ducere liberum in catal. vulg. *de gl'inuentori delle coſe*, vinum Salernitanum, & Sanſencrinum eſſe idē quod Calenum, notatur. Sed nos diuerſa poſuimus, & vides in ſingulis. *Salernitanū. Sanſeuerinū. & Calenum. non eſt eadem vini ſpecies.*

Cuius vini duo genera ſcribit Iacob. Prefectus fului

fului coloris, & nigri, quodque vinum hoc magis conferebat ſtomaco, quàm Falernum.

Salomonium.

Salomonium.

Salomonium extollit Petrus Graui. in Epygram. hoc modo.

Cardiaco ſi quis læſus præcordia morbo:
Seu maciem toto corpore triſtis habet.
Amphora plena mei Salomonis ſola mederi,
Solaq; languentem reſtituiſſe poteſt.
Quid tibi cũ Rodijs? quid cũ malè ſanè, falernis?
Vina dabit Salomon ſi tibi, ſaluus eris.

Hæc regio vbi ſit: ignoro. De Sulmone Ouidij patria non puto loquutum; quamuis in Pelignis ſit quoque vini non leuis opinio.
Nam, & Martial. lib. 1.

Non hac Pelignis agitur vindemia prælis.

In Pelignis vina ſunt non leuis opinionis.

Sunt Peligni Marſis finitimi, eorumque Metropolis Sulmo.

Salernitanum.

Vinum Salernitanum magnam habet viuacitatem, minorem tamen Sanſeuerinum. Io: Bolognet. in repet. l. cum quid nu. 22. D. ſi cert. pet. de cuius vini qualitate, varijsque colorib. Alex. Petroni. cap. 20. lib. 2.

Scholæ Salerni habentur, verſus vini probationis hoc modo

Vini probati conditiones.

Vina probantur odore, ſapore, nitore, colore, debinc
Si bona vina cupis, fac quinque probentur in illis.
Fortia, formoſa fragrantia, frigida friſca.

Meminit Caſſane. in Catal. glor. mundi 12. par. conſid. 84.

Sanſeuerinum.

Sanſeuerinum nouo nomine oppidum nigri vini præſtantia celebre: quod Romam mari exportatur. Volater.

In ſaxeis rupibus Vrbs vinis vberrima. Andre. Bacci. de vin. Italię cap. de vinis ab extremo Italiæ ad mare Superum Excellentiſſimum eſſe affirmat Marc. Anton. Surgen. in ſua Neap. illuſtr. c. 24. contenditque alibi naſci quàm in proprio Sancti Seuerini oppido.

Vinum Sanſeuerinum nauigatur.

Tenue, & facilè coquitur, quibuſdam ſtomacis inſalubre ſecundum Alex. Petroni.

Formianum.

Formianum. Formiæ Vrbis vinum, in collibus naſcitur quod Molanum quibuſdam dicitur. Horat. carmi. lib. 1. ode 20.

Mola Gaeta.

Formiani pocula colles.

Surrentinum.

Surrentinum & eius conditiones.

Ab optimis vinis ciuitas Surrẽtina laudi eſt, Afflict. in conſtit. Regni conſuetudinẽ nu. 7. Surrentinum meminit I. C. vt eſt Aminæum in l. fi. D. de triti. vin. & ol. lega.

In vineis tantum naſcitur, teſte C. Plin. li. 14. capit. 6.

Conualeſcentibus propter tenuitatem, ſalubritatemque maximè probatum Bartol. Caſſane. in Catal glor. mundi leue ſiue lene. Perſius,

Lenia laturus ſibi Surrentina rogarat,

Lenia dic, non lena, vt quidam mali grammatici: in quos poteſt obijci, quod in ſaxũ ignotus author. Lenum ſaxe Vocas. Petro Grauinæ poetæ celebri hoc præſertim vini genus in honore fuit, item è Veſeuo, teſte Iouio in eius elogio.

Lenia, non lena, dici debent.

Cæſarem Tiberium, medicorum ſententia, hæc vina laudaſſe, ac certare cum Falernis, Setinis, & Calenis dixerunt. Freccia de ſubfeud. de Surrent. Archiepiſ.

Meruere etiam nomen Surrentini calices, non alia vaſa C. Plin. lib. 35. cap. 12. quorum Martialis meminit Epygr. lib. vlt.

Vaſa Surrentina laudata in potu.

Accipe non vili calices de puluere natos,
Sed Surrentina leue toreuma rota.

Idem Martial.

Surrentina bibis nec myrrha picta, nec auro,
Sume, dabunt calices hac tibi vina ſuos.

Vbi verò (Myrrha) legitur. alij habent, murrha, ſed idem eſt, adnotat Catellian. Cotta in memor. verſ. Gemmæ.

Myrra & Murrha idẽ.

Raphael. Volater. Geograph. lib. 6. Vinum Surrentinum nigrum eſſe ait. Petro Grauinæ vinum hoc è Surrento, & Veſeo in honore fuit ſobriè, & moderatè perpotanti, ad extremam ſenectam integro, & iuuenili vigore peruento venuſto viro, & pereruditо. Iouius ponit in elogi, clarorum virorum.

Leporinum.

Leporinum flaui coloris in agro Sueſſanorum. Iacob. Præfec. in libel. de vinis.

Leporinum in agro Sueſſano naſcitur.

Græcanicum.

Græcanicum vinum inter media eſt.

Græcanicum.

Aquadium.

Aquadium Donatus Antonius Ferrus in tractatu de Podagra, quo in loco de vinis optimis loquitur. Quemadmodum, inquit, ab vberrimo Aquadiæ oppido: quæ iſthæc præ cæteris ſaluberrima, ac generoſiſſima profert.

Aquadium.

Arbuſtiuum.

Arbuſtiuum vinum ab arboribus: quibus ipſæ vites maritantur, nomen habuit. Generoſum Atheneo. Italiæ vni conceſſum C. Plin. natur. hiſtor. lib. 17. cap. 23. ſubditque nobilia vina non niſi in arbuſtis gigni, & in his quoque laudatiora ſummis, ſicut vberiora imis, adeò ex celſitate profigitur.

Arbuſtiuum.

Eſt autem arbuſtum locus: quo certo ordine arbores vitiũ cauſa plantantur, vt definit Andr. Alciat. in l. impenſæ §. vtiles D de verb. & rer. ſignif. ſed quia non ſemper arboribus vites iungan-

Arbuſtũ quid ſit.

Digitized by Google

gantur,& nihilominus arbuſtum dici poteſt, ſicut arboretum, ideò videtur melius definitum à Catelli. Cotta, eſſe locum, in quo arbores ſunt ad fructus conſitæ, verb. arbuſtum, in memorial. Arboreta verò ignobilius verbum eſt, arbuſta celebratius, inquit Aul. Gell. noƈti artic. lib. 17. c. 2. ea, vt puto, ratione, quod arbuſtum magis pro loco ad vites maritandas conſito accipi ſolet à ſcriptoribus: ad quam potentiorem ſignificationem reſpexiſſe videtur mihi Alciatus in ea: quam, retuli definitione.

Arbores vitibus maritandis aptiores q. Arborum: quæ vitibus aptiores eligũtur, primum omnium haberi vlmum dicit C. Plin. dic. c. 23. deinde Populum, quibuſdam fraxinum, ficum, oleam, ſi non ſit vmbroſa ramis, cornum, tiliam, Acerem, Ornum, ſalicem, quercum, ex agrorum varietate in vſu eſſe ſeruari tamen in omnibus, ne nimię arborum frondes vitium fructibus noceant C Plini.

De Campaniæ agris intellexit Virgilius in Georg. Vlmo adiungere vites, dicit Antonius San Felicius: quo etiam in loco Populos meminit his verbis Sueſſulanum agrum excipiũt Nolanorum populeta multiplicis generis amicta vitibus: quæ vina fundunt tum hybernis poculis lenia, tum æſtiuis excirando ſtomaco ſubauſtera. Atq; in elegia de Puteolis Antonetus Capũnacius,

Frondeſcunt lentis ſotiatæ vitibus vlmi.

Hanc,& hoſpitam vitibus vocat Statius lib. 6.

Nec inhoſpita vitibus vlmus.

Arbuſta cedens in vinero feudali proprietati damnum affert. Non eſt omittendum hic, quòd emphiteota, vel ruſticus tenẽs arbuſtum feudi ad redditum, incidendo arbores antiquas populorũ, & quercuum, quæ tenebant vites fundi, dicitur deteriorare proprietatem arbuſti feudalis, ideoque expelli poſſet à Domino ſecundum Parid. de Pute. tract. de reintegrat. feud. cap. Vaſallus an poſſit Syluam extirpare, nu. 7. fol. 31.

Declaratur tamen vbi non modica eſſet læſio, damnumque perpetuum, cum leui ſaltèm culpa emphiteotæ, quæ hac in re attendi debent, vt per Bald. auth. qui rem C. de Sac. San. Eccl ſequuntur addentes ad Guid. Pap. deciſ. 282. ſi emphiteota.

Arbuſta biennalem tonſuram admittunt. Hic etiam aduertendum puto, quòd enim ſupra notauimus vineam tonſuram annuam appetere, non idem eſt in arbuſtiuis vitibus, ſemel namque in biennio putantur. Virgil. in Buccol.

Semiputata tibi frondoſa vitis in vlmo.

Lex in vindemia arbuſtorũ ex C. Plinio. C. Plin. hiſtor. natur. lib. 14. c. 1. author eſt Cãpano in agro vites populis implicitas, atque per ramos earũ procacibus brachijs geniculato curſu Scandentes cacumina æquaſſe in tãtum ſublimes, vt vindemiator authoratus rogum ac tumulum exciperet, quam cautionem inter leges de vindemia dictas reponit Barnaba Briſſonius de formulis lib. 6. carta 580.

Campaniæ laus præ cæteris ob vina

Publicè autem de vinis Campaniæ, ſiue terræ Laboris cani poſſet.

Natura ludentis opus Campania tellus,
Quod vix dant omnes: dat, variatq; merum.

Palmatianum.

Palmatianum, ſeu palmarium in Brutijs naſcitur: de quo elegantiſſimus Aurel. Caſſiodorus Variar. lib. 12. c. 12. ſcribens Anaſtaſio Cancellario Lucaniæ, & Brutiorum, vinum: quod laudare cupiens, Palmatianum nominauit antiquitas; Nam licèt inter vina Brutia videatur extremum, factum tamen eſt penè generali opinione præcipuum, ibi enim reperitur, & Gazeto par, & Sabino ſimile, & magnis odoribus ſingulare. *Palmatianum ſeu Palmatiũ vinum in Brutijs.* *Gazetum & Sabinum laudes ſunt vina.*

Deinde ſubdit eſt ſuaui pinguedine molliter Satum, viuacitate firmiſſimum, naribus violentum, Candore quoque perſpicuum: quod ita redolet ore ructatum, vt meritò illi à palma nomẽ videatur impoſitum, viſcera defecta conſtringit, vulnera madida deſiccar, laſſum reficit pectus, & quod vix præualet, implere potus arte compoſitus, hic naturaliter præſtat infectus. *Palmatiũ vnde dictum & eius virtutes.*

Vbi notabis Gazetum: cuius eſt mentio à regione, vnde defertur appellatum eſſe, quod oppidum eſt Paleſtinæ, ſecundum Iſidorum lib. 2. originum cap. 3. *Gazetum Paleſtinæ eſt oppidum.*

Licienſe.

Anton. Galate. de ſitu Iapygiæ (Lupia, inquit, vina gignit Ochra, aut Xanta, nos pallida, aut flaua, aut aurea poſſumus dicere,) meminitque Andre. Bacci. de vinis Ital. lib. 5. *Licienſe ſeu Lupienſe vinum quale.*

In Licienſi agro, & finitimis vinearum pars magna ſub annum M. D. XCI. æſtu incredibili intra paucas diei horas eſt radicitus abſumpta, exuſtaque: quo etiam anno rerum omnium in Prouincijs egeſtas, quando & diſticho inter gemitus luſimus. *Sterilitas magna anno 1591.*

Annonæ caritas ita vrget omnes,
Optemus fieri, vt Chamæleontes.

Brunduſinum.

Brunduſinum meminit I. C. in l. ratio §. ſi per venditorem D. de action. empt. vineas verò in Brunduſino ſolo iugatas fuiſſe vectibus aſſerit M. C. de re ruſtica lib. 1. c. 8. quod, & ſupra tetigi de vinear. cultu. verſ. Palis. *Brunduſii vina ex iugatis vineis.*

Molle caput Cerui madidis tibi mittit ab agris,
Quæ iugata olim vectibus vina dabat.

S. Cæſareum.

Non longè ab agro Licienſi locus eſt vinis laudatior S. Cæſareus generoſis, queis Lupienſium menſæ ornantur. *S. Cæſarei vinum prope Licium.*

Qui genere excellunt dignum me Cæſare libent
Abſit, vt à vili gurgiter agricola.

Aquilanum.

Aquilæ nouæ Vrbis in Vectinis vina commẽdat Andre. Bacci. lib. 5. flaua fulua, odorata, & quæ ipſo habitu tentat caput, Selectis vndecunque ex omni genere vitibus. *Aquilanum Vrbis.*

Adriam

Digitized by Google

Adriam Vrbem vinorum prouentu, laudabilem teſtatur Baccius, quā gignere partim ſuccoſa, & alba: quæ ob nimiam humiditatem coquuntur, & condiuntur præſertim muſcatellis; partim verò cruda tàm alba, quam nigra: quæ in apricis proueniunt colliculis, vel conſitis vitibus ſuper altas Vlmos.

Ciuitas Ducalis Palmæ præconium obtinet in muſcatellis ſuis: quæ Aquilam, & Sulmonem, & Neapolim vſque in vitratis guttis tranſmitti ſolent cum multa laude. Baccius.

Eadem in regione Caſinum, Aquinum, Furnellum, Triuentum, Serguia, Theleſium, Bonianum, Sangrum, vulgò *caſtel del ſangue*, optimis vinis Romæ interdum ornant menſas. Baccius.

Sulmo omni vinorum optimo genere abundat, Vinetis partim ſuper apricos colles excultis, partim in populneas arbores ſublatis vitibus, idem Baccius.

Garganum, & quædam alia innominata.

Circa Garganum Sancti Angeli montē Manfredoniæ, ac Rodij vina commēdantur Andreæ Baccio de vin. Italiæ lib. 5. qui, & credidit Muſcatellum vinum eſſe idem: quod Græcum antiquorum.

Apud ſcriptores vinorum: quæ quam pluribus in Apuliæ oppidis generoſa ſunt, conticeri laudes mirum non videtur; Nàm cum maior ſit incolarum cultus ſatorum, quàm vitium, mediocris vini prouentus vix proprijs Terris: vbi naſcitur, ſatis eſt, nec aliò trānſuehitur iſta eſt ratio Andr. Bacci cap. in Apuliæ Terris vina communia. Quod, & dici poteſt de quibuſdam alijs ſicuti eſt Lucania, vulgò Baſilicata, vbi Tricaricenſe vinum rubino perſimile, potentiæ Muſcatellum, Clarimontis aureum, Senisij albicans, & generoſum.

De Apulia.

Cum rarò cadat imber, hic ſalubris,
Feruens terra acina, ebrioſa gignit:
Quæ vix ſunt ſatis Appulo bibaci:
Is Græco tamen ebrius ſit vſu,
Dum poſt terga boum diei, vt æſtus
Pondus fert, Segetum vacans labori
Veneti nihil anſius colonus
Nimirum Apulia eſt ſiticuloſa.

De Grauina, & Matera.

Diues grani, & vini multum dat opulenta Grauina Mari: Freccia de ſubfeud. libr. 1. de Epiſc. Graui.

Me Matera canis, ſeruatq; Grauina ſub antris
Procyon, & quamuis æſtuet, ite niues.

Bitettum.

Bitettum vini abundat. Freccia.

Binettum defuncto Barone Gadaleto.
Olim hic menſa fuit Syracuſana.
At nunc ſit mihi cana ſub Catone.

Ciſterninum.

Ciſternina valent æſtu tenuiſſima vina.
His, vita gaudens calibe, caſtus erit.

Polinianum.

In ſaxoſis collibus naſcitur fortiſſimum, & odoratum, de quo ad Ioannē Baptiſtam Guenzatum Poliniani Epiſcopum, ita ego ludens.

Vina Polignani guſtus ſunt mitia ſani
Quorum in fine cibi pocula bina bibi.
Noctem dormiui totam: qua Et prælia inini,
Expuli & audaces Victor ab Orbe Traces.
Guenzate Antiſtes, dum quæris denìq; triſtes
Non meminiſſe dies, hæc bibe, Et ecce quies.

Muſcatellum.

Muſcatellum, & Moſcatellum, ſiue etiā Muſcatum in Tranenſi agro naſcitur, & Melphiaco ſuauiſſimi odoris, & ſaporis ameni Marin. Frecci. lib. de ſubfeud. in Archiep. Trani, & Iacob. prefec. de natur. vin. pag. 26. qui vuam quoque ex qua id vinum conficitur Moſcatellum appellat. Verum C. Plin. hiſtor. nat. lib. 4. cap. 2. fieri ex Apianis vitibus dicit, loquitur Andre. Bacci de natura vini lib. 1. cap. 13. de qua re Hiero. Mercuri. Variar. lectio. lib. 4. cap. 6. de hoc autem vino: quod in ſummo eſt hodie honore poetæ: qui immodico delectantur vino, ſæpè canunt, ita ve etiam illi tumulum compoſuerint. Ianus Anyſius varior. poemat. lib. de tumulo vini Moſcati ſic. *Muſcatelli nomina ex loca, vbi ſit.*

Dulce Syracuſijs Moſcatum collibus ortum
Hic poſitum mulſit pectora ſæpe virum.

Pontan. hendecaſyl. lib. 1.

Mitte & melphia clariana mitte,
Muſcatum mihi mitte ac hæc, & illa
Raros poſtulat hæc dies liquores.

Idem libr 2. ode prima ad Marinum Thomacellum ſcribens

Adſit Melphiaci cadus Lyei.

Hoc vini genus dicitur dulce in ſummo, ideo nec omnino ſtomacis aptum, quod ſanguinem corrumpit, natura enim auide rapit illud à ſtomaco ad epar priuſquam digeratur, habetur in commen. Scholæ Salernitanæ verſu.

Sunt nutritiua plus dulcia candida vina

Sed quod nos Muſcatum, ſiue Muſcatellum vulgo dicimus alij elegātius vinum Nardinum vocant Spica enim Nardi veſcitur animal: ex vlcere cuius fit Muſcus, & nos luſerimus de Tranenſi vino idem ſequentes Muſcata his verſibus. *Nardinū vinum quare dicatur.*

Muſcatum à ſiccis quod Trani prouenit agris
Creditur à Nardo Piſtica habere genus.
Nam tibi ſmirrum ſumens, gaudebis odore:
Lesbia cui cedunt, Chia, Falerna, locum.

Nardi aūt piſtici: cuius mentio eſt in Euan-

Digitized by Google

gel Ioannis c.12 precium ad compoſiti ſinceritatem refertur ſecúdum Euthym. quem ſequitur Franc. Tolet. ibi in annotatione.

Melſiacum.

Melfis laudatus ex ſtudijs & bono vino.

Et de Melſiaco ita memoriam colimus: quæ nobiliſſima Vrbs humanioribus ſtudijs Iacobũ patrem meum aluit. Flaueſcunt vitro, redolentque fragantia Amomum Pocula: quæ Melphis procreat vua iugis.

Et quidem nec Cyprijs, nec Creticis cedere à bonis potoribus hoc vini genus exiſtimatur: cuius prima pocula ſumenda ſunt ob dulcedinem, & lenitatem Horatij documento; quia,

Nil vacuis committere venis
Nil niſi lene decet, leni præcordia mulſo
Proluerıs melius

Maluaticum vinum à Muſcato differt.

Differt autem à Muſcatello Maluaticũ: quod ex Creta ad nos aduehitur, de quo Celi Rodigi. lib.13 lectio. antiq. c.11. Mercuri. Variar. lectio. lib 1.c.17. ex noſtratibus I C. eruditiſſimus Iacob. Menoch. de præſumpt lib.5. præſum. 152. n.19. conſtat namque diuerſas eſſe vuarum ſpecies Muſcatellam, & Maluaticam, dulcioremq; ac præcioſiorem Muſcatam.

Tarentinum.

Tarentinum vinum.

Grauiſſimorum authorum teſtimonio regio hæc noſtra laudatiſſimis vini generibus non eſt credita inferior hiſque retulimus. Tarentinum eſt præſertim: de quo Horatius Carmi. libr.2. ode 6. intellixiſſe creditur, cum ait.

Et Amicus Aulon
Fertilis Baccho minimum Falernis
Inuides vuis.

Aulon Horatio memoratũ in agro Tarentino.

Eſt autem Aulon locus vini ferax in Tarentino agro, ab alijs Caulon dictus: quod tamẽ non affirmat Antonius Galateus in libello, de ſitu Iapygiæ. Putauerunt alij vulgò dici *Vallone*, quaſi inter Montes poſitus Ambroſ. in diction. de verb. ſignific. verb. Vallone. Verùm apud omnes frequentius legitur Aulon, non Caulon, & Martial. Epygr lib.13.

Nobilis, & lanis, & felix vitibus Aulon.
Det precioſa tibi vellera, vina mihi.

Inde facilè, videri poteſt non Locrim, ſed Tarentum laudaſſe quia, & alibi oues Tarentinas Martialis ipſe, & alij authores extollunt propter lanas, dixi lib. de paſcuis, & aquis Regis, ante finem c fin.

Tarentinæ regionis vina qualia ſunt.

Atheneus Tarentinum inquit, & quæ in illo tractu fiunt omnia, lene, ſuaue, ſtomacho gratũ, minimè validum, aut infeſtum capiti. C Plini. hiſtor natur. lib.14. c.3. Tarentinum, ait genus aliqui facere prædulci vua.

Elegantiſſimus Pontanus lib. 1. Hendecaſ. inuitans ſodales ad Martinalia feſta optabat, vt multæ Vrbes, & madens Tarentum funditarent vini lagenas, Nec deſunt pleræque authoritates aliæ: quibus Tarentini agri nõ vbertas tantum; ſed & fructuum generoſitas latè commendari poſſit, quas colligit Excellens Grammaticus Ioannes Iuuenis Tarentinus ciuis, de antiq. & varia. fortu. Taren. lib.4. c 1. Quamuis in exponenda nucum hiſtoria ex C. Plin. lib.15. hiſtor. natur. c.22 minus aduertiſſe videatur Nuces putamine duro: quæ ſunt ampliſſimæ, & minimè rotundæ maſculæ vulgò nuncupatæ, licèt genere differentes ab ijs: quæ fragili putamine ſunt, non ideò minus vtraſque in plantis conuenire, & nuces iuglandes eſſe, eo reſpectu ſcilicet putaminis duri, aut contrà fragilis circumſcripto, non vt ipſe Ioannes Iuuenis credidit Amygdalas ambroſias, vulgò, dictas: quas ego non inficior duro eſſe putamine, ſicut, & alię ſunt, amygdalæ è contrario, molliuſculæ. Nec quidem admiror illum alioqui doctiſſimũ, & ſatis accuratum ſcriptorem circa quædam deceptum, ſibi enim perſuaſum habuit, quæcunque à Veteribus de Taretinis dicta ſunt intra ſola Vrbis mœnia, & poſſeſſi Territorij fines: quibus nunc limitatur, accipi oportere, atque eodem errore lapſus opinatur, ſua ætate nihil dici poſſe inſigne, ac præcipuum de ouibus, lanis, nucibus, & quod neq; earum rerum, vt ipſe ait, eſt copia, vt olim, neque qualitas illa; Propterea, & eadem opinione lapſus, Myrtus inquit, folio minuto non ſic hodie paſſim naſcitur, vt olim, qua in re fallitur certè, nunquid frutices omnes potuerunt extirpari? vel tempore, eodem in agro degeneres fieri? equidem non dubito, Tarentinam regionem tractumque latè patuiſſe, ditionemque Tarentinam. Virgilij teſtimonio lib. 1 1. Georg.

Ioannis Iuuenis Tarentini Grammatici lapſus.

Myrtus folio minuto.

Saltus, & ſaturi petito longinqua Tarenti.

Itaque non immutatam loci faciem, ſed reſtrictam magis, & quibus nunc rebus Tarentinis carent, finitima oppida: quæ olim non erant, etiam hodie abundare, iſta tamen obiter adnotauimus modò ad vinum: de quo, & nos diſtyco luſimus.

Piſcibus ... porros, oleumq; ſalemq;
Hiſq; ſaluberius det mihi vina Taras.

Tiſci Tarentini no ... eſt ibidem Antidotum.
Vites Tarentinæ ad Tannonam tranſlatæ.

Harum autem vitium Tarentinarum ſtirpes ad Vngariam vſque traductæ ſunt, magnis muneribus in allatoré collatis, vt in vulgari libello, ſiue Cathalogo de rerum inuentoribus pro cibo, & potu.

Thurium.

Thurium à Thurinis collibus, vbi Sybaris fuit, & nunc oppidum eſt Thurium in Tarentino ſinu, ſecundum Ptholomeum, vinum optimum, & præcellens C Plin. lib.14 cap 6. ijſdem in collibus vuæ non ante demetuntur, quàm gelauerit C Plin. eo. lib c 3. hodie *terra noua*. Andre. Bacci lib 5. de vinis Italiæ, inter Crathin, & Sybarim amnes.

Terra noua in Calabria pro Thurio.

Lagaritanum.

Poſt Thurios Lagaritanum vinum, è Lagaria oppido laudi fuiſſe, cum Atheneo, & Strabone notat Andreas Bacci. nobile, dulce, & molle mirificè, inquit à Medicis commendatum.

Digitized by Google

Lagarinum vbi naſcitur.

Lagarinum non procul Grumento Vrbe Lucanorum mediterranea, naſcitur Meſſale, potu, & ſalute Illuſtre C. Plin. libro 14. capitulo 6. hiſtor. natur.

Conſentinum.

Conſentinum in Brutiorũ mediterraneis gloria non caret, & Tarentino par eſt, C. Plin. li. 14. hiſtor. natu. cap 6.

Conſentina vites ad Bauariã ſunt tranſlatæ.

Ex his vitibus traxiſſe originem vina: quæ in Bauaria naſcuntur Claudij Alemani opera, habetur in cathal. de inuentor. rer. pro cibo, & potu.

Clarianum.

Chiarella. & Cirilo vulgò.

Vulgò *chiarella*. Pontanus ita Clariana mitte dictum à Cirillo Cirillũ alijs, eſt enim Cirillum Brutiorum oppidum, de quo Marchio S. Lucidi in odiſſe Homeri.

Edi Cirillo il ſuolo che produce
Vn liquor bianco: che Cirel ſi noma.

Eius conditiones.

Sanum, & durabile, aurei, aut rufi coloris, lucidum pauci odoris ad ſuauitatem declinat, ſtomacum roborat, nec caput lædit. Alex. Petroni. libro 2. capitulo 20. qui huic vini generi ſimilia, & vicina ponit vulgò dicta de *maura di Griſalo, dell'Abbate Marco* inferioris tamen conditionis.

Mamertinum.

à Martorano oppido mamertinum.

Mamertinum admodũ celebre antiquis vinum in Calabria Martorani oppido primum habuiſſe originem, dicit Andre. Bacci lib. 5. de vinis Italiæ.

Opedum.

Opedi vina copioſa. & electa.

Opedum ciuitas item in Calabris vina gignit electiſſima, & immenſa copia ſimplici cultu condita, ac vili precio, quæ in finitimas terras deuehuntur cum magna laude Bacci. de vinis Ital.

Rhegium.

Rhegij vinum quale.

Rhegium ab Vrbe Calabriæ pingue vinum, & vtile ad bibendum celerius. Iacob. Prefec. in lib. de natur. vin.

Loca vini feracia quæ in Calabris ſunt.

Sed, & in Calabra, Regione multa ſunt: quæ Romã feruntur nuncupatim ab Alexandro Petronio vulgò ſic lib. 2. ca. 18. & 20. *Eropolio, Caſtelli Albatio, Mõte Mauro. Acciaiolo Laguionio. Policano, Peſciotto, Centola, San Gianni. Scalea, Oſſomartio, Chiarello, Beluedere, Paola, chiamato da alcuni fals'amico. Vernazza Tropea.*

Quæ etiam loca cum vinorum differentijs in tota fere Calabria diligentius diſtinguit Andreas Baccius poſt Petronium, ad quos recurras, ſi tibi vina placent.

In agro Hydruntino.

Hydruntum.

Per mare, & per terras genus omne dat Hydrus acrumen
Mutua vt accipiat munera letitia.

Ad Hoſtunij cauponam.

Hoſtia dum tetigi Hidrunti, da mitia vina,
Miq; aufer ſucci plena puella ſitim

De vinea Baronis Melpiani.

Suſtinet arbuſtum ſolidus lapis, vuaq; nullos
Prouentus Domino Melpiniana facit

Martina.

Effrenis populuſque Martialis
Dum curat ſata, liberum reliquit

Ad Agricolas.

De Neriti vinetis ſitu varijs.

Loca Neritoni, vbi vini copia & bonitas.

Non ſe inopem credet; nitido fulgentius auro
Cuius Canatæ ſauciat ora merum
Autumni imber obeſt, Et ros ſub vere paludi
Illi hinc mucida, Et hinc acida muſta fluunt.
Vitibus Agricolæ, colles ſeruate paludes
Frugibus, Et vobis Baccus, eritq; Ceres.

Labruſcã.

Labruſca ex Syluestribus vuis.

Labruſca Neapoli eſt in honore vinũ, quod ex vuis erraticis, & ſylueſtribus fit, & in pleriſq; locis conficitur, de hac vite Virgil.

Sylueſtris raris ſparſit labruſca racemis.

Rota ad Rodulphum Pium Cardinal. elegi. 3. de Pauſilipo.

Et ſi non diues, tamen eſt mihi vinea villæ
Proxima, dat græcum, dat latiumq; merum
Quæ bene culta nitet facunda ſepta labruſca
Implet, & ipſa meri quatuor vna cados.

Labruſcam per vuam Taminiam à Plinio ſignificari non nulli contendunt; alij vitem Sylueſtrem, de qua re Mercurial. 2. varia. c. 16. propterea Dioſcoridis loca lib. 4. cap. 75. & lib. 5. cap. 2. poſt quem Matthiol. Theophraſti locum commemorat de hiſtor. plantarum c. vlt. lib. 5. vuas verò Spinæ cognitas antiquis non fuiſſe: quæ ex incultis ſentibus naſcuntur ſpõte, & paſſim in Italia viſuntur ex Matthiolo adnotat Thom Bozius de ſtatu Italiæ lib. 3. c. 1. *Vua ſpina.*

Labruſcæ conditio aſtringens.

Illud autem conſtat, labruſcæ omne genus aſtringendi vim poſſidere, ex Paulo Aegineta libro 6. ait enim Dioſcorides capitulo 10. libro quinto, vinum è Sylueſtri vua nigrũ aſtringit, ibique Matthiol. teſtatur, non deeſſe in Hetruria qui vinum è labruſcis vuis exprimat colore admodum nigro, idque giluo admiſcere, vt

Digitized by Google

rubicundius reddatur, de qua etiam re Io: Iacobus Vuercheus lib.2. antid.ſpeci. & Scrapion lib.2. ſimplic. c 64. id verò plerique affirmant ex relatis poſt Dioſcoridem Syluestris vitis fructum in maturitate nigreſcere: labruſcæ verò rubeſcere.

Germani & frigidas regiones habitantes largiſſimè bibunt.

Legi ego quendam Naturam incuſantem, quod in Italia, vbi minimum vini potatur, liquorem hunc vbertim produxerit, at contra in Germania, ac regionibus arctois, vbi vini plurimum bibitur, ibi parcius: bibunt autem Normanni, Anglici, & Poloni auidius mori metuentes, ſi anima in ſicco habitaret. Gloſ. in c. Moſes 32. quæſt.2. quæ Gloſa eſt Ioannis Teutonici viri præclari, & iuris peritia nobilis, vt teſtatur Othmar. Luſg. Argent. libello, cui titulus Ioci, & Sales c. 116.

Io: Teutonici Gloſatoris dictum notabile.

Maſſaris quoque vua dicitur, quæ ex vite Sylſtri cum Flore in Africa decerpitur, non tamen vſus eſt potui, ſed medicinæ & odoris gratia, C. Plin. lib. 12. c. fin.

C. Plin. hiſtor. lib. 14. in fine vſque adeò in potu ait elaboratum, vt ad bibendum vini generibus 195. ſi ſpecies verò æſtimētur, penè duplici numero excogitatis.

Vinorum nomina Varia.

Vini varia nomina varie deducta ſunt.

Tam varia vinorum nomina multas habere poſſunt relationes. Nam à loco, ſeu regione: vbi naſcitur, vti de Biblino vino latè diſſerit Melchior Guilandinus in libello de Papyro fol. 30.

Vinum exoticum pro alienigeno, & peregrino accipitur.

A nationibus, veluti latinũ vinũ, & Græcum.

Ab Inſulis, vt Chium, Lesbium.

A quibuſdam populis, vt Tarentinum, Salernitanum, &c.

Vina ducentorum annorũ durare ne credas.

A Magiſtratibus, vt Romæ quondã Oppianum vinum C. Plin. hiſtor. natur. lib. 14 cap. 4. *l Opimio conſule, cum Caius Graccus Tribunus plebem ſeditionib. agitans interemptus eſt, & cæli tēperies fulxit, quam cocturam vocant Solis opere, Natali Vrbis 634. durantque adhuc vina ducentis ferè annis.* de eodem Martial. libr. 9. *Septem poſt calices opimiani.*

Ab arbore: qua vitis maritatur, Arbuſtiuum vinum.

Vinum albanum ab vua albana.

Ab vuis quibuſdam veluti albanum, vulgò *vin bianco* Albanæ vuæ ſunt prædulces in agro Romano: de quo vini genere Horat. ſermo. li. 2, Satyra 8.

Albanum Mæcenas ſiue Falernum

Et Satyra 4.

Te magis appoſitis delectat
Rectius Albanam fumo duraueris vuam.

Et Martial. Epygram. lib. 13.

Hoc de Cæſareis mitis vindemia cellis
Miſit Tuleo quæ ſibi monte placet.

Acinaticum vinum. & acinaticum.

Ab vuarum acinis, acinaticum, quale id ſit Hier. Mercur. lib. 5. c. 1 & ex epiſtola Caſſiodori ponit Blondus Romæ Triumph. lib. de Marchia Taruiſina, acinaticum vocat; ſed non puto eſſe idem cum noſtro Acinaticio ex nomine.

Ab odore Muſcatellum, ſiue Muſcatum.

A colore, Albanum.

A ſapore, Sorbinum.

A ſtillatione, Lachryma.

Ab annis, vt vinum bimum trimum quatrimum.

A vitio, vt mucidum, acidum, fugiens.

A rorarijs militibus; quibus præbebatur rorarium teſte Feſto.

Rore idest ſummo mane milites bibunt.

A durabilitate pramnium.

A pomis, vt cydoneum amaraſium.

A conditura, picatum, reſinatum, medicatum veluti ex abſyutio.

A Mixtione, vt aquaticum, mulſum.

Vinum ficticium ex frugibus.

A comparatione vſus ficticium vinum dicitur, quod verè vinum non eſt, vt Aetiopibus ex milio, & hordeo Aegyptijs ex hordeo: cuius potandi certa erat menſura; qua neque farciri ventrem, neque inebriari poſſent Polonis ex tritico, alijſque ſeminum generibus. Troglodytis ex Paliuri arboris ſucco Aſſyrijs ex palmis. Medis ex hærbarum radicibus. Indis ex oriza, & hordeo, Ruſianis ex milio, hordeo, atque humulo decoctis: Germanis ſimiliter ex hordeo in ſimilitudinem vini potus eſt corruptus: hiſpanis ex melle eſt quoque Liguris hordeacea potio Galatæ ex hordeo zythum appellant potum: qui, & aquam in qua lauant fauum mellis vtuntur. Montanis Luſitaniæ item ex hordeo. Anglis ceruesia in vſu eſt ex hordeo, & rebus alijs calidis: Moſcouitis aqua eſt, & medo liquorq; fermentatus *quaſſetz* dicitur, fertur autem Dionyſius Orbem cum exercitu perambulans, gentes: quibus aut Patria agreſtis eſſet, aut à vinearum vſu aliena, poculum ex hordeo cōficere docuiſſe paulo inferius vini ſuauitate ſecundum Diodor Sicul. lib. 4. hiſtor. & de huiuſmodi potu videndus Theophraſ. de cauſis plantarum, lib 6. cap. 15. ſed, & ab Aegyptijs excogitatam ex hordeo potionem, vt vini inopes indè ſibi voluptatem conquirerent, quãdo, & hac oblectantur, ita vt canant, ſaltentque, obeantq; omnia ebrijs conſueta adnotat Celi. Rodigi. lection. antiq. lib. 16. cap. 3. & vide de quibuſdam ex his vini generibus Nicol. Boer. in tractat. de cuſtod. claui. à num. 20. id enim curant boni potores, ſcire varias vini ſpecies, dicit Odofred. in l. ſi cui legatum, in principio de vino triti. & ole. lega. Poſca etiam teſte Spartiano, potus eſt aceto, & aqua permixtus: quo maximè remiges vtuntur, vt refert Claudius Cotereus lib. 1. de iure militum cap. 3. cui videtur concors vſus militaris ex textu, l. 1. C. de eroga. mili. anno lib 12. Sed an iſta vini nomine contineantur ad ſenſum, textus, l ſi quis vinum D. de triti. vin & ol. leg. obſeruat nouiſſimè Iacob. Menoch. de præſumpt lib. 1. præſ. 152.

Boni potores curarunt de vini generibus.

Polium vinũ.

Fuit in Syracuſis Polium à quodam indigena Rege ita dictum. Aelian. de vari. hiſt lib. 12. qui apud Græcos primum locum, vino dedit: quod Pramneum vocabant.

Camum.

Camum autem: cuius eſt mentio in l. ſi quis vinum D. de tritic. vin. & oleo legato Iacob. Cuiac. obſeruat. lib. 11. c. 30.

Et

Digitized by Google

Et Hiero. Mercurial. lib. 5. vari. lecti. cap. 2. diſcordant, ſed eſſe potionem: quæ ex hordeo, & alijs frugibus, plerique probant Ceruiſiæ ſpecies Schard. in lexico, & Catell. Cotta in memorial. & in d. l. ſi quis vinum, vt ſimilia ponuntur camum, & ceruiſia, ne caueantur vini appellatione. Sed idem Scardius ſequens Oldendorpiũ, verſ. curmi; ex maceratis, inquit, & coactis frugibus potus, in d. l. ſi quis vinum, ibi, & Zitum, & Curmi, &cet. quæ pro hominum affectione, atq; numero vini habebũtur. Vide ad d. l. ſi quis vinum. Alcia. lib. 9. Parerg. c. 2.

Extat, & Auſonij Epygramma ad nomina vini.

Opygia me Bacchum vocat
Oſirim Aegiptus putat
Myſtæ Phalacen nominat
Dionyſon Indi exiſtimant
Romana ſacra liberum
Arabica gens Aedoneum
Tucaniacus Pantheum.

Bacchi nomina & cognomina. Plurima Bacchi agnomina colligit, & authoritatibus probat textor lib. Epithetorum verb. Bacchus, & Bacchi Sacerdotes, qui dicti ſint, idem Textor. Verb Bacche.

Item Aelianus de varia hiſtoria lib. 3. Bacchi cognomina referens, ait. Veteres fertile eſſe Phlyenim dicebant; propterea Baccum Pleona, Protrygens, ſtaphyliten, Omphaciten, & alijs diuerſis nominibus appellabant. Blondus cognomina interpretatur libro 1. Romæ Triumphantis.

Vino caput ledente inde mitra vſus eſt ſabulis. Præ cæteris aũt Mitriphoron dictus eſt, q̃ Mitra huic Deo caput ligabatur, veluti doloribus vino effumante grauatum, quo factum credidit Dio. Sicul. lib. 5. hiſtor. Reges poſteros pro mitra caput diademate vinciri ſolitos.

Propterea Muſæ eum ſequentes tripudijs, & cantu permulcebant, Satyri quoque ſaltando, & tragici canendo voluptatem ei afferebant.

Impudica Sacra Baco feſtis diebus quæ illi fiebant. Impudiciſſima verò ſacra: quæ illi fiebant, pudendis virilibus cum honore per feſtos dies delatis nil hic opus referre, quæ ſunt ebrietatis effectus; ideò ipſius ad pedes ſupra dolium ſedentis quaſi equitaturi Leonem, ſuem, & Symiã pingebant, Iſtæ poeticæ ſunt fictiones; Nam, & diuus Auguſtinus primo confeſſion. vinum erroris appellat poeſim ipſam.

Baccanalia.

Baccanalia in Hetruria. Baccanalia verò in Hetruria primum, mox Romæ etiam noctu, multo vino, & epulis celebrabantur: in quibus bacchantes mulieres erant maribus mixtæ in abdito loco, neque ſexus, neque ætatis reſpectu habito, omne flagitium perpetrabatur. Quorum ſacrorum capita Q. Martio Philippo, & Poſthumo Albino Cõſulibus capitali ſupplicio ſunt affecta. Sabelli. Enneade 5. libr. 7. ſed eleganter hæc adnotat, & proſequitur Blondus Triumphantis Romæ li 2. fol. 37. modum enim deſcribens ait, caput omnes pariter, femoralique Pampinis, & vuarum racemis cincti alij item vuarum racemos manutenebant, & tumultuario inuicem commixti cantu in ſublime ſaltantes, variaque geſticulatione brachia, ceruicem, caputque mouentes, carmen Bacco inconditum decantabant, &cet. ex Marco Varrone, & Liuio: quos citat, eius facinoris relatores, & reprehenſores.

Ea de re, ideſt à Sacrificijs: quæ noctu fiebant nocturnus agnominabatur Bacchus, vt apud Virgil. *Baccus nocturnus à Sacrificijs nocturnis appellatus, & inuerecundus.*

Nocturniq; orgia Bacchi.

Et inuerecundus. Horat. in Epod.

Inuerecundus feruidiore mero.

Sic Theod. Cyr. Bacchũ quoque inquit, mollibus, ac ſolutis membris, his verbis, effeminatum vocitans.

His adde, innumeros authores de vino egiſſe, præſertim Platonem integro libro: cuius, ac non nullorum meminit Cælius Rodig. lib. antiq. lect. 16. c. 64. qui in id Æſculapium quoque citat, ex noſtris Bartol. Caſſan. in ſuo Catalog. glor. mundi 12. par. conſid. 84.

Elegans Epygramma Dominici Pezimenſi Vibonenſis quale vinum eligendum. *Quale vinum eſt eligendũ.*

Apricis cupio vinum mihi collibus ortum.
Molle, vetus, fragili proſiliensq; vitro
Quod micet, & rutilo niteat præclarius auro,
Et cuius morſus ſaucia lingua probet.
Ora nec ingratus guſtantum tentet amaror
Et grauibus curis pectora preſſa leuet
Nec capiti noceat, ſed vertice ſerpat ab ipſo
Protinus ad ſummos perueniatq; pedes
Si datur hoc vobis, acheloia pocula longe
Ite ſalutiferi toxica ſæua meri.

Vinum amaraſium.

Vini Amaraſium conſideratio. Condiendi vini cauſas inquirẽs Doctiſſ. Mercurialis Variar. lib. 2. cap. 13. primam ad leniendam aſperitatem ponit, veluti, inquit Africani ſuis vuis gypſo, in aliquibus regionibus calce aſperitatem dempſiſſe, ex C. Plinio, &cet. oppoſitam cauſam aſperitatis inducendæ ad delitias, ægritudineſque non incongruè, neque ex leuis authoritatis ſcriptoribus recuſemus, vt puta cum ceraſa laurea auulſis pediculis, aut eorum folia vino induntur, vulgares amarenatum appellant, & amarenas huiuſmodi ceraſa, quæ quidem vocabulorum nouitas ratione non caruit, nec authore, Nam, & C. Plinius hiſtor. lib. 15. cap. 25. Ceraſorum genera enumerans ſuo tempore prodiſſe teſtatur, quæ vocant laurea, non ingratæ amaritudinis inſitæ in lauro, quem tamen locum alij alio modo accipiunt, Mercurialis Variar. 1. cap. 3. in illud Vergilij (Amara Panſia bacca) amarorem Panſiæ interpretatur: qui iucunditati cuidam eſt iunctus.

Ioannes Ruellius de natura ſtirpium lib. 1. c. 64. de ceraſo non eodem modo legit, ita enim habet (ſunt & laurea: quæ minus quinquennio antequam Plinius commentaretur, prodierant non ingratæ amaritudinis in lauro primum inſita: hinc amaraſia dicuntur vulgò, quod amarorem non iniucundum reſipiat.)

Digitized by Google

Cui editioni conuenit, quam habuit Io: Baptiſta Porta magiæ natur. lib. 3. c. 17. qui ceraſa laurea fieri docet: Plinium citans cum ceraſum ſupra laurum inſeritur, & inde naſci ceraſa laurea Palladio: cuius, & carmina poſuit. Subditq; Neapoli prodiere; quæ laurea vocantur non ingratæ amaritudinis, nobiliſſimum genus, & cætera longe ſuperans.

Noſtro in Lycæo doctiores affuere, ac re in cõtrouerſiam deducta, in nullo ex Plinianis Codicibus emendatiſſimis legimus ceraſa inſerta lauro, ſed vt dixi vocari laurea non ingratæ amaritudinis inſitæ in lauro, non ergo ſenſit C. Plinius ceraſa inſeri lauro, verum laurea vocari amaritudinis cauſa inſitæ dictio ſi ad ceraſæ referatur falſa eſt grammatica, ſi ad inſitionem, falſus eſt ſenſus, nam non amaritudo inſeritur lauro. Sed ceraſi dulcedo, vt amarorem ſapiat, rurſus aduerti poteſt, inſitionem nõ eam tantum accipi, quæ in alterius plantæ, trunco fit, ſed quæ per tranſlatum alterius rei naturam imitatur, veluti innatã, ac ingenitam, Quamuis lauro inſeri ceraſa credendum ſit Palladio.

Laurea ceraſa quæ.

Quicquid de intentione ſit, ſiuè propriè accepta ſiue per tranſlationem, vnam, aut alteram ex C. Plinio editionem retineamus, nemo inficias ibit, amaritudinem aptam eſſe ceraſijs genere ab alijs differentijs, hoc ergo ceraſum non inconuenit amarenam nuncupari, vt & elegãtiſſime. Scaliger in Theophraſt. de cauſis plantat. lib. 2. cap. 19. de ceraſis agens, hanc eandem meminit his verbis. (Agriotæ verò, & amarenæ etiam cum in eo ſunt, vt præmaturitate decidant, aut eam commutent cum ſubeunte putredine) ſunt etiam num acidæ. Quidam latini lauro ceraſum quoque appellant.

Caſtor Durant. de fructibus auſtera vocat latinè eadem quæ italicè *Amarene, & Maraſche.* dictæ ſunt Italis. Idem aſſerere videtur commẽtator ſcholæ Salernę de conſeruanda valetudine c. 40. qui ab his ceraſis; guſtu acidis: quæ vulgò Italis *verle*, alijs quoque *viſeiolæ* appellantur tenera, & fragilia, alia ponit craſſa nigra, & maximè omnium pontica: quæ ait, in compluribus Italiæ locis *Maraſebe* vulgo nũcupantur à ſapore ſic dicta, quod non iniucundi amaroris tantillum reſipiant, ita de amarenis ſentiens pro amaraſchis.

Ceraſa auſtera pro amarenis.

Sed frequentius apud probatiſſimos medicos, & Philoſophos acida dicta inuenimus.

Enonymus in theſauro de remedijs ſecretis, vinum ceraſorum nigrorum acetoſorum vocat, ita, & Ioannes Iacobus Vuecchetus lib. 2. antid. ſpecial. Bernard. Deſſemius lib. 10. dictũ mirũ, inquit, quanta gulæ auiditate, ac quanta ſimul noſtrarium hominum cupiditate id ſub æſtiuos calores, & experatur, & conficiatur, vinum ſcilicet ceraſorum acidorũ, ibique parandi modum docet, & effectus eius vini per quàm diligenter congerit.

Vinum ceraſorũ nigrorum acetoſorum optatiſſimum gulæ.

In idem accitur Scaliger exercitat. 87. & Mercurial. 4. tomo conſ. 43.

Nos verò à nomine nõ diſſentimus cum vino magis ſedeat, quod amarum ſapiat, quàm ꝙ acidum, hoc enim vitio datur, illud laudi, vt apud Catullum. 11.

Melius amarum acido vino.

Iuger micalicees amariores.

De quo dixi ideſt de meraca bibitione.

Quòd ſi acidum pro vini aſperitate ſumatur, poteſt idipſum amaro conuenire, amaror enim, & amaritudo aſperitatem denotat, quodque inſuaue eſt ſecundũ latinos, & auſterum particeps eſſe amari, aſſerit Caſtor fol. 319. *dal ... bruſco.*

In fertiliſſimo plurium linguarum lexico laurea amaraſia, & viſula, ceraſorum nomina diſtinguuntur. Viſula vulgò *viſeiole*.

Viſula ceraſi ſpecies.

Hæc autem vina ſubmordentia, & abradentia modicè diluta multo magis linguam, ac palatum mordere ſolent, rubea potiſſimum, apud magnates in Italia ſummo precio habita hyberno tempore, dicit Blaſius Villa Franca in Method. de refrig. ex Salnitro vini 4. problem. in fine.

Vinum rubeũ magis linguã mordet.

Putinianum. Nuces & Caſtellanum terræ Bari.

Putiniana Palus mucori obnoxia gignit,
Cum pluit, acori vina repreſſa Nuces.
Dant Caſtellani colles Aruiſia muſta
Miſta ſapa, ac fiunt mitia Vetta mari.

Loca prouinciæ ... .

Sunt vuæ aruiſiæ vulgo nobis *Aluęſe*, è Chio, vt puto, tranſlatæ, laudi Virgilio in Daph.

Vina nouum fundit Calathis, Aruiſia nectar.

De vino amaraſio Terræ Aquauiuæ in regione Bari, vbi eius generis ceraſa.

Suaue merũ linguã ceraſis quod pungit amaris
Aeſtiuæ gratum menſæ, Aquauiua facit.

LEGVM QVARVNDAM ANIMADuerſiones, ac de Vini commertio ſub decem Prædicamentis.

Sectio Secunda.

De erogat. milit. Annonæ C. lib. 12.

Imper. Conſtantinus. A.

l. 1.

R*Epetita conſuetudo monſtrauit expeditionis tempore buccellatum, ac panem. Vinum quoque, atque acetum. Sed & Lardum, Carnem etiam veruecinam milites noſtros ita ſolere percipere, in duobus diebus buccellatum in tertio die panem. Vno die vinum, alio die acetum, vno die Lardum, biduo Carnem veruecinam.*

Adnotatio

Hanc legem inutilem dicit Andr. de Barulo rei militaris expers, & ignarus, nos valde vtilem opinamur auctoritatem Imperatoris ſecuti: qui conſuetum ordinem diſtributionis huiuſmodi confirmando repetit in primis verbis, illi ergo credendũ: cuius præcipua, & maxima cura militiæ pro totius reipublicæ tutela, ideo à fronte huius l. citãtur Xenophon, & Ammian. Marcell. adde Claudi. Cotere. lib. 1. de iure milit. c. 30. de annona milit.

Digitized by Google

Buccellati, ac panis differentia non eſt quo ad quid, cum hic & illud ex tritico, ſed quo ad quale propter excoctionem buccellati. eo. libr. xij tit. de excocti. & tranſlat. milit, anno. l. 2. q̃ incipit, in excoctione Buccellati, non quia, vt male Gloſ. exponit, Panis eſt Azimus, ſed quia Buccellatus Panis per parua, & minuta fruſtra diuiditur, vt Gloſ. ſubdit ibi, atque hic differentiam ſentiens in quanto, dum Buccellatum intelligit, Buccellas Panis aliquot, ſicut habent fratres, panem verò integrum. Prima expoſitio tamen verior. Buccellatum ideſt frumentum ad temporis diuturnitatem coctum: quod gallica lingua vocatur, *Biſcuit* Ammian. alijs dicitur panis nauticus ex Ariſtophanis Comedia. Panem militarem ponit C. Plini. natur hiſtor. lib. 18 c. 7. Vbi & modum docet aptandi, & coquendi, vt diutius ſeruetur. Ego à C. Plinij eodem loco didici, prauã eorum conſuetudinem: qui farinam marina aqua ſubijciunt, occaſione lucrandi ſalis, neq; alia de cauſa opportuniora morbis corpora exiſtere, vt inquit Plinius,

Textus *Vinum quoque, atque acetum)* Horum eandem propè ſubſtantia eſt, ſi modò vinum acuit. Vlpian. in l. 9. in fine. D. de contrah. empt. dixi, ad tit. de peric. & commo. vini vend.

Gl. acetum bene intelligit erogari ad bibendũ, ſicut de vino dicit, & ſic, inquit faciunt Florentini: qui acetum in exercitu portant, vt reſpublica non grauetur. Florentini Parſimonia magnopere laudantur, & in rebus bellicis prudentia, & noſtra ætate ſtrenui equites S. Stephani à Sereniſſimo Coſmo Medice inſtituti Pij IV. auctoritate anno 1562. ſub regula S. Benedicti, per mare cum paucis magni Ducis triremibus in Turcas, & Mauros mira fecerunt Melitenſibus æquali fortitudine, fortuna maiori dimicantes. Accurſio Gloſſatori credimus aceti bibendi vſum teſtanti, cum Florentinus eſſet, vt ipſe notat in authen. de inceſt. nupr. §. Sancimus. Eſt autem Florentia de maioribus ciuitatibus in authen. de defenſ. ciuit. §. quia verò etiam in Gloſ.

Eandẽ ſeruant conſuetudinẽ domi quidã patres familias, textus eſt in l. 1. de trit. vino & ole. leg. vino legato acetũ quoq; cõtinetur: quod paterfamilias vini numero habuerat, & l. 9. eo. tit. *Omnia vini appellatione contineri, quæ vini numero pater familias habuit, igitur & acetũ: quod vini nomine pater familias habuit.*

Extende ad ſitiẽtis Apuliæ meſſores: qui feruenti æſtu acetum aqua dilutũ bibunt; ibi enim carioris annonæ occaſio eſt exceſſiuũ ſalarium meſſorũ, dicit Regens de Ponte tract. de poteſt. Proreg. tit. de limit. expenſ. nu. 11. Acetum autem contra æſtatis calorem frigorificum appellat Gelli. lib. 17. omniũ maximè frigorificum.

Textus *Sed & Lardum, Carnem quoque vervecinam)* DD. ineptè hinc argumentum eliciunt, Lardum non eſſe Carnem, inferentes licitum veſci Lardo ſicut Ouis, & Lacticinijs, quod dictum pro ſingulari ponit Corſet. verbo Caro, & alij ſequuntur, quoniam, inquiunt, in textu Lardum differenter habetur à Carne: quæ ratio falſa certè eſt, cum & Lardum ſit Caro ex porcis præſertim à veruecina Carne differens, non autem à carne ſimpliciter accepta, vt in textu patet repetitis verbis, ibi. *& Lardum, Carnem etiam veruecinam,* atq; ibi. *Vno die Lardum, biduo Carnem veruecinam,* ad quem verum ſenſum optimè nos conducunt ſuperius notata, in pane, & Buccellato, in vino, & aceto.

Lardi ſi quidem copiã in exercitu eſſe oportet Chriſtiano: quod fit ex porcis; ideo cura Annonæ de porcis, l. 1. & 2. C. de ſuarijs dic. lib. vbi porcinarij, & Suarij dicuntur, qui hanc curam populi Romani commodis exhibent. Intellige Romam Veterem & nouam, ideſt Orientis, & Occidentis Imperij, quandiù Chriſtiani Principes illic regnarunt gentilitio more quo ad vſum vini, & carnis etiam ex immundis animalibus, non ſic hodie ſub Othomanigenis iudeorum conſuetudinem ſequutis in quampluribus. Romanorum autem leges de hac ipſa re vbique conſtitutos, conſtat ex l. modios C de ſuſceptor. præpoſit. his verbis. *Summotis quæ contra vtilitatem populorum omnium hactenus geſta ſunt, Frumenti quinquageſimas, hordei quadrageſimas, vini, & Lardi vigeſimas ſuſceptoribus dari præcipimus* (deinde) *in Armeniæ partibus frumenti, & hordei quadrageſimas. Vini & Lardi quintasdecimas dari præcipimus.*

Quod verò ad Lardum attinet Ioannes Bertach. tract. de poteſt. & auctoritate epiſ nu. 132. fatetur vſum eſſe contrarium relatæ doctorum opinioni aſſerentium, quòd non eſt caro. Datur autem Lardum militibus non ad cõdimentum ollæ, vt Gloſ. exponit, cum Salſamento milites bello accinti non egeant, ſed vt eo carneo cibo viuant; neque enim à mollicie milites, verum à duritie denominantur, l. 1. D. de milit. teſta. his adde Varro. de lingua lati. qui Succidiam vocat maſſam porcinæ carnis ſalitam, ideſt pernam, petaſonem, & Lardum.

Ex libro conſulatus Maris.

Cap. *Della Vittouaglia che deue dar'il patrono al Marinaro.*

Il patron della Naue ò Nauilio, che fuſſe couerto debba dar da mangiare à tutti li Marinari tre giorni della ſettimana carne, cioè la Domenica, il Martedì, & il Giouedì, e nell'altri giorni della ſettimana Mineſtra, & ogni notte d'ogni giorno il companagio. Ancora tre volte per ogni matina, e tre volte per ogni ſera li debba far dar vino. Et il companagio debba eſſer tale come ſeguita, cioè formaio, e Cipolle, ò Sardelle ſalate, ò altro peſce ſecco. Ancora il patrono è tenuto dar vino inſino, che'l vino vaglia quattro ducati d'oro la botta, & ancora che ſi troua ficore, lui ne debba far vino, e ſe non troua ficore, che coſtaſſino à più prezzo, il patron della Naue, ò del Nauilio non è tenuto di dar vino. Ancora è tenuto detto patrono radoppiar la ratione à li Marinari ogni feſta principale.

Ficore) factitij vini eſt ſpecies C. Pli. hiſt. nat. lib. 14. c. 16. ſubditq; ex Cypria fico, & acetum fit præcellens, atque Alexandrino quoq; melius.

Ex

Digitized by Google

Ex Iuſtiniani Cod. lib. xij. titul. 38.

De erogatione militaris annonæ.

Imperator Auguſtus.

IVbemus per omnes Prouincias cunctis numeris, ac militibus à Nouembri menſe de nouello vino annonam dari, quoniam veteris diſpendioſa videtur erogatio.

Interpretatio

Noui. & veteris vini conſideratio.

Romanæ militiæ quamuis nō interdictus hic videatur vini vſus, præſcribitur tamen tempore, in l. 1. ſupra eo. tit. ibi *vno die vinum, a'io die acetum* & qualitate, vt hic, *de nouello vino annonam dari*, illic ratio eſt multiplex ſm gloſ. Prima. & cōmunis vtrique textui, ne reſpublica grauetur. Altera, vt milites aſſueſcant ad malum. Tertia, ne fiant Ebrij, ſicut ſi quotidie vinum, & carnes haberent, ſed vnica traditur ratio, quo minus grauetur reſpublica, ibi *quoniam veteris diſpendioſa videtur erogatio*, eſt autem d. l. 1 peregrina Io. Sayſo. in conſuetud. Turon. tit. Bane à vin artic. 1. ante finem, pro militum antiqua temperantia: quæ vſque adeò curæ fuit Metello: vt exercitum corruptum in Africa corrigeret, mercatores vinarios omnes exegit, potuſque Romanis in caſtris erat aqua, aut poſca, ſi vinum deeſſet, adnotat Turebus, indeque opinatur, quod Romani lege olim militari vinū non bibebant: quod non ſequor argumento d. l. 1. & hic. Scitu dignum eſt exemplum: de quo Spartianus in Peſcēnio Nigro, hic enim militibus apud Aegiptum vinum petentibus reſpondit, Nilum habetis, & vinum quæritis? Atque idem tumultuātib. militib. vinum non habuiſſe, ideoq; ſe à pugna excuſantibus, cū à Saracenis victi antea fuiſſent, erubeſcite, inquit, illi, qui vos vincunt, aquā bibunt, refert Marſia. Cagnat. variar. obſeruat. lib. 3. cap. 20. Maomethus noſtræ religionis Sacrilegus hoſtis, vt promptos haberet: qui rebellica ſuum propugnarent Imperium, vinum ademit, ſicut antea Arabis mos fuerat omni propè æuo aquam potare, ex Diodoro Siculo Adrianus Turnebus notat in libello de vino. Scotorum quoque conſuetudo fertur, qua milites cibum ſecū ferunt in prælium, à qua autem fluuiorum vbertate deeſſe illis non poterat, Hector Boeth. lib. 10. hiſtor. Gotor.

Romanorum militum potus Aqua olim.

Priſcorū militum; de aqua vſu.

Medicorū interpretatio ad l. iubemus C. de erog. mil. annon.

Sed proprius ad hanc legem, atque ad hunc ipſum textum Claudius Cotęreus lib. 1. de iure militari capit. 30. de Annona ait, exiſtimare ſe Conſtantinum legis authorem voluiſſe vinum dari militibus ad morborum curationem, & vt omnis pellatur triſtitia, iucundique ac alacres in prælium irruant; quod apud medicos cōſtat, vina dulcia pituitoſis frigidis, iiſque qui crudorum humorum copiam coaceruarunt, conducere, nec abſre à Nouembri menſe tantum vinum nouum dari voluerunt; nam, muſtum flatulentum concoctu difficile, ac craſſum eſt, quin potius tām vetuſtorum potū, quām nouellorum abſtinendū putarunt; illa ſi quidem plus quam par eſt calefaciunt, hæc verò nihil protſus caloris excitant, & illa vix cōcoqui poſſunt, tantum abeſt, vt ciborum concoctionem adiuuent, hæc ille: cuius ſomnia puto contra hunc textum, quem vt ederet Imperator certò certius medicos non conſuluit, & ſi pro curatione vinū dediſſet, non nouū, ſed vetus indulſiſſet. Quamuis non ignorem, quales effectus veteris vini, vel noui differentes: & infra quæ tempora vſui ſit vetus vtiliter, quæ anthoritate medicorum præſertim Galeni cōmemorat Atheneus lib. 1. Dipnoſoph. c. 23. de vino veteri.

Muſti mala qualitates.

Per omnes Prouincias) ergo non eſt facienda vis, vtrum vindemia in quibuſdam regionibus colligatur citius vel ſero; cum hic non habita locorū diſtinctione per omnes prouincias idem ſit tempus præfinitum: quo vinū nouū numeris, & militibus detur contra interpretationē Ioannis Bolognetti in l. cum quid num. 13. D. ſi cert. pet. vbi teuet quod ſi ex conſuetudine regionis vindemiæ fierent de Menſe Octobris, vt Neapoli, & Salerni, id quod dicitur de Menſe Nouembris, debet trahi ad Menſem Decembris, vel ſaltem ad medietatem Nouembris, cū tam breui tempore non poſſit vinum purgari, ita ipſe: contra quem pondero etiam textum, l. 2. C. de ferijs, vbi neque prouinciarum diſtinctione habita à decimo Kalen. Septembris vſq; in Idus Octobris Vindemialis feria ab Imperatore edicitur, ex quo textu cum hac l. iubemus, colligo notāter, quòd his diebus quaſi muſtum ferbuerit poteſt bibi ab ijs; qui laborant, & corpore exercentur, ſicut milites.

Vindemiarum tempus ex locorum diſt. diuerſum non in legibus nō attenditur.

Io. Bolog. locus de vindemia tempore notatur.

Sed vt melius hęc intelligantur, aduertamus, quia duæ rationes afferendæ ſunt, vna cur non ante Kalendas Nouembris, altera cur ab ipſis Kalendis vinum nouum dari militibus oporteat?

Prima ſine dubio eſt, quòd ante Kalendas cum à communiter accidentibus non dum clarificatum ſit, dici potius debet muſtum, quam vinum nouum, propter craſſitiem ex dictis Pauli Caſtrenſ. nu. 3. & recentiorum in d. l. cum quid, & ita datum nil prodeſſet, nam cum muſtum graue ſit, & flatus, & aquæ permixtione, & pondere ſuo inteſtina, citò dilabitur, ac profluit, inquit Macobrius Saturnal. lib. 7. cap. 7. Ideo milites non tenerentur accipere ante dictas Kalendas, infert Hieronym. Cagnol. ad d. l. cum quid num. 21.

Muſtum non eſt vinum nouum.

Secunda verò ratio dicta eſt ex fine textus, ideſt pro minori diſpendio reipublicæ, *eum veteris vini diſpendioſa videatur erogatio* negari .n. non poteſt, vſum vini noui complexionibus eſſe deteriorem d. l. cum quid, ibi *rem deteriorem veluti vinum nouum pro veteri*, vnde affirmant phiſici teſtimonio Galeni hyeme pituitæ copiā eſſe, quod ſcilicet plurimi tunc vina noua bibant. Adduntque alij, quòd vina noua cum ſtatim à vindemia, nulla adhibita coctione, aut cultu reponuntur, cruda ſunt, ſtomachis malè apta Andr. Bacci. lib. 1. de natura vini cap. 17.

quod

quod tamen non eſt ex mente Imperatoris in hac l. iubemus, vt tetigi ſupra.

Tutor quale vinum dabit pupillari familiæ.

Hanc eandem l. trahunt Bart. & DD. ſequũtur, vt ſeruetur ab ijs; qui de impenſis tenentur rationem reddere; nam non debet tutor familiæ pupilli poſt Kalendas Nouembris dare vinum vetus: quod diſpendioſius erogatur, niſi qualitas familiæ exigeret, ſecundum Lancelot. Decium ibi, quem refert, & ſequitur. Io. Franci. Ripa tractat. de peſte tit. de remed. ad conſeruã. vber. nu. 143. quod, & dixerat Thom. Parpal. in d. l cum quid nu. 2.

Verum puto inſpiciendum eſſe præcedẽs familiæ inſtitutum: ſolent enim patres familias operarijs aquaticium dare: quod citò clareſcit, bibitur autem poſt vindemiam mẽſes tres, Cato de re ruſti. cap 57 qui, & vinum familiæ docet quantum detur, idque ſigillatim poſt Guliel. Bude recenſet, & explicat Marſil Cagnan. variar. obſeruat. lib. 4 cap 16. Ac de ipſo Catone legimus, ſolitum fuiſſe cum ſeruis domi ſedere, idemque vinum bibere: quo operarij vtebantur, Attendi autem patris famil. conſuetudinem in vini vſu habetur in l. 1. & 9. de tritic. vin. & ole. lega.

Patrum familias mos in vſu vini attenditur.

Quod de militibus hic habetur a DD trahitur ſecundum aliquos.

Et quod in textu de militibus armatis habetur non incongruè ad inermes trahitur milites, vti legum doctores Petr. Lenauder tract de oneribus doctorum q. 62. quartæ partis, qui hanc legem citat.

Ampliatur dictum Bart. non ſolum de perſonis ad perſonas, ideſt de militibus ad pupilli familiã, itẽ ad ſcholaſticos: qui in ſtudijs duodeni viuunt, ſecundum Philip. Deciũ Curtium, & alios modernos in d. l. cum quid; ſed etiam de re ad rem, ideſt quod de vino dicitur, vt obſeruetur in pane: quod, & ſi nouum frumentum melius ſit veteri, ipſius tamen panis non eadem eſt qualitas; quoniam ad vini ſimilitudinem eſt quoque panis communis: qui familię datur differens à Siligineo: quo magnates veſcuntur; Et ſicut de Catone tetigimus: qui vinum cum familia bibebat, ita ſolum Auguſtum teſtantur hiſtorici ſecundario pane: quem communem appellauimus, vſum eſſe, notat Tranquil. in Octauio, & Ludou. Gomez in regul. cancellar. fol 216.

Vini vſus ad panem trahitur.

Veſtium militarium diſtribuendarum vſus.

Et ad id, quod de Kalend. Nouembris pro vini erogatione hic habetur adde Imperatorum conſtitutionem, C. de veſti. mili. eo. lib. 12. l. 1. *omnem eam pecuniam: quæ pro militari veſte conſcribitur à Kalendis Nouembris vſque ad Kalendas Aprileis exolui.*

Vinum nouum quod dicitur defecatum.

Dicitur autem vinum nouũ illa muſti pars: quæ ſincera relinquitur, poſtquam pars: quæ deorſum fertur, ideſt fex conſiſtit ſecundũ Galenum: quem alij ſequuntur.

Milites numerarij qui.

Numeris, & militibus) quid per numeros ſignificetur, doctores hic non aperiunt. Sed Pennenſ. in l. nemo miles de re milit. ſupra numeros, & cohortes idem eſſe probat ex lib. 1. hiſtor. tripartitæ namque mos Romanis fuit, vt dum Tribunus ſignum ab Imperatore peteret illi ſimul breuiarium, ac diurnalium rerum librum afferret, quo totius exercitus numeri continebantur, vt militum ſuorum numerum, & recenſere poſſet, & intelligere Appian. de bello ciuili lib. 5. Quod, & latius explicat Iacob. Reuardus Variar. iuris reſolut. lib. 4. c. 8. ad intellectum l. fin. C. de milit. teſtam. vbi de tribunatu numerorum.

Numeri & milites quomodo differant.

Cur ergo quaſi diuerſa hic ponuntur numeri à militibus? cum tam equites, quam pedites in numero contineantur, vt l. neminem eo. titulo de re milit reſpond. conſtruendo ſic *numeris, & militibus* ideſt numeratis militibus, ſiue cohortibus militaribus, eſt hæc figura ex diadyo, vt apud Virgil. primo Aenei. *molemque, & montes* ideſt molem, montium.

Vel expone numeris ideſt militibus in numeros relatis, & militibus ideſt Tyronibus non dũ deſcriptis in aliquo numero, argum. l. ex eo. D. de milit. teſtam. Dabantur interdum numeri à ſcholaribus regendi l. his ſcholaribus, eo. hoc titulo. Et ſcholares intellige non quidem iuuenes milites, vt malè interpretatur Pennenſis, ſed eos: qui militaribus in ſcholis, & in ſacro palatio militauerunt, ſecundum Andr. Alciat. in tres poſter. lib C. de priuil. ſcholar. propterea dicitur ibi his ſcholaribus: quibus laborum intuitu regendos numeros dederimus, leuiſſimam alibi hominum cõditionem numerus ſignificat. Horat. lib. 1. epiſtol.

Nos numerus ſumus, & fruges conſumere nati.

Item numerus quo ſenſu accipiatur in l fin. C. de teſtam. mili. & de Tribunatu numerorum ſcribit Iacob. Reuard. lib. 4. variar. declaratio. c. 8. adde nouiſſ. Mar. Ant. Surgen. de Neap illuſtr. c. 26. num. 10. vbi etiam de rollo pro militum matricula.

Habetur alibi, implere vel ſupplere numeros, vel mutare ſeu transferre, in l. neminem C. de re milit. ſupra & l. milites de offic. magi. milit. & qui milites ſupra numeros, aut extra numeros eſſent, ideſt, quaſi Accenturiati, explicat Budeus reliq. annot. in tit. de re mili.

Supra numeratos milites qui.

Quoſdam præterea milites ſuper numerum Inſtituit Cæſar Claudius, imaginarię militię genus, vt in eius vita, alij ſunt de numeris ad numeros tranſlati, de quibus in l. 1. in fine D. de bon. poſſeſſ. ex teſta milit.

A Nouembri Menſe) in hoc textus noſter reputatur ſingularis; quoniam vinum nouum bibitur à Nouembri menſe, ideſt primo die menſis ſecundum Ludoui. Roman in ſingul.

Vetus vinum, à quo tempore dicitur.

Decius verò aliqua opponit, alij defendunt more repetẽtium in allegata l. cum quid, & verè nõ eſt alibi, ex hoc igitur tempore poteſt appellari vetus vinum anni ſcilicet præteriti, relatiuè ad illud, quod proximè vindemiatũ à Kalendis Nouembris incipit appellari nouum per hanc l. iuncta l. vetus D. de triti. vin. & ole lega. quo etiam in quæſito ſe contorxerunt doctores. Nam Zaſius ſingul reſponſ. lib. 2. cap. 14. reprehendens Bartolum in d. l. cum quid, dici vult nouum, poſt quod nullum recẽtius creuit, cum, & latini noua vina horna nominent, & Horat.

Horna

Digitized by Google

Horna dulci prome vina doliq.

Et alibi

Hornam frugem.

Vinum æſtate ac hyeme quale bibere conſiſtitur.

De vſu autem vini penes anni tempora, ideſt quæ hyeme, & quæ æſtate bibenda ſint, diſſerit Andre. Bacci. de natura vin. lib. 3. cap 6.

Verum circumſcripto militari vſu iam præteritæ diſciplinæ, & tenuiorum hominum: qui vſum, & diſciplinam à neceſſitate didicerunt, ac omne genus ſobrietatis, veteres Romani luxui, & genio indulgentes, non niſi vinis: quæ annum ſaltem præterijſſent, vtebantur: hinc vinalia feſta ijs deguſtandis inſtituerunt xiij. Kalen. Septembris, teſte C. Plinio, quo etiam die 19. Auguſti Ioui liberatori vina bibant latini, ex Feſto refert Ludoui. Dulcius in Kalendario hiſtor. mundi. Vt interim non ignoremus, eundem Plinium adnotaſſe vinalia bis quotannis inſtituta. Vna Menſe Maij deguſtandis vinis; altera Septembri Menſe initio autumni tempeſtatibus leniendis. Sed, & Kalendis Auguſti feſtiuè ab Italis vina nunc deguſtari, adnotat Hieronym. Mercuri. variar. lectio lib. 1. cap. 15.

Vinalia feſta vinis deguſtando inſtituta.

Faſti Martinales.

Nouember Baccò ſacer, hodie S. Martini dictus.

Olim quoque hic menſis Nouembris Baeco ſacer dictus fuit. Ludoui. Dul. in hiſtor. mundi. in hunc ipſum menſem. Ouid. in faſtis.

Et nos vinalia feſta in die Sãcti Martini celebramus, cuius rei rõ affertur à Bartolom. Taegio in dialog. de humore vini fol 16. Quod Sol Scorpionis caudam attingit. Sed, & apud Clau. Ptolomeum in errantium ſtellarum ſignificationes, hic dies ſic ponitur Clarum Scorpionis aſtrum, & hyemalis cardo, iuxta tranſlationem Nicolai Leonici, itaque 12. Nouembris, licèt aliqui aſtronomi ponant 18. Nouembris tranſit Sol à Scorpione ad Sagittarium.

Maris claudendi tempus proſperum.

Ex hoc die: qui eſt iij. Idus Nouẽbris claudi maria nauigationi ad vſque vi. Idus Martij propter tempeſtatum pericula, notat Vegetius li. 4. de re militari.

Dies infauſti. Vaſconibus, & qui hi ſint populi.

Atque hinc orta eſt obſeruatio quædam, vt is dies infauſtus, & periculoſus caueatur; Ideo vulgares Vaſcones ferunt *Iandone Martie Erroya* ideſt Sanctus Martinus Coruus. Qualem obſeruationẽ ſuperſtitioſam aſſerit Martinus de Arles in tracta. de ſuperſtit. in princ. nu. 17. & pluribus improbatur: quæ ponit Troilus Maluetius de ſortibus 1. par. nu. 10. vbi de diebus criticis Gl. & Bal. in l. creationum C. de iur. delibe. De diebus antem infauſtis hæc nota. Annus habet de Menſe dies pro rebus agendis infauſtos, & Atros: quos fuge ne quid agas.

Sunt autem Vaſcones Montani vlterioris hiſpaniæ in Cantabria poſiti.

De Ianuario. 1. 2. 3. 6. 11. 20.
De Februario. 16. 17. 18. 19.
De Martio. 15. 16. 17. 28.
De Aprili. 7. 13. 15.
De Maio. 7. 15. 17.
De Iunio. 6.
De Iulio. 16. 17.
De Auguſto. 7. 13. 15.
De Septembri. 16. 18.
De Octobri. 6.
De Nouembri. 2. 5. 16.
De Decembri. 6. 7. 11.

Dies S. Martini apud aliquos infauſtus.

Anno 1614. die Sancti Martini Auſtralis vẽtus validiſſimus, vltra quam credi ſoleat vi maxima radicitus in Prouincia fructiferas arbores euulſit inæſtimabili poſſeſſorum damno.

Hoc idem feſtum appellat ignobile impius quidam, & Sacrilegus de ſuo itinere Baccarico.

, *Et modò transierat Martini ignobile feſtum*
, *Quo ſe implet nimio turba profana mero.*

Martinalia feſti quædam notatu digna recenſentur.

Sed cum in Martinalia feſta inciderim, nolui quæ de eis iocosè traduntur, præterire: ea ſic Pontanus celebrat

Hendecaſyl. lib. 1.

Martini ſacer eſt dies, abite
Curæ peruigiles, venite ſomni,
Quicquid ſollicitum recedat à me
Dulces vndique perſtrepent cachinni
Hac nil luce bibacius ſit vnquam
Nil bis ſomniculoſius tenebris
Sed ſomnos pater excites Lyæus.

Gallia D. Martini conuiuijs originẽ dedit.

Item Pontanus Eridanorum lib. 1. de feſtis Martinalibus ita

Martinum conuiua ſaturque, & potus adoret
Hunc nobis ritum Gallia prima dedit
Hunc patres tenuere, teneut nunc Itala regna
I puer, & multo pocula tinge mero

Et inde ſequitur

Diue parens Martine ades, & tua pocula viſe
Te Cyathi, & calices. te tua muſta vocant.
Euge pater, bibit ipſe pater, calicemq; ſupmat
Quiſquis adeſt, cyathos ſumite, adeſte Deo.

Rex fabæ in ludis martinalibus.

Atque alibi idem Pontanus Fabæ Regem cõmemorat, & ne quis iſte fuerit, ignoretur, Petrus Summontius explicat, Fabæ ſors regia, inquit, Martinalijs cænis regem ſorte Fabæ: quæ placentis includitur creari, nota eſt noſtri temporis conſuetudo.

Hiſtoria conuiuij Valentiniani Imper. ad D. Martinum.

Qualem conſuetudinem ortam equidem puto propter conuiuium illud celebre: quod fertur maximis ſumptibus ipſi Martino ab Imperatore Valentiniano præparatum: quodq; Honorius Fortunatus poeta Eccleſiaſticus his verſibus exornat, vitam eiuſdem Sancti recitans.

Martino veniente tamen rex ipſe precatus
Vt ſanctum ad mẽſam habeat, qui ſæpe repulſus
Tandem promeruit fieri conuiua beati
Imperio plaudente ſimul ſedet Vrbe fauente
Conuiuam cæli quòd terrena excipit aula.

deinde

Lucida perſpicuis certantia vina libellis
Vix diſcernendis chriſtallina pocula potis
Inde calix niueus variat per vina colores
Hinc mentita bibunt patera fucante Falerna

& inde

Accubat interea Princeps, ſimul ordo Senatus
Presbyter inde tori veneranda acclinis in vlna
At iuxta regem ſella ſacer aſſidet alta
Porrigit hinc regi mox pocula prima miniſter
Qui ſanctò iubet ante dari, quo poſſit ab ipſo
Auguſtus calicem accipere, & potare ſecundus

Mar-

Martinus patera oblata, vt bibit ore parumper
Diuino ſentiens potius ſe fonte rigari
Principe poſt poſito partem libaminis vnam
Presbytero tribuit, noſcens quod dignior eſſet
Miratur Princeps, proceres, conuiua miniſtri
Iudicioque ſuo ſe penſauere minores.

Hæc ex Honorio retuli, quoniam liber ille non frequens eſt per manus hominum.

S. Martinus ex regum ſtirpe.

Fuit autem S. Martinus ex illuſtri regum ſtirpe prognatus, de cuius ſãctitate habetur in Catalago ſanctorum, ſed, & Michael Bentherus in Ephemeri hiſtorica 11. Nouembris ita ponit, Anno poſt natum Chriſtum 395. defunctus eſt D. Martinus ex illuſtri regum, & Imperatorum ſtirpe prognatus Turonenſis epiſcopus.

Martinale feſtum pro antiquis Saturnalibus.

Ludouicus Paſcalis poeta non iniucundus Martinales hos luſus, & ipſe celebrans, putat pro antiquorum Saturnalibus feſta hæc à poſteris inſtituta inquiens.

Iam Martinalis redeunt ſolemnia pompæ
Feſtaque non tacito prætereunda pede.
Hæc celebrat præſens pro ſaturnalibus ætas
Vt nihil antiquis inuideamus auis.
Diſcurrunt iuuenes paſſim, celereſque puellæ
Per medias Vrbis, ſedula turba vias
Atq; feruut, referũtq; citò vaga munera curſu,
Munera quæ certi pondus amoris habent.
Interea multi tepefacta calore lyæi
Fertur inornatis ebria turba comis.
Perque domos paſſim conuiuia læta parantur,
Sternitur attalicis menſa beata toris.
Libantur veteri Carcheſia ferui'a Bacco
Nec mala fumoſum diluit vnda merum.
Tunc circumpleni càlices hinc inde vagantur
Et caſtus toto pellitur orbe pudor.
Per riſum, atq; iocũ, et cãtus vox ducitur omnis
Oblectat madidos alea iacta viros.

Iſta, ex multis ipſius Ludouici carminibus ſum mutuatus: quia nemo accuratius videtur Martinales vſus deſcribere, ſiue mauis Martinales abuſus. Io: Guttier canon. quæſti. lib. 2. c. 4. nu. 40. commemorans Hiſpaniæ oppida, quæ ob vini bonitatem laudantur meminit, & oppidum *San Martin de valdigleſias* Toletanæ, ſeù Abulenſis diœceſis.

Hiſpaniæ Oppida ob vini quæ remiſſiod

Vſus Franconiæ in S. Martini feſto.

Scito etiam hoc Sancti Martini feſto in Franconia Germaniæ prouincia neminem quantumuis inopem non altili aliquo, vel ſaltem ſuillo vitulinove viſcere aſſato veſci, vinoque remiſſius indulgent omnes; tunc enim ſua noua vina gens quoque Franconia deguſtat primum, & dat deguſtanda; Ac in Herbipoli, & pleriſque locis hac etiam die pauperibus ex pietate vina erogantur, fit & ludus aprorum; quorum carnes partim plebi, & partim poteſtatibus diuidi teſtatur Ioannes Boemius lib. 3. cap. 15. de moribus gentium.

Tarentinorũ vſus hoc eodem feſto.

Sed nedũ externa recolimus noſtratia omittamus, Tarentini piſcibus potius, quam carnibus hæc feſta celebrant, teſte Ioanne Iuuene de antiq. & fortuna Tarent. lib. 4. cap 2. Aurelij Sereni Monopolitani faſtorum liber de Nouembris feſtis diebus hoc habet Diſtycũ in diuum Martinum.

Præſulis vndecimo Martini feſta dicantur.
Grandia diffuſo congeminata mero.

Quo die liberius bibendũ ex Platone.

Poteſt ex antiquis exemplum ſumi, & hoc feſto die liberius bibamus. Plato n. lib 6. de legibus cũ ad temulentiam vſque bibendum vetet, *præter quam,* inquit *in illius Dei feſtiuitate: qui vinum ipſum hominibus tradidit,* refert Athenæ. lib. 10. Dipnoſop. c. 0.

Sequitur l. Iubemus interpretatio.

Sed vt tandem poſt iocos ad ſeria redeamus, & ad vini ætatem: de qua textus hic aliam declarationem recipit, vt qui tutor, vel curator eſt, vel de geſtis aliter rationem ponere tenetur, non poſſit inculpari quoties ex his: quibus victum ſumminiſtrat, infirmo, & valetudinario tam recens vinum nõ daret, ſed vetus, quamuis carius conſilio medicorum: qui ad tuendam ſanitatem volunt, & vinũ eligatur, nec vetus nimium, neque admodum recens, ſed inter nouum, & vetus medium, licèt dici non poſſe medium ex Marco Varrone cõtendat Aul. Gelli. nocti actic. lib 13. cap. fin. conſtat namque, vt hoc à Theophraſto addamus lib 6 de cauſis plan. cap. 10. vinum ex vetuſtate immutari, corrumpi, effici que amarum.

Medicorum cõſilium quale Vinũ infirmis ſit dandum.

Et quod de infirmo, & valetudinario dixi, extendo ad ſenes dignos viuere, quoniam nouum vinum refrigerare, vetus autem calefacere volunt phiſici, & Aulus Gelli. ibi notat, ſenes autem calefieri oportet, propterea Mercurius apud Marſilium Ficinum lib 2 de vita longa c. 15. conſulens introducitur. *Qui præcipuè inter vos frigent temporibus ſimilibus bis ſeptimo quoque die vncias veruacei, vel muſtici dulcis meri duas ſumant cum vna panis vncia, tribus ante menſam horis: ſemel autem drachmam vnam ſublimis aqua diſtillantis ex vino cũ Iuleb Roſacei ſemuncia* Cum verò potu vini recentioris pluries calidas affectiones oriri videmus, id certè non fit, quia recentius calidius ſit, quinimò quod frigidius, quia ſcilicet minus in vrinam abeat, & inſenſibilem vaporem, ſed feruentius, vt quod incoctum, & muſtum ſit, diutius moratur in viſceribus, notat F. Valleſius commen. in 4. Methe. Ariſt. textu neceſſe eſt cocta craſſiora, & calidiora eſſe.

Vita pro ſeniu vita dign.

Vindemia proclamabantur ab ferias.

Habeo, & aliud non contemnendum, òlim non tãtum diem præſcriptum, vt nouum vinum biberetur, verum, & in Tuſculanis Sacris fuiſſe, teſte Marco Varrone de lingua latina lib. 5. vinum nouum ne veheretur in vrbem antequam vinalia Kalentur. Proclamabantur enim ipſæ vindemiarum feriæ, quemadmodum, & aliæ quam plures à rege ſacrificulo: quod ab antiquis hiſtoricis colligit Iaccbus Reuardus libro 5. varia. iuris declarat. cap. 19. dixi de Vindemia.

Bari conſuetudo in Vindemijs.

Bari quoq; apud noſtros prouinciales obſeruari ſcimus priuſquam vindemiare incipiant, exploratores à communitate mitti: quibus renunciantibus vuarum maturitatem, vindemiæ proclamantur.

Maxi-

Digitized by Google

Maximæ igitur curæ vina fuerunt, & ſunt; quæ, & Deorum letitias appellauit Poeta primo Aeneid.

Et in quibuſdam Francię regionibus quotannis feſtum celebrari die Iouis, hic dies dominarum illic dictus eſt, quo dominæ faciunt omnes hilaritates de mundo, nec ſine vino: in quo lætitiæ ſumma, refert Io: Sayſo in conſuetud. Turon.tit.banc à vin.artic.1 in princ.

Dies dominarum quo lætitiæ fiunt omnes hilaritates.

Atq; Francones Kalēdis Ianuarij cognati cognatum, amicus amicum accedunt, & confertis manibus inuicem in nouum annum proſperitatem præcantes diem illum feſtinè compotatione deducunt Io: Boem. libro 3. de morib genti. capit.15.

Franconum mos.

Sed memento quod habetur ecclef. 9. vinum nouum, & amicus nouus, mihi in vtroque placet vetuſtas, & de vino Ouid.

Qui properant noua muſta bibant, mihi fundat auitum.
Conſulibus priſcis condita teſta merum.

Benedictio vini noui ex Sacerd. c. 34.

O Remus Domine Sancte pater omnipotens, æterne Deus bonorū omnium dator, & conſeruator: qui inter reliquas creaturas tuas vinum in hominum ſubſtentationem, & lætitiam ex fructu vuarum prodire iuſſiſti quique per vnigenitum Filium tuum D.N.I.C. in Cana Galileæ aquam in vinum mirabiliter permutaſti, & Sacramentum precioſiſſimi Sanguinis eiuſdem filij tui in vini materiam Santificari iuſſiſti, te ſupplices deprecamur, vt hanc creaturam vini benedicere, & Sanctificare digneris, vt famuli tui, & famulæ ex eo guſtantes animæ, & corporis recipiant ſoſpitatem, & te omnium gratiarum largitorem ſine fine collaudent per eundem D.N. Amen.

Vini noui benedictio Christiana.

Eſt, & alia benedictio vini in feſto Sācti Blaſij Epiſcopi, & martyris. eo. lib. Sacerd. c. 13.

Vinum benedictum in festo S. Blaſii.

Sed, & ſolet benedici vinum cōtra venenum in feſto S. Ioannis Apoſtoli, & Euangeliſtæ, poſt lectum Euangelium de tranſmutatione aquę in vinum *Deus cuius poteſtate beatus Ioannes Euangeliſta potum venenoſum, & toxicum digeſſit, bene ✠ dicere & conſecrare ✠ digneris hanc creaturam vini, vt omnium ex eo guſtantium expulſo omni guſtu nociuo infuſo tuæ benedictionis miſterio ſit in terris corporis, & animæ remiſſio criminum, & in cælis perpetua conſolatio per D.N.*

Benedictio vini contra venenum.

Et benedictio Dei omnipotentis Patris ✠ & Filij ✠ & Spiritus ✠ Sancti deſcendat, & maneat ſuper hanc creaturam vini. Amen.

Nota, quia hoc miraculum Sancti Ioannis Ariſtodemo Pontifice Idolorum venenum potandum tribuente factum refertur plenius in catalogo Sanctorum per epiſcopum Equilinum libro 2. cap. 7.

Sed, & naturaliter vinum contra venena præſertim frigida ferre auxilium, ſi potetur liberalius, vt contra Aconita, taxum ſpumam argenti coriandrum, atque boletos, docuit Dioſcorides, & Palladius de vite thyriaca lib. 3. tit 28. vinum eius, inquit, vel acetum, vel vua, vel ſarmentorum cinis proficit contra morſus omnium beſtiarum vide Iacob. Preſee. de natu. vini qui apud Thaſos, ait, vinum ſerpentum ictibus mederi.

Vinum naturaliter ſola est contra venena, aliaſque morbos.

Atque hæc potuerunt eſſe in cauſa, quare Adrianus Turnebus vir elegantiſſimus, variæque lectionis in libello: quem de vino edidit, vinum non tam poculum, quàm medicamentum eſſe arbitratur quodque plurimorum morborum medicina eſſet, niſi quotidiano vſu ex medicamento venenum nobis réddidiſſemus intelligentu in abutentes vino: alioqui Galeni, & Hippocratis melior eſt ſententia vinum ſcilicet nutrire, Andreas Baccius ſequitur de natura vini 3. lib. cap. 4.

Vinum non tam ad potum quam ad medelam.

Vini autem noui deguſtatio, quibus verbis fiebat ex Varrone lib. 5. de lingua latina, & Feſto ponit Barnabas Briſſonius de formulis, & ſolēnibus populi Romani verbis lib. 1. fol. 100. ea fuere omnis gratia ***vetus nouum vinum bibo. veteri nouo morbo medeor*** dicebant iſta verba medicinalia à medendo, quid eo die ſolitum vinum nouum, & vetus libari, & deguſtari medicamenti cauſa.

Verba ſolemnia in noui vini deguſtatione.

Et quia vini veteris mentionem habuimus, & de tutore quomodo ſe gerere habeat in erogatione noui, vel vèteris, omittendum non eſt, vinum cenſeri inter eas res: quæ ſeruando ſeruari non poſſunt vltra triennium ſicut, & frumentum; Angel. & Io: de Imol. quibus accedit Iaſ. in l. diuortio §. interdum num. 12. D. ſol. matri.

Vinum eſt res quæ ſeruando ſeruari non poſſit, declaratur hic.

Idque iuris præſumptione Alex. in l. 1. §. quæſitum num. 5. & Iaſ. nu. 33. ad Trebel. cum concord. per Tiraq. de retrac. §. 1. Gloſſ. 7. num. 51. Borg Caualc. de tutor & curator. à nu. 227.

Et ſic ad vini diſtractionem: quam intra id tempus facit tutor nō requiri decretum Iudicis DD. inferunt iuxta regul. l. lex quæ tutores. in fin C. de admin tutor. & l. fin. C. eo. quia licèt tutori conſumere, vel alienare, ſoluta æſtimatione Borg. notat eo tracta nu. 228.

Quia verò dixi præſumptiue hoc intelligi, ſine dubio ſequitur contrarium poſſe probari ſecundum Bart. in l. quo ad præſens C. de murileg libro 11.

Siue quod durabile eſt vinum vltra trienniū, vt in quibuſdam regionibus obſeruatum legimus, maximè apud hiſpanos, ſi verum referunt, ſiue quod vltra annum corrumpi conſueuit, vt in patria, & pleriſque alijs in locis, ideò diligēs debet eſſe ipſe tutor, vt pro regionis more ſe bene gerat, & induſtriam adhibeat pro duratione vini veteris, ne corrumpatur, argum. l. ſequitur §. fructus D. de vſucap. qui textus bene probat adhibita induſtria fructus poſſe durabiles effici. ita Petr. Barboſ. in l. diuortio §. interdum, ante finem ſolut. matr. vide Octaui. Simoncel. de decret. minor. libro 3. tit. 8. inſpec. 7. numero 50. & 51.

Attendenda eſt regio de durabilitate vini, & hominum induſtria.

Feſta vinalia in Kalendis Martij prima vinis deguſtandis, altera 13. Kalend. Septēbris. tempeſtatibus leniendis, inſtituta notant hiſtorici apud Romanos fuiſſe.

Feſta vinalia bis in anno celebrantur.

Item

Digitized by Google

Vinum nouū
Item vinum eſſe nouum: quod ex dolio demitur Sacrificij cauſa antequam guſtetur, Ioui libatum Blond Romæ Triumph. lib. 8.

Adde. Anton. Riccobonū de Gymnaſio Patauino lib. 6. c. 13. Baccanale die 12 Nouembris celebrari ſolitum Pythægia nuncupatum, id eſt dolij apertio; quoniam, inquit, dolia relinebant, & amicis potum præbebant, vt in die Santi Martini facimus, vt ſupra diximus.

Ex Iuſtini. Codic. lib. 4. tit. 41. Quæ res exportari non debent.

Imper. Valen. & Gratia. ad Theod. Magiſtrū militum l. 1.

Ad barbarinum transferendi vini, olei, & liquaminis nullam quiſquam habet facultatem: nec guſtus quidem cauſa, aut vſus commertiorum.

Ad barbaricum) ſupple ſolum Odoffred more græcorum ſic exponitur barbarorum enim locum, vel rem ſignificat. Secundum Ammonium, vt aduertit Hierony. Magi. miniſlane. lib. 3. cap. 13. in fine

Et fortè hic textus intelligi debet nō tantū vt loquatur de barbaris nationibus: quæ Romano Imperio non obediunt, ſed, & de omni barbaria: cum generaliter prohibitio emanauerit.

Sic infra de Eunuchis l. 2. & facit l. nemo hoc eo titulo vbi ſpecialiter prohibentur arma vendi barbaris alienigenis, id eſt non ſubiectis Romano Imperio, & dicto, alienigenis, bis ponetur, vt id efficacius demōſtretur. Sed, & qui propriè barbari ſint habetur in margarita philoſophica lib. 1. trac. 3. de inſtit. hæbrai. Sed cur ad barbaras gentes: liquamina transferendi nulla eſt facultas? reſpondet Franciſcus Ripa in tract. de peſte titulo de remed. ad conſeru. vberta numero 64. ne vini guſtu admoniti barbari arma in nos vertant: quemadmodum de Gallis ſcripſit Titus Liuius lib. 5. Gentem Gallorum fama dulcedinis frugum maximè vini, noua tum voluptate captam Alpes tranſiſſe, agroſque ab Hetruſchis ante cultos poſſediſſe, & inuexiſſe in Galliam vinum illiciendæ gentis cauſa.

Eandemque rationem affert Andre. Alciat. diſpunc. libr 4. cap. 11 ad hunc met. textum, ſed diſſenſit Hierony. Magius in principio d. capitulo 12. vt alias ipſe afferat: quæ in idem incidunt cum Ripa, quaſi textus reſtringendus eſſet ad barbaros, id eſt alienigenas hoſtes Romani nominis, quod non placet.

Et caue quoniam cum alibi prohibeantur ad hoſtes transferri, vel illis venundari res, vel ad victum neceſſariæ, vel ad vſum belli, vt arma, & frumenta, adijcitur pena capitis l. cotem ferro. in principio. D. de publica. & vectig & d. l. nemo alienigenis: hoc autem nulla pena certa.

Eſſe potuit ratio, quia non tanti momenti liquamina ſunt, neque adeo humano vſui neceſſaria, vt frumenta, vel bellorum cauſa, vt arma, quorum in numero eſt Sal d. l. cotem ferro, quod, & vocat Caius Plin. neceſſarium alimentum, hiſtor. natur. libro trigeſimoprimo, capitulo ſeptimo, quo in loco magna Salis Tarentini laus ſed iam arantur veteres illæ Salinæ Curiæ Regis mandato. *Salinæ namque ad Curiam pertinent etiam in agris priuatorum*. de quo Iſernie. in capitulo primo, verbo redditus piſcatorum, & Salinarum, num. 72.

Ac per capitationem Barolitanus Sal pro Tarentino diſtribuitur primum Anerom Martium Regem Salem populo diſtribuiſſe dicit ibi Plin. ſed cum belli tempore omnis mercatura induciarum verò, ſeu treuguæ, quam dicūt quædam cum hoſtibus prohibeatur, & quæ licitè merces ſint, quæ contra illicitè, vide Alexand. conſilio 130. omnipotētis volumine ſeptimo, Felin. poſt Abba. in c. quod olim, & c. ſignificauit extra de Iudeis, Boeri. deciſione 178. quibus diſputatiuè contradicit Stracca in ſua mercatura ſecunda parte, numero 43. & inde tu ipſe vide.

Liquaminis) pone acetum. Odoffredus, & benè nam & ſi appellatione vini non contineatur, niſi aliud appareat ſm patris familias conſuetudinem, vt in l. 1. §. ſi cui, & l. ſi quis vinum D. de vino triti & oleo legat. & tenet Io: de Platea in l. 1. per illum textum C. de erogat. milit. annonæ libro duodecimo, acetum liquamen eſt, et meritò ſub prohibitione, quę de liquaminibus fit, cōtinetur, alias non; quoniam in pœnalibus ceſſat extenſio de vino ad actum Baldi. aliter, & malè allegat Io: Sayſon in conſue. Turon. des droit de baſſe Iuſtice articulo 5. in textum, & ne ſint lapoche.

Et adde hic, quæ de aceto dixi vbi de vini ſubſtantia egi ad intellectū l. in venditionibus verb. v ſia de contrah. emp.

At quia inter liquamina, vini principaliter eſt mentio, non omitto in quadam regione vinum in vtribus ſuſpenſum ſupra ignem indureſcere in modum ſalis, tale eſſe vinum arcadicum dicit Ioannes Paul. Donatus Gonzagiorum libro 18. capitulo 24. vbi, & eius rei rationem ipſe affert.

Idque vinum ſumitur in potu admixtū, aquæ vt reliqua vina, & inde eſt, inquit Antonius Galateus in libello de mari, & aquis, quòd vinum ponderoſius eſt aqua dulci, & quanto plus fortius eſt, tanto plus ponderis habet, ſic quoque de melle notauerunt alij, quod in Troglodyſicæ parte: quæ dicitur Balgada durum eſt quaſi lapis. Solidum etiam in Calicut, ita vt in ſportis contineatur, An autem ex vino ſic indurato: cōficiatur Sacramentum, quod ſic, dummodo liquefactum vinum permaneat, ex dictis D. Soto in 4. ſentent. diſtinct nona, quæſtione prima, artic. 4. in fine.

Nec guſtus quidem cauſa relatiuè ad alios, non ad eum, qui portat vinum pro ſua tantum neceſſitate, etiam ſi deferat extra locum ſecundum Ioannem de Porta in l. cæterum §. ſi quis ad opus D. de legat primo, pro vt eum refert. & ſequitur Ioannes Bertach. de gabel. 2. membro 8 par princi. nu. 2.

Igitur qui non poteſt portare vinum extra diſtrictum ēt vnam metretā guſtus cauſa portans in pęnam incidit Bald. hoc verum eſt ad hoſtes.

F Salyce.

Salyce. quam Salyç. opinionẽ contra Bald. amplexi ſunt Ioannes Bertach in tract. de gabel. quæſtio 17 particula 2. octauæ par. princip. & Ripa de peſte titulo de remed. ad conſer. vber. numero ſexageſimoſexto, Benuenut Strac. qui, & alios cumulat, & ſequitur contra Bald. in contract. de mercatura quarta parte, numero vigeſimoſexto, poſt Iaſon in l.2. in fine D. de Iuriſd. omni. iudi. Tu verò ne diſcedas à Baldo, pro quo eſt hic textus, quem duobus modis põdero. primo dum dicit, *Nec guſtus quidem cauſa*, vt optimè aduertiſſe videtur Alcia. eo. cap. 11. lib 4. diſpun 2. in finalibus verbis, ibi *vſus commertiorum*, quæ verba non poſſunt adaptari, niſi intelligamus prohibitionẽ emanaſſe omni reſpectu etiam extenſiuè ad barbaros: quibus cum commertia eſſe ſolent; quia hoſtes nõ ſunt, facit textus, l. vnicæ C. de litte; & itin. cuſto. libro duodecimo. Et ego ſententiam Baldi efficaciſſimè probo noua ratione: quam deſumo ex Epiſtola Theodor. Regis ſcripta comiti Siliquatariorum, & portus curas argenti, cuius formula traditur apud Caſſiodorum variarum libro ſecundo.

Comiti Siliquatariorum, & portus Curas argenti Theodor. Rex.

Optima præuſio pro regni Annona ſeruanda. Si deſiderijs noſtris commertia peregrina famulantur: ſi prolato auro acquiritur externa deuotio, quanto magis ſuis bonis abundare debet Italia, cũ nulla in parendo probetur ſentire detrimenta? & ideo ſpeciem lardi nullatenus iubemus ad peregrina tranſmitti, ſed in vſus noſtros propitia diuinitate ſeruetur. Ne quod in noſtris partibus conficitur, noxia negligentia deeſſe videatur. Cauete itaque ne culpis quamuis parua præbeatur occaſio ſcientes periculum grauiſſimum fore, ſi ſtudeatis vel leuiter iniuſſa committere. *In qualitate non in quantitate peccatum.* In qualitate eſt, non in quantitate peccatum ſi quidem menſuram non quærit iniuria. Imperium ſi in paruo contemnetur, in omni parte violatur.

Addo quod cum Baldo tenet Nicolaus Boer. deciſ. 177. nu. 9. verſiculo quia prohibitus portare vinum.

Merces vetitæ an debeãt apprehendi vt ſit pœna legis. Sed an ſit opus, vt apprehendatur merces vetitas deferens ad barbaras nationes, vt ſit locus pœnæ, vel ſufficiat vetitum probari? Afflict. in conſtit. reg. intentionis numero decimooctauo, allegat hæc Iura. ſentiens quod punitur ſi probetur portaſſe, licèt non ſit inuentus.

Portuum cuſtodes quid curare debent in vetitarum mercium extractione. *Aut vſus commertiorum)* hic videri poteſt liquamina, quãtum ad extractionem attinet cenſeri merces illicitas, nec eſſe in commertio, vt ad barbaras nationes deferantur, ſubiunge huic textui l.1. C. de licto; & itin cuſto. libro decimo. Aliquæ merces licitè ad barbaros, quamuis non ſubiectos deferũtur, dummodo cum eis ſit treuga: cap. ſignificauit extra de Iudeis, & Sarac. ſed id conſtare debet portuum Cuſtodibus per depoſitionem nauclerij, in quam Prouinciam ituri ſunt, d. l. 1 verſ. ita tamen, & delato ei iuramento iuxta dic. cap. ſignificauit.

Hoc autem in regno per idoneam cautionem deferendis mercibus ad deſtinata loca permittitur, vt in cap. Regis Caroli, de quo meminit Lucas à Penna in fine d. l. Ideo portulanis in mandatis datur, ne ſinant à locis Regni vina extrahi abſque licentia Superioris, pro qua ſoluitur noua impoſitio ducati vnius pro ſingulo quoque dolio vini latini, ſeu aceti, & Carlenorum xv. vini dulcis, græci, mangiaguerræ, de quibus vinorum generibus alibi dixi; Aduerte tu curioſe quoniam licèt valde laborauit Marinus Freccia libro primo, de ſubfeu. titulo de Admirato maris, in diſcernendo Magiſtratu, cuius erat apud antiquos Principes cuſtodire portus aduerſus extractiones, ac rem maritimam curare tamen, vt vides in hac ipſa l tempore Imper. Valen. & Gratia. huiuſmodi cauſa magiſtro militum demãdabatur; De magiſtris verò portuum non frequens eſt mentio apud antiquiores tamen Cicero Epiſtol. ad Acticum libro quinto, capitulo decimoquinto, per magiſtros inquit ſcripturæ, & portus Raró quos magiſtros portus vocat Cicero, hodie Magiſtros Portulanos neceſſario intelligi oportere: quibus adiungitur regius Archiuarius, & Magiſter actorum, de quibus mentio eſt in lib. pragmatic. de offic. ad reg. maieſt. collationem ſpectan. fol. 162. vbi titulus. Para la extrartion de los granos yotras vittuallas que ſe extrahen de las marinas ycarga dores del reyno. *Vinorum extractio vetita in regno.* *Magiſtri portus apud veteres.*

Præter liquamina: de quibus diximus, euectiones, ſeu extractiones prohibentur aliarum rerum frumenti, leguminum, ſiue omnis generis victualium, pecuniæ, animalium, lignaminum: quæ ad nauigia fabricanda ſunt apta. Item armorum Cotis; quo ferrum acuitur, Item ſulfuris, ſalis nitri, & pulueris, Item veſtiũ cuiuſuis ſpeciei, Item lini, cum per Iura Romana, tum per leges regias: quas recenſet Marc Anton. Surgenſ. de Neap. illuſtr. capitulo vigeſimoquarto, numero decimo, & ſeq. & ante Surgentem, quamuis non dum impreſſus doctiſſimus Regẽs Moles immortalis memoriæ in ſolemni tractatu de regal. Regn. Neapol. titulo de Iuribus Dohan. per plura capita, quæ nuper vidi manuſcripta apud Dom. Thom. filium Patre diguum, ſummeque expectationis Iuuenem ornatiſſimum. *Summa rerũ quæ ſunt extrahi vetita in regno.*

Ex Iuſtiniani C libro 4. titulo 48. de peric. & commodo rei vend. Imper. Alex. Iuliano.

Cum conuenit, vt ſingulæ amphoræ vini certo precio veneant, antequam tradantur, imperfecta etiam tunc venditione periculum vini mutati emptoris: qui moram menſuræ faciendæ non interpoſuit; non fuit. Cum autem vniuerſum: quod in horreis erat poſitum poſtea veniſſe ſine menſura: & claues emptoribus traditas allegas: poſt perfectam venditionem, quòd vino mutato damnum accidit, ad emptorem pertinet. *Legis tenor.*

Anno-

Digitized by Google

Annotatio.

Vini venditio vel ad menſuram, vel ad corpus, cuius in effectus.

Vinum altero è duobus modis vendi poteſt, vel ad menſuram, vel vt corpus, & ſpecies; Primo caſu in quæſtionem venire ſolet contractus efficacia, item vini periculum. Efficax, & perfecta cenſenda eſt venditio, quantum attinet ad obligationis productionem propter conſenſum in vino, & precio: quantum verò ad periculum, quoniam tacita eſt conditio, vt in ſingulas amphoras: quas admetietur venditor precium diſtribuatur, perfecta non eſt, priuſquam vinum admenſum ſit l. quod ſæpe §. in his, vbi Gloſ D. de contrah. empt. & hic in princ.

Efficacia contractus vtilis eſt ratione augmẽti, vel diminutionis precij; ſtatur enim precio conuento, etiam ſi adhuc vinum non fuerit degustatum, vel admenſum Paul. Caſtr. in l. ſicut C. de acti. empt. & vendit.

Vtilis quoque eſt, ne liceat à contractu recedere altero contrahente inuito, puta venditore, etiam ſi mora interceſſerit in tradendo, vel aliàs, probat, & deciſum refert in S. C. Afflict. deciſione 280. à numero 4. & 7. Et licet Gloſ. l. neceſſario verſiculo ſi ita res D. eo. & hic inſtit. de empt. & vendit in principio, & Hoſtienſ extra eo. Paragrapho ſecundo, nihil dicant quando mora facta eſt, tamen bene probatur in l. ſi quis vina D. hoc titulo, quem textum Afflictus inducit, Et doctores intelligunt d. l. ſi quis vina; tàm ſi vinum fuiſſet venditum, vt corpus, ſeu ſpecies, quàm ſi ad menſuram, Odoffred. exponendo literam, ibi *ſubde in ſpecie vel ad menſuram*.

Periculi conſideratio in vini venditio.

Quo ad periculum aduerti oportet ad hunc textum: qui videtur dicere, quòd mẽſurationis vice traditionis habetur, & pluris facienda eſt quam deguſtatio; Nam, & ſi vinum ad menſuram venditum deguſtetur, niſi tamen fuerit admenſum, non ſolum effuſionis, ſed acroris, & mucoris, omneque periculum ad ipſum venditorem ſpectat Gloſ. in d. l. 1. verſiculo, & vſque ad deguſtationem verſiculo vbi autem ad menſuram D. eo. cuius rei ratio eſt Alber. quòd debuit venditor emptori denunciare, vt tolleret vinum iam deguſtatum; quoniam tàm eſt in culpa emptor: cui denuntiatur, vt dictum eſt, quam ſi ex pacto periculũ in ſe ſuſcepiſſet, quibus duob. caſib. nihil eſt, quod venditori imputetur, Gloſ. in d. l. ſicut, quam ibi ſequitur Bald. & hic verſiculo breuiter, per textum l. ſi quis vina, §. ſi aduerſione, & l. ſi per emptorem D. eo. & hic eſt textus à contrario ſenſu, ibi qui moram menſuræ faciendæ non interpoſuit; ad quæ videbis Couarr. practi. quæſti. capitulo tertio.

Quæ verò in deguſtatione diximus, in obſignationeque conſidera eodem themate retento cum ſcilicet ad menſuram vinum venditur. Nam ſi dolium ſignatum ſit, nequaquam traditum videtur, iuxta ſententiam Labeonis in d. lege prima, Paragrapho ſi dolium. Idque verum, intelligit hic Caſtrenſ. quoties cellæ vinariæ claues penes venditorem remanſerunt. Aliàs periculum eſſet emptoris poſt traditionem, nulla facta ad huc menſuratione, & eſt notabilis cautio pro venditore, vt abdicet ſe à periculo, ſecundum Caſtrenſ. & Angel. quorum dictum Philip. Deci. examinat conſilio 179. Addo Rebuff. in commen. conſti. Franc. titulo de matter. poſſeſſo. in præfat. numero ſexageſimoſexto, & 116. qui dicit per ſolam traditionem clauium domus non transferi poſſeſſionem mercium: quæ ibi ſunt. Et plus dicit. Vinum ſignari magis, ne immutetur, quam, vt traditum videatur, refert Borgnin. Caualcan. deciſione ſeptima, numero tertio, de contracti. parte ſecunda, Et eſt reſolutio, quòd licèt ſignatio rei vim habeat traditionis per textum in l. quòd ſi neque in fine D. eo. fallit in vegete vini ſignata, per textum, d. Paragrapho ſi dolium, & eſt Gl. in d. l. quod ſi neque, §. fin. ſecundum Ludouic. Roma. ſingul. 285. meminit Ant. Gabriel. commun opini. libro 3. de empt. & vendit. concl. 2. limit. 12.

Per traditionem clauis cellarij an dicatur vinum conſignatum.

Neque contemnendus eſt Zaſius in l. poſſideri numero octauo, verſiculo tertius caſus eſt de acquir. poſſeſſ. vbi dicit, quod cum traduntur claues cellæ vinariæ, non ideò videtur traditum vinum in ea cella venditum; niſi ſit præſens ipſa cella, cum nec ſufficiat videre cellam, vbi vinum eſt; quia, & ſi cella videatur, tamen non videtur vinum: quod eſt venditum, in quo cellæ angulo ſeruetur, qua de re, inquit, non poteſt dici acceſſiſſe corporalis apprehenſio, & ita intelligit ipſe Bartolum in l. clauibus D. de contrah. emptio. & Anto. Butri. in c. fin. col. 13. extra de cauſ. poſſeſ. & propriet.

Hæc in venditione ſimplici, & ſine ſcriptis contracta intellige vera, Nam ſi in ſcriptis, vt ſolet, contrahitur, poneretur que conſtituti clauſula, non etiam precarij, ita vt per fictam traditionem omnis poſſeſſio tranſiret, & dominiũ in emptorem, eiuſdem eſſet periculum, non autem venditoris, & vſuræ precij quoque deberentur ex his: quæ diſcutit Anton. Capic. deciſione 14. & poſt eum Petr. Paul. Pariſ. conſil. 59. vol. 1. quem allegat Vrſill. ad Afflict. deciſ. 280. numero 3.

Videamus modò quando vinum, vt corpus, ſiue vt ſpecies venditur, cuius rei exemplum, eſt in textu ibi vniuerſum: quod in horreis erat poſitum, vel vt exemplificat Baldus, in d. l. ſicut, tibi vendo vinum totum: quod eſt in hac vegete, vel omnia Græca, omnia Neapolitana, quæ habeo in magazenis, vt in caſu Afflict. ead. deciſione trecenteſima nonageſima nona, Et ſecundum eos idem eſt ſi adderetur venditioni certi corporis ratio precij, & menſuræ. Verbi gratia ad rationem decem ſolidorum in ſingulas ſalmas, Namque ait Baldus, menſuratio non venit ad ſuſtantiam, ſed ad declarationem ſolius precij: quod, & in ſe ipſo certum eſt tàm naturaliter, quàm geometricè, vel dic breuius ſi maior certitudo eſt

in corpore, quam in menſura, venditio dicitur ſpeciei, ſi è diuerſo generis. Si enim vendo decē amphoras vini latini ex hac cella, & hac vegete, licet ex omni parte ſit certitudo, principaliter tamen eſt in ipſa menſura, & ideo, ratione tacitæ conditionis, donec admenſum fuerit, vinum quantum attinet ad affectus, reputatur tanquam genus, ſiue precium decem amphorarum inſimul dictum ſit, ſiue in ſingulas amphoras ex textu d. l. quod ſæpe §. in ijs, & §. ſed, & ſi ex doliario, de quo Soccin conſilio 32. volumine 1. & clarius Pariſ. conſilio 64. parte 1. num. 27. & 73.

Effectus maximus huiuſmodi venditionis; quæ in ſpecie fit, reſultat, ſtatim contractum intelligi perfectum, ideoque omne cōmodum, & incommodum ad emptorem ſpectare d. l. ſicut, & d. §. in ijs, Et quæ ſint ea incommoda? recenſentur in d. l. D. eo.

Sunt autem aliqui caſus, vbi non emptoris, ſed venditoris damno hæc cedunt, aut quia conuentum eſt, vt ipſius venditoris ſit periculo, & quod actum eſt, attendi debet, quandiù periculo ſe ſubiecit, vel ſi non apparet dies ad id præfinita, quo ad vinum deguſtetur, d. l. 1. proxime allegata.

Aut quia venditor eſt in mora, quominus emptor deguſtet, quando ſcilicet actum fuit, vt guſtaretur, & propter ſuam moram periculum ſubit, l. ſi quis vina D. illomet titulo.

Aut quia vina; de quorum bonitate affirmauit venditor, naturaliter corrupta ſunt.

Aut quia vini fugientis vitium dolo tacuit, l. ſi vina, quæ in dolcis eo. tit.

Itaque quatuor modis reſtringitur regula, ne ſit periculo emptoris vinum in ſpecie vēditum. Bald. hic ſed & ante Baldum iiſdem modis ex ordine limitat Alberic. ſuper rubr. D. eo. & ex recentior. Affl. dict. deciſ. 399.

Vini deguſtatio quando referat ante guſtum.

Id autem; quod de guſtatione tetigi, cautè intellige; quoniam multi DD. tenuerunt, cum vinum deguſtationem deſideret, etiā ſi in ſpecie vendatur, priuſquam deguſtetur, periculo eſſe venditoris, fuitque originalis opinio Ioannis; quam inuolutè recitat Angel. hic, circa finem. Sed non eſt recedendum à Gloſ. cum ſuis limitationibus ſupra relatis, Quandoquidem cum certum corpus venditur, de ſe queri debet emptor, ſi non guſtauit, vel ſi guſtando malè probauit, vt eſt textus apertus in d. l. ſi vina, quæ in doleis, qua de re Anton. Fab. in ſuo C. hoc eo. titulo prima definitione inquit iudicatum. Si emptor vina deguſtauerit, & malè probauerit, iam tum fortè acida, aut mucida, de ſe queri debebit, nec eo ſolo prætextu, quod non dum perfecta ſit emptio, ea improbare poſtea poterit, quæ ſemel probauit.

Tale vinum eſt: quod in aduerſione dicitur venditum, in quo ſatis eſt venditori, ſi cuſtodierit, textus eſt in l. 2. §. cuſtodiam cum l. ſeq. & allegata l. ſi quis vinea, §. ſi in aduerſione eodem titulo.

Sed neque perpetuò cuſtodiæ obligabitur, cū poſſit aliquando venditor poſtquam id emptori comminādo denunciauerit vinum per corbes, vt veterum more loquamur, metiri, atque ſi placeat effundere, vel laudabilius bona fide vendere, vt quam minimo ſit ea res emptori detrimento: quæ latius explicat I. C. valdè notanter in l. 1. licet D. eo. vbi Alberi tria notat eſſe neceſſaria, vt liceat venditori vinum effundere.

Traditio eſt contractus implementum.

Ex his ſequitur, quòd ſi vini in ſpecie venditi, nec deguſtati periculū ſpectat ad emptorem, ſpectabit quoque, & ſi non dum fuerit traditum, traditio enim perfectioni contractus empti, & venditi nihil addit, cū ſit magis contractus implementum, quam perfectio §. cum autem in ſtit. de empt. & vendit. vbi omnes notant.

Propterea quæ de vini traditione in hac l. 2. habentur per clauium aſſignationem intelligit Gloſa non neceſſariò, ſed quia eo modo cautior eſt venditor, & DD. ſequuntur.

Clauium traditio quid operatur.

Poteſt etiam dici, quod illa verba ponūtur in textu ex venditoris narratione, ibi. *& claues emptoribus traditas allegas*, nō ergo ſunt decidentis principis: qui ad ſolam perfectionem contractus verba deciſionis direxit, ibi *poſt perfectam venditionem, quod vino mutato damnum accidit ad emptorem pertinet* doctores tangunt hic triplicem illam perfectionem; de qua notanter Bald. in tract. de iur. protomiſ. verſ. venio ad ſtatutum de quatuor menſibus, & latius Afflict. in conſtit. ſancimus eo. tit. vbi dixi.

Agunt quoque de vino in genere generaliſſimo, & ſubalterno, de quo ſubalterno videbis Bart. in l. pen. §. ſi dolia, de actio. empti. vbi dicit, quod qui debet decem vegetes de viginti, quas habet in cellario, poteſt pręſtare quas vult, dummodò præſtet integras.

Emptoris cautio in emptione vini.

Et q̄ ſit venditoris cautio, q̄ contra ſit ementis cum vinum venit, docet M. Cato de re ruſt. cap. 146. *lege hac vinum pendens venire oportet vinaceos illutos, & fecem relinquito, locus vini ad Kalendas Octobris primas dabitur, ſi non ante ea exportauerit, dominus vino quod volet faciet. Cætera lex quæ oleæ pendenti*, & refert Bude. in pandec. ad l. 1. §. fin hoc titul. conſtituitque diſcrimen vini pendentis, & doliaris, vt pendens dicatur prius quàm in dolijs reponatur, nā ſi adhuc in vuis eſt, magis vindemia, quam vinum pendere dicitur.

Quædam tamen diligētius inueſtigat de vino doliari Andrea. Turnebus primo tomo aduerſariorum c. 1.

Tempus precij ſoluendi.

An autem precium ſolui debeat ſecundum tempus menſurationis, an ſecundum tempus celebrati contractus, Franciſc. Marc. deciſ 58. quæritur quando vinum in ſecunda parte vbi de aſſignatione clauium cellarij, & de alijs quæſitis ad materiam.

Res quæ curſu temporis deteriores fiūt ante tempus non ſoluntur creditori inuito.

Aduerte quoque tanti momenti eſſe periculum deteriorationis in vino, vt ſi pactum eſſet mēſurari, vel tradi vinum in menſe Septembri, non poſſet ēt ante tempus ſolui inuito creditore, vel emptore; quod eſt regulare in quacunq; re: quæ curſu temporis deteriorari poſſet, Gulielm. quem ſequitur Bald. in l. plures apochis

in fine

in fine C. de fid inſtrum. Angel. in l. ſi Titius D. quæ res pignor. oblig. poſſ. ſingulare dicit Iaſon in l. 2. C de iur. emphit nu 65.

Notarius de vini ſtipulatione rogatus quid exprimet?

Pone Titium vendidiſſe Sempronio vas vini doliaris, rogaſſeque notarium, vt de contractu inſtrumentum publicum celebraret, guſtato etiam vino, an notarius hoc exprimet? Io. Andr. ad Speculat. tit de inſtrum. editio. partic. 2. §. reſtat. verſ. inſtrumenta conficiet de his: ſuper quibus rogabitur, quæ viderit, & audierit, reſpondet quòd de ſuo guſtu non habet facere inſtrumentum, ſed ſcribet quòd partes ità dixerunt, licèt magna eſſet præſumptio, ſi adderet ſe guſtaſſe, & ſic inueniſſe, idemque affirmat in c. quoniam contra in magna Gloſ. ante finem, extra de probatio. quod, & exemplificatur in vino vendito, & probato in odore ſapore, & colore, vt per Affl in conſtit. reg baiulos omnes n. 38. verſ. 4.

Cedere bonis vini venditor vbi nequit.

Et nota vbi in creditum datum eſt vinum, idque particulariter venditum, Burdegalenſem Senatum iudicaſſe, vt neque cedi poſſit bonis, neque dilationes, & quinquennalia concedantur, teſtatur Ferronus in comment. ad dictas côſuetud. tit 115. des vaiſſe à tenit vin, iniquum. n. putatur, ſi iã venditione vini in alterius vtilitatem verſa, vel vt decoctor mutuum diſſimulet, ita Ferron.

Exceptio prodeſt emptori ſicut venditoris vini qualitate.

Cum quis verò emit omnia vina cellarij, exceptis acidis, & mucidis, non poteſt ea petere, quamuis exceptio videatur ad emptoris fauorem l. ſi vina, de perie. & com. rei vend. Bald. rationem ponit in l. quod fauore. 8. oppoſit. C. de legib.

Exceptionis, & actionis conſideratio cum a contractu receditur.

Et cum cauſa ſubeſt recedendi à contractu venditionis ipſius vini, is qui reſciſſionem approbat, non ſolum habet exceptionem aduerſus ſuum aduerſarium ſiue precium retinendo, ſi emptor eſt, qui conuenitur, ſiue vinum venditor, ſed etiam actionem, ideſt petendo inſtrumentũ venditionis caſſari, & condicendo quod forte ex ea cauſa dedit antea quàm à contractu recederetur, textus iuncta Gloſ. in l. ex empto §. is qui vina D de action. empti. faciunt notata in l. pecuniæ de ſolut.

Veges habet ſe vt continens, vinum vt contentum.

Neque ſilentio prætereundus eſt Bald. qui hunc textum l. 2. cum conuenit. C. de peric. & com rei vend. allegat in l data opera nu 47. C. qui accuſ. non poſ. vbi dicit Vegetem, ſe ad vinum habere tanquam continens ad côtentum, idque quo ad teſtimonium teddendum, ſubiacere oculis, & quod manus tangit, guſtus guſtat, odoratus odorat, menſuram verò probandam eſſe per menſurationem, vide infra de menſuris, & vaſis vinarijs.

DE VINO LEGATO.

Ad hunc tit. quædam pertinent poſita ſupra in quæſitis vindemialibus.

Vinum legato cedit, aut cum expreſsè legatur, aut tacitè, expreſsè, cum ſub proprio, ac ſubſtantiuo nomine ſit legatum, quo caſu primum quæritur, quid veniat ſi b appellatiuo vini? & omnia contineri, quæ in numero vini paterfamilias habuit, habetur in l. 1. & 9. D de triti. vino, & ole. leg. in quas ll diffuſè Iacob. Menoch. præſumpt 152. libr. 4. dictamque l 1. ad verbum ponit Antoni. Perſius in libello de Ber caldo c. 4.

Quid veniat appellatione vini legati.

Secundum nunquid doliare tantum vinum, an, & quod in amphoris, & cadis diffuſum eſt, legato cedat? & cedere reſpondet Proculus in l 6. eo tit.

Sub vini legato omne vinum intelligitur.

Tertium, an omne vinum, cum nulla quantitas in legato exprimitur omne quantum paterfamilias reliquiſſet, legatum cenſetur l. 7. eo. titul.

Quartum, ex illo dolio amphoras decê dari, ſi non decem, ſed pauciores inueniantur hoc tantummodo accipitur quod inuenitur, inquit textus, l. 8. §. 2. de lega 2.

Vaſa an vino cedant.

Quintum. Quæri ſolet, an & vaſa debeantur, nihil enim de vaſis teſtator cauit, & quæ parua ſunt, nec ad perpetuum vſum reſeruata, vt amphoræ, & cadi habentur enim, vt exportentur, ex mête teſtatoris veniunt, nô quia pars vini vaſa ſunt, ſed quod ea voluit vino accedere. Vtres verò, & culci, & ſi portatiles ſint, non debentur, l. 3. §. 1. & l. 14 eo. tit.

Itaque dolia ad perpetuum vſum cum in cella defodiuntur, & deprimuntur non exportabilia minimè legato cedunt. Alciat. & Rebuff. in l. vinaria D de verb & rer. ſignific. explicat Iacob. Menoch. dic. præſumpt 152. & Catelli. Cotta in memori. verb vino legato poſt Cuiacium libro ſecundo, obſeruat. capitulo vigeſimoſexto.

Legatum & ſtipulatio differunt.

Quòd verò de paruis vaſis dictum eſt, ſanè accipias in legato, non item in ſtipulationibus, qui enim promiſit, verbi gratia, duas ampullas vini ſingulis annis tali feſto, non vtique tenetur dare ampullas Raph Fulgoſ. conſil. 231. quem corrupte citat Cotta vbi ſupra conſ 321. & hoc modo poteſt intelligi quod benè dicit Gloſ. l. in teſtamentis de regul. iur. quæ tenet vino vendito vaſa non deberi, licèt plures eam reprehendant intelligentes nullam eſſe differentiam inter legatum vini, & venditionem quo ad vaſa parua, & modici valoris, vt per Deci. & Cagnol. ibi, & venire vaſa in venditione, poteſt eſſe exemplum in maluatico: quod ferunt Veneti in illis vaſculis ſimul venditis.

Vinum Malnaticum venditur cum vaſis.

Legatario competit contra hæredem ad exhibendum actio.

Secundò, principaliter vinum legatur cum adiectione menſuræ, & ſi optio quoque legata eſt vini, quæri ſolet Primò de guſtatione: quam ſi non permittat hæres aget legatarius ex teſtamento, & ad exhibendum, vt guſtare liceat vel ad id: quod intereſt non guſtaſſe l. 2. §. 1. eo. titulo.

Eodem themate retento, ideſt cum menſura adijcitur, ſecundò quæri ſolet, an ex eo vino: quod teſtator habebat, an ſi nullum habebat adhuc teneatur hæres? vinum hæredem empturum, & præſtaturum reſpondet Vlpianus l. 3. in principio eo,

 Si men-

Digitized by Google

Menſura vini ad fundum referetur conſi... demonſtrationis, vel taxationis.

Si menſura ad fundum, ex quo vinum præſtandam erit referatur, Tertiò quæritur, quid eum non tantum natum ſit? reſpond. vel teſtator vltra proceſſit, dicens ex eo: quod in fundo natum eſſet, & hæc verba ad præteritum reſpicientia taxationis vicem obtinent; ideo non amplius debetur, quàm quod natum eſt l.5. eo. tit. concordat textus, l. ſi debitor §. veriſimile D. de contrah emption.

Aut ſimpliciter vini legatm ad fundum retulit, vel ſi tempus expreſſit, indicatiui futuro eſt vſus, & tunc ſupplebitur ex futuris prouentibus, ſiue ſemel, ſiue in annos ſingulos præſtādum ſit, exempla habes in l. 13. eo. ex eo vino: quod in illo fundo naſcetur quotannis, in annos ſingulos dato in l. legatū §. 1. de annuis legat. ſic vini Falerni: quod domi naſcetur quot annis in annos ſingulos, in l. Firmio D. quando dies legaced. dati volo quinquaginta ex redditu prædiorum futuri anni in l. Lucius D. de alim. legat. ex redditu eorum ideſt fundorum alimenta percipiant volo, quo in loco Bartol ſingulariter declarat, quomodo locus certus in legato adijcitur gratia taxationis, vel gratia demonſtrationis, & poſt perfectum legatum. Surd. de aliment. tit 4. q. 16. de Franch. deciſ. 721 4. parte, qui allegat Napod. in conſuet. ſique mulier, verbo de bonis, verſ. ſed quando videatur.

Nec tamen putes id in legato tantum eſſe cum idem ſit in ſtipulationibus, l. 82. §. ſacram de verbo. obligat. Si ſtipulatus fuero ex fundo centum amphoras vini, expectare debeo donec naſcatur.

Poteritque euaneſcere tàm legatum, quam ſtipulatio, ſi ſpes futurorum omninò defecerit, vt in eo. §. ſacram ibi *& per has vices aut ceſſaturam, aut valituram*, pariter annuit d. l. legatum de annuis legatis ibi *ſi modò ex vindemia cæterorum annorum dari poſſit.*

Futurum vinum in ſtipulatum venit.

Non enim eſt dubium, quin vinum: quod nōdum natum eſt, ſed naſciturum ſpetatur; legari poſſit, l. quod in rerum natura, in prin. de leg. 1.

Electio an hæredis vel legatarij.

Quid ſi optio legata non eſt? reſpond. electio hæredi competit in legato incerto, & generis, per l. comprehenſum; vbi Glo. & Bald. de contrah. empt. Nam, & quod eſt minus legatum videtur. Neuizan conſ 72 num. 21. quem ſequitur Burſat conſ. 438. nu. 22 vol. 4. Textus verò l 3. de trit vin. & ole leg. videtur electionem hæredi dare, quoties teſtator vinum non reliquit, vinum hæredem empturū, & præſtaturum. Nam ſi vinum reliquiſſet teſtator, videtur electio legatarij, dummodo mediū eligat, vt D. de leg. 1. l. 37. item etiam cui centum amphorarum electio data ſit, acetum eligentem non conſumere electionem, ſi id acetum elegerit quod vini numero paterſamilias non habuit l. 2. in fin. de optio. legat ſcilicet ſi ante deguſtationem acetum elegerit, l. 3. eo. tit.

Vinum ad vaſa refertur quibus continetur.

Tertiò principaliter vinū legatur, relato ſermone ad vaſa: quibus continetur. In quo ſolet quæri primò, an eorum expreſſio reſtringat legatum? reſpond quandoque teſtator vſus eſt dictione cum, V. G lego vinum cum vaſis, vel cum cadis, & debetur vinum, ſi quod fortè in dolijs eſt extra cados, & vaſa l 15. eo. tit. hæc enim dictio vini diminuendi non habet, argum l ſi quis legauerit 124 de lega 1. facit l ſi cui ſerui. in princ. eo. de leg 1.

Quandoque vſus eſt dictione, in, puta lego vinum in amphoris, habebat autem teſtator vinum in vrnalibus extra amphoras. & illud quoque deberi Labeo, & Trebatius reſponderunt l. fin in princ hoc tit ea, vt puto ratione, quoniam in amphoris vrnæ inſunt, cum ſit vrna amphoræ dimidium, vt patet ex Fannij Palemonis carmine, vbi de menſuris humidorum; ita enim inquit.

Amphora fit cubus
Huius dimidium fert Vrna

Vrna.

Idque alij recentiores ſequuntur, licèt ad dictum textum l fin hunc ſenſum non accomodent, ideo cauebis à Bart. poſt Gloſ. quoniam non videntur bene loqui quo ad dictam l. Itaq; noſter intellectus recipiendus eſt; Namque ſi quod ita legatur in vaſis: quę extra vaſorum genus ſunt, eorum ſcilicet, quorum alterum inſit alteri, dici oportet, legato non cedere V. G. legauit Titius vinum in dolijs, vtiq; non continebitur quod eſt in cadis, vel vaſis vinarijs; quoniam dolia in vaſis vinarijs non ſunt l. vinaria D. de verb. & rer. ſignific. & l. vinum cum vaſis hoc tit. pro me facit l. ſed, & ſi certos D de leg. 1. & l. ſi ſeruus §. qui quinque, quæ iura allegat Gloſ. verb in amphoris d. l fin.

Vinum in apothecis.

Hic etiam nota, quod cum vinum legatur: quod in apothecis eſt, ceſſat vulgaris clauſula contra veteres legando vti ſolebāt, annua bima trima die hæres vt ſolueret l 30. de lega. 1. qm̄ inquit I. C quoties ſpecies ſpecies legatur, ceſſare dicitur clauſula hæc.

Hæredi quomodo liceat vinum legatū effundere.

Iuxta idem thema quæri ſolet, cum per legatarium ſtetit quominus vinum accipiat, nunquid hæredi liceat vinum effundere, quo dolijs vti poſſit, non enim ambigitur, dolia ad hæredem pertinere per d. l ſi cum vinum §. 1. Reſpōdet Pomponius in l. ſi hæres hoc tit. Damnum: quod propter moram paſſus eſt hæres poſſe à legatario conſequi; Cæterum quod effuſum eſt hæredis periculo cedere.

Vini amphorarij appellatio quid importat.

Quartò & poſtremò vinum legatur cum adiectione qualitatis, ſiue ēt certæ ſpeciei, exemplum in d. l. fin. §. 1. verſic quod ſi ita ibi, vinum amphorarium; ecce qualitas indicatiua. Amineum, Græcū ecce ſpecies. Si huic legato ſubijciatur qualitas cum dictione vniuerſali, eaque adiectio non propriè vino conueniat V. G. dulcia omnia, hoc quidem caſu dulcium appellatiuum annexum vini legato refertur ſolum ad id: quod potionis eſt, ex ſententia Labeonis: quem non improbat Proculus; declarat Felin in c. ſedes num. 3. de reſcrip. ſequitur Vrſil. ad Affl, deciſ. 106 nu. 5. & 6.

Tu verò aduerte: namque eorum opinio vera eſt, quia vini ſpecies: quæ præcedunt, ſolent eſſe mediæ; quoniam vina ſunt, & dulcia interdum, veluti ſunt Amineum, & Græcū, de quibus diſſeruimus ſupra vbi de vinis regni Neap.

Eaque

Digitized by Google

Eaque ſummo precio Romæ haberi teſtatur C.Plin. hiſto.natur. lib 14. c. 14. Non quia dulcedo in his ex propria ſit natura, id enim falſũ eſt, dicit enim Ariſtot. vinum dulce nullũ ſaporem obtinere proprium vini, ſed alienum penitus reddere. Itaq; ſubdit ipſe philoſophus, proplem. 27 ſectio. 3 dulcis rei non vini auidus appellandus, qui vini dulcis tenetur deſiderio, ſed quia inter vina, & dulcia quædã ſunt mixta, vt eſt vinum murinum: quod non inter vina modò, ſed inter dulcia quoque nomen habet, ſuntque alia eius generis media: quæ recenſet idem C.Plin die.lib. 14 c 9 & 13.

Et ſecundum prædicta euitatur oppoſitum de l.quæſitum §. penult D. de fund inſtruc. in quo valdè laborant Bart & Dynus.

Quod autem de vino dulci dixi, aliter expoſitum videtur ab Antonio Perſio in vulgari libello del ber caldo, c. 5. tu ipſe, ſi ſcis elige meliora.

Neque admodum arridet Andr. Alciati opinio lib. diſpun. 1. cap fin. qui docet Amineum legi, ideſt optimum. Nam Lucas Paetus Alciati diſcipulus, antiquarum dictionum obſeruator lib. 3. de menſuris, literam vulgatam retinuit, quam nos ſupra poſuimus.

Latius verò ad intellectum d.§ cui dulcia videndus eſt Ioannes Cephal conſil. 734. adhuc ſubtiliter n. 10. & 21. lib 5 poſt Abbat. & Deci. in c ſedes extra de reſcriptis.

Cella vini à cella vinaria differt.

Hic quoque animaduertendum puto ad non in elegantem differentiam: quæ colligitur ex dictis Aluari Valaſch conſultat 59 loquētis de mercatore; qui legauit apotecam pannorum, qui probat, quod ſi legatur cella vini, nō idem eſſe ac ſi legatetur cella vinaria.

Vinum tacite aliquãdo venit in legato.

Hæc ante dicta procedunt, quoties in legato facta eſt vini mentio, modò quæro, ſi non eſt vinum expreſsè legatum, an ſit caſus in q o tacitè comprehendatur, Et ex diuerſis factorum figuris vno vel altero modo reſpond. vel cū ſit fundus inſtructus, vel cum inſtrumēto leg. t r, cum plus ſit inſtructum, quam iſtrumētum; eſt in vino exemplum in l quæſitum, in princ. & 3. ſed ſi fundus D. de fundo inſtr. vel inſtr. leg vnde Prædijs inſtructis legatis, vinum quoque contineri: quòd ibi conſumendum pater familias comparauit, ſiue ibi ſit, ſiue in apotecis, textus eſt in l. 1. C. de verbor. ſignific & d. §. ſed ſi fundus.

Penus appellatione an vinum contineatur.

Item penu legata vinum deberi, ſi non excipitur, textus eſt in l. 3. & 4. in fine D. de pen. legat. & an vaſa penuaria? habetur in ead l. 3. in fin. cum princ l. ſeq. Potus autem nomine contineri vinum ceruiſiã, & alia huiuſmodi potionis genera probat Rebuff. in l. verb. victus, in princ. D. de verb. & rer. ſignif. legata verò omni penu præter vinum: quod Romæ erit quid veniat? vide textum l. nam quod liquide, §. fin. de penu. lega.

Mobilium appellatione an vinũ contineatur.

Teſtator legauit omnia mobilia: quæ domi habebat, vinum legato cedere, niſi cōmunem loquendi vſum aliter ſe habere, probetur, ideſt teſtatorem de ſuppellectili ſenſiſſe, non etiam de fructibus, de qua re latè Deci. conſil. 472. licèt Decium in quibuſdam dictis oppugnet Hierony. Gabri. conſ 98. in ſpecie propoſita nu. 30. & 36.

Totum mobile legatum quid veniat.

Cui eſt ſimile, quoties teſtator legauit totum ſuum mobile, de quo Plotus in repet. l. ſi quando nu. 16. C. vnde vi, & Borgni. Caual. de vſufr. mulier. telic nu 82. Couarru vatiar reſol. lib 2. cap. 5. vide quæſtion. vindemial. nu. 35. legatum vini.

Appellatione vſus fructus legati non venit vinum.

Bonorum verò vſufructu legato, vinum minimè comprehendi dicit Cicero in Topicis loco ex contrario, his verbis *Non debet ea mulier, cui vir bonorum ſuorum vſumfructum legauit, cellis vinarijs, & olearys plenis relictis, putare id ad ſe pertinere, vſus enim non abuſus legatus eſt*. quæ ſententia iure ſcripto fundatur in §. conſtituitur inſtit. de vſufruc. Borgni. Caual. tract. de vſufr. num. 82.

Niſi per cautionem.

Qua ratione cautionis remedio vtitur is: cui ſic legatur, & ita vti vino poteſt, & ſimilibus; quæ vſu conſumuntur ſecundum DD. quos vide per Caualc. ibidem nu. 84. & inde.

Domo inſtructa legata vinum non venit.

Sed Domo inſtructa ſupellectilem legatam, non etiam vina accipimus, quia domus vinis inſtructa intelligi non poteſt l. ſi in teſtamento, D. de fundo inſtructo.

Annuum vini legatum quando debeatur.

Quæri ſolet, quando peti, & præſtari debeat annuum vini legatum? & reſpond I. C in princ. anni l. in ſingulos, vbi Bart. & alij D. de annu. lega. cum concord per Vinc de Franch. deciſ. 155. ſequitur Franciſ Viui. deciſ. 85. n 2 vol. 1.

Conciliantur l. prædia §. 1. de fundo inſtr. & l. quæſitum §. 1. de lega. 3.

Hic quoque aduertendum puto ad duo reſponſa: quæ videntur inuicem aduerſari l. prædia §. 1. D. de fund. inſtruc. vbi venit in legato vinum venditum, & pecunia, in l quæſitum §. 1. de lega. 3. ſub legato eorum: quæ ibi erunt, non veniunt nomina debitorum, & nummi Sed cōciliantur hoc ſanè modo intellecta. Verbum, *quæ ibi erunt*, cum refertur ad fundum, nihil aliud ſignificat niſi ea: quæ vſus perpetui cauſa ſunt, & inſtrumēta fundi. Quod ſi in d. l. prædia intelligeremus de inſtrumentis fundi, verba eſſent fruſtra appoſita; iam enim fit ibi inſtrumentorum mentio ibi *cum inſtrumento, & ijs: quæ in eodem fundo erunt, cum morıar*, & ita planus eſt ſenſus, vtrinſque literalis contextus.

Odofred. exponit, venire ſub legato nummos: qui modici ſuperſunt, ſicut vinum ad vſum ſcilicet patris familias,

Meum vinum.

Cum quis legat vinum, adijcitque meum, veluti vina mea lego, an hęc adiectio videatur pro conditione, vt ea demum vina quæ illius ſunt videātur legata; text. in l 85. de leg & ſid. 3. diſtinguit, & Bart. ſummat notanter meum adiectum certo corpori, & verbo præſentis tpis facit demonſtrationem, incerto corpori taxationem, futuro tempori conditionem.

DE COMMERTIO VINI, ſub decem prædicamentis.

Vini commertium liberum regulariter eſſe.

VIni commertia de iure libera ſunt, cui cōuenit lex regni ſcripta per cap regis Caroli primi: cuius verba ſunt, item iuſtitiarij ſtipen-

Digitized by Google

pendiarij, & familiares eorum, aliјque officiales vinum non emant, aut auferant ab inuitis, nec vegetes coſignent, ſed à ſponte vendentibus vinum recipiant, ſoluto prius vini precio: quo melius poterit conueniri, & quo communiter venditur, Quod ſi vegetes ſigillentur, liceat domino remouere ſigillum.

Gloſa ordinaria ſic contrarium vbique per regnum vſurpatur. Eſt, & aliud capit. incipit. Item caueant iuſtitiarij quo cautum eſt, ne vina cuiuſuis arreſtentur ſine mandato Curiæ. vt & inferius tangitur proximè.

Caroli Imper. ſtatutum de carnatico, & vino.

Specialiter autem carnaticum, & vinum ab operarijs, & ſeruientibus eccleſiarum, vt non exigant regij miniſtri præcepiſſe Carolum magnum Italiæ regem Pipino filio: cui regnum ceſſit ſcribẽs anno ſalutis 802. adnotat Carolus Sigoni. lib. 4. ex Francorum legibus.

Vide cap. Caroli primi. in ordine num. 50. cuius verba ſunt.

Bottellerij Curiæ regiæ. Arreſtare vinum an liceat pro curialibus

Item caueant ſtationarij Bottellerij noſtri, & omnes alij, quòd non arreſtetur vinum ſine mandato noſtro, & tunc in tanta quantitate quanta ſufficiat. Et illud quod reſtiterit vltra id quod erit ſufficiens, non reuendãt, ſed reſtituant venditoribus pro eodem precio: quo emerunt ab eis, & non faciant alicui exinde curialitatem ſub pœna valoris vini, in quo fraudem commiſerint.

Fiſcalis vini ſuſceptor vt venderet.

Fiſcus habet ſua vina, & pro vino miniſtros: quos vini ſuſceptores dicunt, eoſq; meminit I.C. in l. 18. D. de muneribus & honor. & lib. 10. C. de ſuari, & ſuſcep.

Vinum non dabatur gratis vt quædam alia obſonia.

Hi ſuſcipiebant vina fiſcalia, & populo vendebãt, nam Romano populo oleum, panis, porcinia gratuita præbebantur, vinum non niſi perraro, vt Vopiſcus in Aureliano, cuius meminit Pratæus in lexico verb. ſuſceptores.

Vini ſuſceptor habet ſeſtarios cum illud à prouincialibus accipit.

Tu verò dic officium horum ſuſceptorum fuiſſe per manſiones, & ciuitates Imperio ſubiectas, & tributarias à prouincialibus accipere vini viceſimas, ſiue quintas decimas ſecũdum locorum diſtantias, vel propinquitates, ideo, & ſeſtarios penes ſe habebant ipſi ſuſceptores, tex. eſt in l. modios C. de ſuſcep. præpoſ. & arcar. lib. 10.

Ius Baronũ. vt prius eorum vinum vendatur quã ſubditorum, quomodo reſtringatur.

Multi Barones idem ius habent in terris ſibi ſubditis ex regum conceſſione, vel alio modo ſicut & Camera epiſcopalis Monopoli in oppido Ciſternini quindecimani, iſti autem domini ius etiam habent, communi, iuſto, & celeri precio vinum ita receptum prius vendere, ac ſubditi coguntur expectare, dum vendatur, non tamen tenentur emere, ſi nolint, vt eſt conſtit. regn. magiſtris procuratoribus iuncta Gloſ. tit. de locat. deman. & ibi Affl. notat. num. 2. valere conſuetudinem, ne quis vẽdat bona ſua, niſi prius venditis bonis regiæ Curiæ eiuſdẽ generis, ſicut eſt, inquit Affl. in multis partibus regni vetuſtiſſima conſuetudo: quod vaſſallus non poſſit vendere frumentum, hordeum, vina, niſi prius vendantur vina Baronis, & fruges, ceſſante verò conſuetudine non ita.

Hic aduerte, quoniam debent plura concurrere vini bonitas id eſt, vt non ſit acetoſum, vini liquiditas, vt non ſit turbidum, vini puritas, vt non ſit aqua ſubtenuatum, & hæc ex parte vini, ex parte domini alia tria. notanter Io: Sayſon in conſu. Turonenſ tit. banc. à vin. art. 1. fol. 57.

Illa autem tria ex parte domini ſic explicat. primò vt vendat iuſto precio. Secundò vinum ſit natum in feudo. Tertiò vt vẽdatur in domo ipſius domini. vel Caſtello. quæ dicta ſequitur, & commendat Io: Beſſian. in conſuetu. Aluerni. cap. 25. artic. 21 fol. 228.

Ex quibus infertur, iſtud ius non procedere in vino: quod domini mercantur, vt poſtea minutatim vendant cauſa lucri, eſſet enim grauare ſubditos cõtra rationem. iuxta tradita per Franciſ Ripa de ſale loquentem, in tract. de peſte de remed ad conſeruand. vbertat. nu. 177.

Dicit tamen Io: Sayſon ibi, quòd multi abutuntur.

Vinum regij caſtelli pro turbatur regij an prius vendi debeat.

Monopoli fuit grauis quæſtio cum regio Caſtellano in anno 1606. & deuentum eſt ad manus, & arma illato vulnere in caput eius à Sindico: qui nolebat pati vinum Regij caſtri ſuperfluum ex munitione annona vendi, & interim ne ciues venderent ſuum, de qua re extant regiæ Cameræ ordines, Affl. in dic. conſtit. magiſtris procuraroribus loquitur ẽt de vinis regiæ curiæ ſentiens, vbi non eſt conſuetudo contra fiſcum.

Hoſpitij ius eſt poteſt vinicarius vendendo quam in cellaris.

Nunquid valeat conſuetudo: qua venditur, vel locatur ius hoſpitij cum priuilegio vendendi carius vno denario folietta vini hoſpitibus plus quàm venditur in ciuitate? Nauarr. conſil. 9. num. 4. tit. de cenſibus reſpondet, talem conſuetudinem defendi non poſſe.

Tu verò dic contra generali conſuetudine omnium hoſpitiorum etiam circumſcripto priuilegio, ratione autem conſuetudinis potuit compenſatio ſeruitij, quo hoſpes, ſiue caupo ad commodum viatorum vinum emit, vt victori præbeat accepto illo pluri vice mercedis exhibiti ſeruitij, idque commodo eſt viatori, ne ad ciuitatem emptum eat laxus ex itinere. Vide quæ dixi de magiſtro iurato c. de hoſpitio ante finem. verſiculo ſequuta eſt, & ſeq.

Vini venditor non habẽs vineam an teneatur dicere à quo habuit?

An qui vinum minutatim vendunt, ſiue etiã in groſſum, vt dicunt, ſi vincas non habent, teneantur indicare à quo emerunt, ne videantur fures? dic non ideo de furto ſuſpectos fieri; cum pecunia, vel amicorum auxilio veriſimilius ſit vinum illud ſibi comparaſſe, Ferron. in conſuetud. Burdegal. tit. 12. de furibus arbuſti. §. 3.

Nota in propoſito ſocietatis Gabellæ.

Socij plures conduxerunt gabellam vini. vbi eſt ſtatutũ pœnale contra vendentes vinum adminutum, an vnus ex ſocijs vendens contra formam ſtatuti teneatur conſocijs ad pœnam? Iuli. Ferett. in tract. de gabel. numero 141. probat quòd ſic, ſi id fecit ſine licentia ſociorum,

Eccl. non tenetur ad Gabellam. niſi in caſibus.

Ad ſolutionem verò gabellę non tenentur eccleſiæ pro vino: licèt minutatim vendant, niſi eſſet impoſitio pro oneribus; ad quæ eccleſia quoque teneretur, Thom. Gramat. deciſ. 100. nu. 25. habes infra lib. de Datijs & Gabel, cap. de immunit. eccl.

Vini materia ſub decem

Non ab re eſt, vini materiam quo ad ciuile com-

prædicamentis connumerantur.

mertium ſub decem prædicamentis differere, Ecce primum de ſubſtantia, ſecundum quam definitur in l. ſi quis vinum D. de triti. vin. & ole, leg. ideſt omne quod ex vinea natum vinũ permanſit. Eſt autem hæc definitio ex genere ibi *ex vinea*) adiuncta differentia ex conſiſtentia, ibi *permanſit*, eſt enim aliud, & in diuerſam ſpeciem trãſit, vt ſi mulſum fiat melle admixto, vel cum acuit, nam non poſſit dici vinum permanſiſſe, benè probat idem textus.

Eſt error in ſubſtantia aceto pro vino vendito.

Vnde quærit Vlpianus ſi in ipſo corpore non erratur, ſed in ſubſtantia error ſit, vt puta ſi acetum pro vino veniat an emptio, & venditio ſit, Marcellus, inquit, ſcribit emptionẽ eſſe, & venditionem; quia in corpus conſenſum eſt, & ſi in materia ſit erratum.

Vſia vini eſſentiam ſignificat.

Ego quidem conſentio; quia eadem propè vſia eſt, ſi modò vinum acuit, cæterum ſi vinum non acuit, ſed ab initio acetum fuit, cũ emebã, aliud pro alio veniſſe videtur, ita textus eſt in l venditionibus D. de contrah. empti quo in loco vſia græcè rei eſſentiam ſignificat Bude. not. prior. annot. in Pãdec. & Petr Andre. Gammar. legal. dialec lib. 3 de prædic. ſubſtan. Gloſ. in c ſicut in Sanctificando de conſecr diſti. 2.

Muſtum vini tranſit aliquando in aliam contractus ſpeciem.

Sed quid ſi mutuatur vinum pacto, vt reddatur acetum? & fieri tranſitum ratione pacti ad contractus innominati ſpeciem diſputat Deci. & alij moderni in l 3. D. ſi cert. pet. & reſoluitur per dic l. venditionibus diſtinguentem vinum: quod acuit ab aceto, ſecundum Ioan. Bologn. in d. l. 2. num. 35. & 36.

Subſtantiam intelligit I.C. in l. cum quid ſi cert. pet & in l. ſtipulationum quædam, & l. ſeq. D. de verb. oblig. ſub appellatiuo quid.

Accidentia nos ducunt ad ſubſtantiæ cognitionem.

Conſequens eſt de accidentibus ipſi vini ſubſtantiæ quædam præterea; quæ dicta ſunt, colligamus diſtincte Nam philoſ lib de Anima in prohemio inquit. Accidentia magnam partem conferunt ad cognoſcendum quod quid eſt.

Quantum, & quale.

Quãtum ſubſtantiæ menſura eſt. & de menſuris quædam.

De quanto: quod eſt ſubſtantiæ menſuratiuum, habes exempla in l. quod ſæpe §. in ijs de contrah. empt. & l. 74 cum leg ſeq. D. de verb. oblig & alibi, vt in diſcurſu videbimus, Ad ſciẽdum autem; quãtum tangamus aliquid de menſuris hæ in regno ſunt ſextarius vulgo carrafa, cuius materia communiter eſt ex opere figulino, vitreo, vel æneo.

Sextarius.

Dimidius.

Dimidius; qui, & hemina quibuſdam dicta, eſt vulgò *foglietta* meza garrafa.

Barillus.

Barillus: qui, & metreta, conſtat ex decem congijs, congius ex vi. ſextarijs Itaque Barillus ſicut metreta ex ſexaginta ſextarijs, ſeu garrafis, de Barillo vini, mentio eſt in c. veniens extra, de teſtib Barilium appellant Neapoli: de quo meminit Vrſil. ad Afſl. deciſ 399 num. 1.

Quartarium.

Quartariũ ideſt quarta Barilli pars ex 15. ſextarijs ſalma vini cõſtat ex quatuor Barillis: quæ menſuræ ratio alicubi variatur, vt in patria ex quatuor Barillis fit ſalma muſti, quæ caballus vini dicitur, quaſi vnius equi par onus. ſalmam verò vini iuxta patrios mores Neapolitanæ mẽſuræ æquabilem declarat ſingulariter conterraneus noſter Ab: Georg. Pazzaia in opuſculo de aritmetic. fol. 243.

Bottes Neapol. & cullei quæ menſura ſunt.

Bottes menſuræ Neapolitanæ ſingulæ ex tribus ſalmis, ſeu ex duodecim Barillis conſtant.

Culleus Neapoli eſt in vſu: quem, vt docet Angel. Politian viginti amphoræ complent lib. epiſtol. 10. vectores noſtri cum muſta important ſingulis caballis quatuor vtres imponunt. vtres coriacei ex pelle caprina fiunt in vindictam eius animalis, cujus morſus vitibus eſt noxius Virgil. Georgi. lib. 2.

Vtres.

Vnctos ſaliere per vtres.

Bartol. Taegius dialag. de humore vitis.

Vtria pro vtribus.

Vtres autem, & culleos meminit I.C. in l. 3. in fine de tritic. vin. & oleo. legat. vtria neutri generis quoque dici, pulchrè probat Iuſtus Lipſius epiſtol 1. centuria epiſtola 42.

Amphora menſura & aliorum menſuræ.

Amphora, Hemina, metreta, cadus, congius, quod menſurarum genus ſint iuxta Mediolani vſum explicat Catelli. Cotta in memori. verb. vino legato.

Vinaria nauis.

Vinaria nauis intelligitur: In quam vinum effunditur, vt inde poſtea hauriatur, leg. 21. §. 5. de furtis, atque ibi Ciſterna vini habetur pro loco effoſſo ad vini cuſtodiam inſtar aquæ.

Epiſtomium quid.

Epiſtomion, quaſi oris obturaculum: quo ad hauriendum ad quotidianum vſum vinũ in hypogeis vtimur, Guliel Bude. in Pandect.

Cupæ, ſeu caupæ, & cuppæ, vinaria vaſa.

Cupæ: quarum in ll inſtrumẽta fundi dicuntur, vaſa vinaria maiora: quæ vulgò vegetes appellantur, à priſcis dictæ caupæ, & hinc caupones Catelli: Cotta in memorial. verb. vinitor. vide Alcia. in l. vinaria de verb ſigni. Cuppos verò vulgò rinas, vel tinaceos dicit Menochi. de præſumpt lib. 5. præſumpt. 152. num. 25.

Menſuræ, & vaſa vanatia.

Inuentum Finei de vaſis ad vina ſeruanda.

Lagena antecenia dicitur Apuleio aſino aureo prægustario, & præparatio ad veneris paleſtram exercẽdam, Beoald. pro lagenis lagunculа vſurpat vettinas Andr Baccius li. 1. c 31. vettire Romæ ex ſincera creta ad vina conſeruanda oſtẽſæ ſunt à Ioanne Antonio Finco in libello: quem vulgò edidit, delle vettine, refert enim ad duas cauſas, vini vitium contractum. vnam ipſius vaſis ligneam materiam eſſe: quæ mucorem, vel aliam quampiam concipit qualitatem, Alteram extrinſeci ambientis aeris, vel noxiorum ventorum: quibus pori eius vaſis facilè penetrantur, vt immutatur vini ſubſtantia, & vini ſpiritus exalet, vi diſſoluta, ideo ipſe Fincus eligi vult vas figulinum pice, & cera munitum oleo ſuper infuſo, ac deſuper cooperculo pariter cerato impoſito. Quale inuentum, ſiue nouum, ſiue etiam antiquitati placitum non facilè præſenti vſui accommodatur, ac in quibuſdã mordetur per Andre. Bacci. de natura vini dic. cap. 31. De vaſis potatorijs; vinarijs, & Aquarijs notanter Iſidor. origin. lib. 10. c. 5. & c. 6.

Bicus, & Bicarius.

Bicus vas vinarium: à quo Bicarius; quod eſt diminutum recta græcorum forma, nomen

hodie

Digitized by Google

hodie frequentatiſſimum Cœli Rodigin. lectio. antiq. lib 28. c. 6. vbi, & de pytinis, & de croſſo, quo inquit ipſe, vocabulo Venetijs in cęnopolijs vtuntur plurimum de varijs antiquorum poculis, eorũque formis per multa capita ſcripſit accuratiſſime Atheneus Dipnoſoph. lib. 11.

Varia vaſa potus inuenta.

Bycium vitreum meminit Dioſcorid. lib. 2. vulgò bicchier. idem quod Bicus, ſeu Bicarius: de quo proximè, ſunt, & alia in ll. veluti Ancones, Ampulla, Baucale, Cadus, Cuppa, & Cuppula, Calix, Cyatus, Congius, & congiariũ, Cymbiũ, Crateres, Dolia, Dyota, Promulſidarium, Patera, Phiala Seria figulini operis ſm Andre. Alci. in l. 206. de verb. & rer. ſignif Schard. in lexico Iuris. verb. Seria. cuius Scyphi pars fundus, & anſa ponuntur in l. ſed ſi 26. de acqui. rer. domi. Scyphus Teſta, Trulla: de qua Lazari Baiſi. animaduerſ. in titul. de auro, & argen. lega. Trientes, Carcheſion, poculum, ſitula.

Tina & tinacia.

Tina, & Tinacia è quernu, & firmo opere: quarum vſus in vindemijs ad calcandas vinaceias, & muſtum excolandum Andre. Bacci. lib. 1. c. 10. vrna, vrnalia, vrceolus, & vrceus.

Colum viniarium quid & de ſacco viniario.

Inter vaſa ad potum pręparatoria eſt colum niuarium à niue ad vina refrigeranda nuncupatum, de quo textus in l. in argento D. de auro, & argen. legat. interpretatur Cotta in memori. verb. colum niuarium. vbi Martialem meminit Epygr. lib 14.

Sentinos moneo noſtra niue frange trientes
Pauperiore mero tingere lina potes

ac de ſacco niuario idem his verſibus.

Attenuare niues norunt, & lintea noſtra
Frigidior colo non ſalit vnda tuo.

Cola ex quibus conficitur.

Cola enim ex politis viminibus precioſiori vino, ſacci minore precio, vnde vina colabantur per ipſas niues ſeruiebant, eoque modo veteres ſacco, & niue vini vires frangebant, & vt C. Plini. ait caſtrabant, vt minus nocerent, vt adnotat Adrian. Turneb. in libello de vino. vinum niuatũ, quod eſt niue refrigeratum, accipi, itẽq; aquam niuatam, Brixi. & Schard. in lexi. eſtque memoria dignum, quàm vetus ſit aſſeruandæ niuis ad potum refrigerandum: quem commemorat Athenęus Dipnoſoph. lib. 3. Alexandrum cum Petræ ciuitatis Indiæ obſidionem percurreret triginta magnas foſſas excauaſſe: quas cum niue repleuiſſet, ramos querneos ſuperinieciſſe. ſic enim plus temporis niuem perdurare. ibique probat quam antiquior ſit niuis vſus ad aquã, & vinum refrigerandum, quam teſteiur Vrſus lib. 2. de vſu niuis: qui Auicennæ Galeni, & C. Plinij locos non egreditur, ſed, & ſine niue refrigeratoria loca excauata in Inſula Cimolo ex antiquis colligit idem Athenæ. eo. c. 21. de potu antiquorum, vbi æſtatis tempore vaſa fictilia tepida aqua plena deponebant nulla re niuibus differentia, & de vaſe refrigerando apto Athen. lib. 11. cap. 19. ad hæc Mercurial. variar. lib. 1. c. 8. de varijs antiq. refrig. vin. & aquam modis, de decotta, & calida, adde Blaſiũ Villa franca: qui methodum compoſuit refrigerandi ex ſalnitro vinum, & aquam.

Ahenum.

Ahenum præparatorium quoque vas eſt: in quo aqua ad potandum caleſit, l. cum delanionis §. itẽ cacabos, de fundo inſtruc. calida enim vino miſcebatur. contendit Anton. Perſius in libello del ber caldo c. 3. eius tamen conſultatio non eſt recepta, ſicut nec illa Finei. placuit enim magis quod Baldaxar Piſanellus medicus Bononienſis vulgò docuit in tractatu naturæ ciborum cap. vltimo dell'effetti del ber freſco.

Miliarium.

Miliarium eius eſt mentio, in l. & ſi non ſunt §. ſi cui fortè de auro, & argen. lega.

Modioli, & inter pręparatoria ſunt ad bibendum pro hauriendis aquis ex puteo l. Seiæ dulciſſimę eod. tit. de aur. & arg. leg. declarat Cotta. in memorial. eod. verb.

Abacus.

Abacus repoſitorium eſt: in quo pocula ponuntur potoria.

Varia igitur fuerunt apud veteres vaſa vinaria, ac modo longè maiora, de veteribus diſſerit Macrobius in Saturnal. contra quem inuehit Petrus Crinit. lib. 19. de honeſta diſcipl. cap. 11. latiſſimè apud Rauiſium textorem, & Iulium Barbar. in ſuis officinis, & de menſuris potus antiquorum, & ordine earundem quædam quoque adnotat doctiſſimè Mercurialis variar. lecti. lib. 1. c. 22. vbi de ſextante deunce.

Oſſa humani capitis interfecti pocula Scythis.

Memoratu tamen dignum eſt, quod Ioannes Boemius notat lib. 2. de mor. genti. c. 9. Scythis oſſa capitis humani. ideſt hoſtis in bello interfecti pocula pręberi, & Georgianis in præliũ ituris pugillarem cucurbitam. eo. libr. c. 10. craterem Argenteum non eſſe propter vſum in ſuppellectili, nec nullum vas argenteum ſecundam veterem ſeueritatem non admittentium ſuppellectilem argenteam inter priuatos, vt in l. 3. D. de ſuppel. lega. Noſtris verò vitrea ſunt pleraq; magnatibus argentea, aurea, Murrhina, ſiue murrhea. Cryſtallina murrhina vaſcula quidã putant eſſe porcellana, vulgo nuncupata, ſed contradicit Baccius ex diuerſitate materiæ, quemadmodum, & myrrina differunt propter condimentum è myrra. Hic non omitto quod de Paulo Æmilio fertur in Apoph. tem. li. 5. qui ex pecuniarum infinita vi reperta in caſtris hoſtium ipſe ſibi nihil ſumpſerit, Tuberoni tamen genero phialam põdere quinque drachmarum fortiter geſtæ rei præmium dedit, atque hoc primum aiunt argẽteum vaſculum in Aeliorum domum fuiſſe ingreſſum, meminitque Nicol. Leoni. de var. hiſtor. libro. 3. capitulo 93. Rhodias ollas percelebres factas ex myrrha, ſchenantho, croco, balſamo, amomo, cinamomo mixtis illarum materiæ ſubactis, ebrietatis arcendæ, & veneris excitandæ gratia propter caliditatem compoſiti qualem ſimplicium commixtionem meminit Athenæ. Dipnoſop. lib 11. capit. 2. vbi fictilia pocula nobis vitanda probat quod apud Perſas ijs vtuntur, quos rex honore priuauit. fatetur tamen fictilia ſæpius iucundiſſima aromatibus irrigata commixtis fictilibus vtuntur tenues, quibus ſunt, & lignea torno elaborata, quin etiam fictilibus vti ſolitos in ſympoſijs græcos Atheneus cõmemorat: atq; Aegyptia Copto fictiles aduectos calices, ſubacta cũ aromatib. argilla, Nic. Leon. de varia hiſto. li. 3.

Porcellana vaſa.

Phiala magni ponderis & precij.

Rhodiæ ollæ percelebres ex quibus conſtãt.

Vaſa fictilia, & lignea vilibus perſonis.

Quid

Pictura in poculis quæ vſus fuit.

Quid autem pingi deceat in poculis? docet Virgil. egloga 3. idest.

Vitem, Acantum, hederam, Orpheum, Sylvaſq; ſequaces

Anacreo ſimiliter græco carmine oſtendit, Baccum effingendum in poculis, cum cuduntur argentea, vel aurea, vino ſcilicet madidum, item vites, & palmites, botros, hederas, amoréque ſpirantem calores, non aſtra, non Booten, non Pliadas, non Martem, nõ prælia, tradit Crinitus de honeſta diſcipl. lib 9 cap. 4. ſed, & frequentari flores in ipſis vaſorum picturis, antiquis, & nouis exemplis, tangit Andre. Bacci. lib. 4. de vinis, & conui. antiq. 4. parte, quid vina coronare.

Flores in vaſis pingendis.

Nec eſt ſilentio prætereundum quod de Herbipolenſis Præpoſituræ vſu dixit Io: Boem. lib 3. cap 15. eius nouum poſſeſſorem teneri in multis per regionem pagis ob decimam: quam in his habet, referta vino ingentia dolia in publicum ſtatuere, & ſcutellas aliquod imponere: ex quibus quicunque velit, bibere poſſit.

Herbipoli vſus in decimis colligendis.

Expedit autem diſtingui vaſorum qualitates, valorem, ac regionis cõſuetudinem, vt conſiderant DD. præſertim Odoffred. in l. ſi cui legatũ §. ſi vinum, de trit vin. & oleo legat. Vnde pone quòd in hæreditate: cuius vſusfructus mulieri legatus eſt, habentur vaſa vinaria quomodo de eorum proprietate ſeruãda hæredi caueri oporteat? dic pro vegetibus magnis: quæ vſu non conteruntur, & tardiſſimè veteraſcunt, ſatis eſt cauere de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri.

Vaſorum valor attenditur quo ad varia attendit.

Cautio pro vſufructu doliorum in hæreditate magna ſint vel parua.

Pro vaſis verò paruis: quæ conteruntur, & citius veteraſcunt, neceſſe eſt æſtimationem haberi, eorumque precium reddi finito vſufructu, ita diſtinguendo reſoluit Io: Bap. Caccialup. inter conſ Soccin. conſ. 9 vol. 4. cuius dictum examinat Maxil Barenſ. in conſuet. mulier licèt numero 82. de Iur. doti. & videbis Borgni. Cauale. de vſufr. mulier relic num....

Oenophorum vas.

Oenophorum vas eſt vinarium Iuuen Satyra 6. Apuleius lib 2 & 8 Aſini aurei Martial & Vines apud Plinium.

Stante ſtatuto puniente, qui offenderit aliquem cum armis, vel re aliqua apta ad nocendum, non cõprehenditur qui percuſſit aliquem cum amphora plena vino, vel cum vaſe vitreo, vel terreo, cum non ſint iſta ordinata ad nocendum, Angel. in l. armatos D. ad l. Iuli de vi publi. quem refert; & ſequitur Auguſt. ad Angel. de maleficí. verb. vno ſtocco ferreo in princ.

Amphora non venit armorum appellatione.

Notabis, Dolia, & vaſa vinaria vacua non auferri hæredibus defuncti per collectores ſpoliorum pro camera apoſtolica declaratum eſt enim, hæc, & ſimilia domeſtica per quoſuis presbyteros, ſeu clericos ab humanis decedentes tempore eorum obitus in eccleſijs, ſeu in eorum domibus eccleſiarum earundem, vel alibi vbiuis locorum relicta, etiam ſi ex fructibus, & prouentibus beneficiorum: quę dũ viuerent obtinebat, acquiſita fuerint, ſub ſpoliorum appellatione minimè venire, nec pro ſpolijs vllo mõ reputari poſſe, ex Bulla Pij V. anno 1567. eſt initium Romani Pontificis, ſed difficulter illa perſuadentur iniquis, ac rapacibus quibuſdam ſub collectoribus textus in l. Seię de aur. & arg. lega.

In ſpolijs non auferuntur hæredibus clerici dolia ex hæreditate.

Seiæ dulciſſima poculum aureum: quod elegerit fidei hæredum committo, vt dent, quærit I.C. cum in hæreditate non ſint niſi trullæ ſcyphi modroli phialæ, an Seia de his ſpeciebus eligere poſſit? reſpondit. cum omnia potui parata pocula dicantur poſſe eam ex his eligere. licèt non ſint aurea. dicit Gloſſ. & rationem reddit, ne reſtringatur legatum.

Optio in legato poculi, &c. quo ſit intelligenda.

De vaſis electrinis inter cætera vaſorum ad potum genera, eſt mentio in l. 34. §. Neratius de auro, & argen. legat.

Vas electrinũ quid, & ex quibus ſit.

Electrinum quidã dictum putant propter ſimilitudinem cum Ambra. Sebaſti Erizzo. vulg. lib. *diſcorſo ſopra le medaglie fol. 63.*

In poculis aureis, vel argenteis contingere poſſit quæſtio, cum legantur, & in maſſam deducuntur: quæ à legatario petitur, an per diſtinctionem mutata videatur teſtatoris voluntas? & legatum conſiſtere, & deberi cum maſſa exiſtat. habetur in l ſeruum filij §. ſi pocula D. de legat. 1. vbi Bart id admittit: quia forma eſt ad materiam reducibilis. ſequitur Iaſ. num. 5. per textum l. quæſitum §. illud fortaſſe de lega. 3. examinat Menoch. de præſumpt libro 5. præſumpt. 171. pocula oleaginea meminit I.C. in l. qui concubinam §. qui quatuor de legat 3. non pro eis: quæ oleum continent, ſed quæ ex oleæ arbore effinguntur, ſecundum quoſdam Gloſſ. verò contra.

Vas ad maſſam redactũ an legato cedat.

Vaſa potoria contineri appellatione, & nomine potus eſt textus l. 3. D. de penu. legat ſecundum Rebuff. in l. verbo victus. verſiculo potoria de verb. & rer. ſignif.

Penu verò legata nõ contineri dolia, eſt textus l. 3. §. vltimo de penu. lega. vide Menoch. de præſumpt. lib. 5 præſumpt. 152.

Penu legata quid veniat.

Et aduerte ad ea: quæ diximus, quoniam vinaria vaſa propriè ea ſola dicuntur: quæ ſolum ad opus vini omni tempore ſunt parata, vt puta torcularia, non autem dolia, dicit Lucas de Pen. in l. 1. C. de impon. lucrat. deſcript. fol. 70. col. 1. per leg. vinaria de verb. & rer. ſignific. vide ibi textum, & commentarios.

Dolia, & torcularia cum fundo an cedant in venditione.

Cum venduntur dolia vti fundi acceſſoria, animaduerti oportet, an ad numerum fiat eorum venditio, vel ad corpus exemplum primi dicti, vt ſi dicam vendo tibi prædium meum cum doleis octoginta, quæ ibi ſunt. Nam 80 numerari debẽt, & tradi, textus eſt in l. pen. §. ſi dolia D. de actio. empt. quem textum malè expendit Fernand. Rebel. in 2. par. de obligat iuſtit. lib 9. de contrac. empt. & vendit. quæſt. 17. ſectio. 2. in fine, intelligit enim hoc genus contractus ad menſuram quaſi pro eodem ſit numerus, & menſura, cum textus, & recti ſermonis ratio ad numerum referantur, quamuis de venditione: quæ ad corpus ſit, rectè ponat, vt ſi dicam vendo prædium cum dolijs ibi exiſtentibus: quæ ſunt 80 quo caſu ſi plura inueniantur ſimul vendita cenſentur, niſi alia ſit coniectura voluntatis cõtrahentium videbis ſupra quæſtio. vindem. q. 18. incipit an autem vendita vinea.

Menſura quæ attendi debeat cum vinum venditur.

Quæ menſura attendi debeat, cum vinum venit? in dubio actum videtur, vt ſoluatur ad menſuram loci, vbi tradi debet. Alber. Roſat. in l. arbitrio. D. de eo qd certo loco, ſequitur Alciat. in l. vinū verb. quo tempore col. fin. ſi cert. pet. vide infra vbi.

Vendere vinū cum caſtaneis in fraudem ſtatuti.

Stante ſtatuto, quo menſura vini vendatur octo denarijs, puta ſolietta. non poteſt venditor in fraudem ſtatuti vendere vinum cum caſtaneis, & augere precium caſtanearum, recuſando vendere vinum, niſi quoque caſtaneas emptor emat; Bart. in l. per diuerſas n. 35. C. mādat.

Bono vini meliori mutare.

Ecce in ſtipulationibus non ſatis eſt ſine qualitate vſq; adeo vini Campani boni tot amphoras ex primi, nam adhuc incertum videtur, cum bono melius reperiatur l. vbi autem non apparet in princ. de verb. obligat.

Fructuum quantitas iuramento probatur.

Quantitatem autem fructuum perceptorum iuramento probari DD tradunt in l. traditio in fine C. de actio. empti. Bal. in l. ſi fundum C. de rei vendic. probari quoque per redditus vicinorum agrorum eiuſdem qualitatis. Iacob. Menoch. de præſumpt. concluſ. 817. & 1250.

Promiſſio veteris pro nouo vino nō ſi mutuo contrahitur.

Eadem qualitate attentā nō licet vinum nouum pro veteri, neque deterius eo: quod acceptum eſt in ſuo genere mutuo reddere leg. cum quid D. ſi certum pet. cum ſua materia, & Bal. in l. rogaſti §. ſi tibi. eo. tit. verſ. extra quæro: vbi dicit. quod ſi promitto vinum vetus pro nouo dicor plus promittere qualitate, & non eſt mutuum, ſed contractus innominatus.

Eſt autem accipiendum non niſi tantum quantum datum eſt ſine augmento ſiue de vino loquaris, ſiue de alijs frugibus c. ſi quis clericus cum 2. ſequentibus 14. q. 4.

Dolus creditoris vino vt veteraſcat.

Et vtrum vinum vetus pro nouo ſolui poſſit inuito creditore? ad intellectum Gloſſ. in d. leg. cum quid idest cum creditor vult expectare vinum nouum, vt ibi dicit Ang. videbis Hieron. Ceual. practic. quæſti commun. contra cummu. queſt. 621. vbi tenet cum Bart. reſtituir poſſe vetus pro nouo argumento d. l. à contrario ſenſu, ego tamen contrarium dico, eſſet enim plus accipere in qualitate, & ſic contra naturam mutui vt ſupra notauimus, Nec omittendum ad textum ante citatum leg. 74. & 75. de verb oblig. vulgo vſurpari, vt vinum aliud, dicatur ſupra, quod optimum eſt, optimiſſimum vocant, vt & proximiſſimum, minimiſſimum, & ſimilia Tiraquell. notat de retract. lignag. §. 1 1. Gloſſ. 1. in principio.

Genus autem, & qualitatem, de quibus in d. l. cum quid in fine eſſe de naturalibus in ſubſtātia mutui. defendit Nicol. Bellon. ſupputat. Iur. lib. 1. c. 5. ad intellectum d. l.

Quantum eſt ſubſtātia menſuratorum.

Quātum eſſe ſubſtantiæ menſuratiuū, exemplum habetur in l. quod ſæpe §. in ijs de contrahen. empt. l 74. cum l. ſeq de verb. oblig.

Vini ciſterna & naui vinaria.

Pulchrum quæſitum ſub hoc prædicamento eſt Vlpiani in l. vulgaris §. ſed, & ſi de naui D. de furtis *quid ſi ciſterna vini ſit, aut aquæ ciſterna? quid deinde ſi de naue vinaria, vt ſunt multæ: in quas vinum infunditur, quid dicemus de eo: qui vinum hauſit? an totius oneris fur ſit, & magis eſt, vt, & hic non totius furem eſſe dicamus. certè ſi proponas in apotheca amphoras etiam vini, eaſq; ſubtractas, ſingularum furtum fit, non totius apothecæ, quemadmodum ſi ex pluribus rebus mouentibus in horreo recluſis vnam tulerit.*

Furti actione teneri & pro furto agi quomodo differant.

Principium verò d. l. dum habet, quòd qui dolium aperuit, & inde parum vini abſtulit non tātum eius: quod abſtulit, verum totius videtur fur eſſe, conceditur, ſed in tantum eum furti actione teneri, quantum abſtulit relatiuè de peniten. diſtin. 1. c. vulgaris vbi bona Gloſ.

Teſtificatio de vino & vini qualitate.

Eſtque notabile in materia teſtium, quam ſcientiæ cauſam reddunt ſiue de eſſe, & qualitate, ſiue de quantitate vini ex Bart. in tract. de teſtibus verb. vinum, & verb. vas vini: cuius eſſe non probat teſtis dicens, quia vidit colorem, poſſet enim eſſe aqua tincta, ſed debet dicere, quia, & odorauit, vel quia guſtauit, vel quia vidit in taberna vinaria, vel extrahi de vaſe vinario, & ſimilia, & pariter negatiua per abnegationem qualitatum repreſentatur adde: quæ ſupra dixi ad l. 1. C. de peric. & commo. rei vend. vbi de rogitu Notarij ſuper vino vendito bono in odore, colore, & ſapore.

Menſuræ modus duplex, & cuius temporis attendatur.

Et de quantitate ad menſuram vaſis recurritur, fitque replendo eum de alio ad menſuram, vel menſurando quantitatem ſpacij vacui: quod in artis peritia conſiſtit, vt rectè indicetur, ſecundum Barto. ibi verſ. quantitas, & verſ. qualitas nu. 50.

Vbi verò menſura vini aucta eſt, vel diminuta, attenditur menſura: quæ erat tempore contractus, & non tempore conſignationis, quando debitor diſtulit conſignare ſtatim. Ioan. Bacca ad Bartolom. de Capua ſingul. 41. per cap. cum quis canonicus extra de cenſib.

Tempus vini æſtimationis.

Cuius temporis vini æſtimatio fiat, & cuius loci? habetur, & not. in l. vinum D. ſi certum pet. l. ſi res aliqua. de condict. tritic. de tempore enim ad locum idem eſſe Iudicium, not. ibi Bartol. loco enim, & tempore rerum precia variantur l. precia, §. non nullam D. ad l. Falcid.

Intereſſe conſideratio quo ad emptorem.

Et quia emptoris intereſſe ſolet attendi duobus modis tam in terminis d. l. vinum quam l. ſi ſterilis, §. cum per venditorem D. de action. empti. videbis Soccini, conſil. 156. nume. 10. vol. 2. Opinio autem Curtij iunioris in d. l. vinum nume. 28. quod valor quanti plurimi creſcit à die moræ, donec ſatisfiat, nec reſtringitur ad triennium, vltra quod tempus vinum communi vſu non ſeruatur, quoties ſcilicet vinum debetur in genere, recepta eſt à DD. vt & iudicauit Senatus Mantuæ teſte Io. Petr. Surdo deciſ. 81. contra debitorem.

Emptoris vini mora.

Sed quid è conuerſo; ſi emptor fuerit in mora recipiendi vinum ſibi venditum? dic à tempore talis moræ inſpici æſtimationem quanti minimi. Bald. ſingulariter per textum in l. ſi hominem D. mandati, ſequitur Cremon. notab. 95. & ibi bona additio.

Et ad intellectum d. l. vinum Andr. Fachin. controuerſ. lib. 2. cap. 74. Nicol. Bellon. variar. lection. lib. primo, capit. 17. Et eſt notab. quod docet

Tempus æſtimationis duplex.

docet Zaſius in d. l. vinum. Tempus æſtimationis dupliciter conſiderando ideſt à quo incipit ratio haberi æſtimationis, & ad quod tempus finitur eiuſdem æſtimationis ratio itaque a quo ſit initium ad quod finis denotatur.

Precium in immenſum auctum non conſideratur.

Temporis quoque ratio habetur in emptione, & venditione vini ad tollédum vſuræ crimen in terminis c. ſin extra de vſuris, de quo nouiſſimè Io: Baptiſta Lupus tracta. de vſuris, & commerc. illicit. comment 8. §. 2 num 95. quo caſu notandum, quod caritas rarò accidens: propter quam vini, vel aliarum rerum precium in immenſum creſcit, non attenditur, ſed debet moderatè liquidari ſecundum Francisc. Ripam de peſte 2. p. num. 98. ſequitur notanter Plotus de in litem iurando §. 4 num. 68. & Anton. Theſaur. Senat. Pedem. deciſ....

Alciati opinio contra. Bo. tolli examinatur.

Quid ſi datur vinum, vt in Kalendis Maij reſtituatur tantundem, vel eius æſtimatio? Andre. Alciat. in l. 2. ſi cert. pet dicit contractum eſſe mixtum ex mutuo, & véditione, & ideo agi præſcriptis verbis Bartol. verò nu. 44 tenet ab initio eſſe duos contractus alternatiuè conceptos, ita tamen, vt ſit in electione debitoris, implere emptionem, vel mutuum per l. ſi tibi area D. de præſcrip verb Bolognet. diſputat contra Alciatum. Verum Alciatus præſupponit moram debitoris: qui cum non elegerit, aget creditor præſcriptis verbis, Bolognetti ratio concludit ab initio antequam mora præiudicet debitori.

Ratio loci habenda in conſignatione vini.

Cum vinum venditur, puta Surrentinum, vel Brunduſinum, an ſit tradendum Surrenti, vel Brunduſij, an in loco contractus ad intellectum l ratio §. fin de action. empt. vide omninò Cagnol. in d l. vinum n. 59 & poſt eum Bologn. diſtinguentem nu 37. qui hoc conijci opinatur ex conſuetudine contrahentium; qua ceſſante aliud eſſe, ſi vendatur vinum Brunduſinum, aliud vinum; quod eſt Brunduſij.

Et notabis dic. §. fin. à Brunduſio vinum venit, à, dictio ſeparationem ſignificat, ſecundum Bartol in l. ſi ex duobus D. de duob. reis Bald. in l. à Caligato C. de nuptijs.

Et ratio temporis propter libelli formam.

Eſt præterea ratio temporis habenda propter libellum formandum V. G ad reſtitutionem vini mutuo dati; quoniam niſi mora præcedat, nihil refert, pluris valuiſſe tempore mutui, quam cum reſtituitur, DD. in d. l. cum quid Nicol. Boer. deciſione trecenteſima uigeſima ſeptima, numero quinto, & omninò Rebuff 3. tom conſtit. Franc. de fructib. & eor. reſtit articulo ſexto, Gl. 1. eſt tamen aduertendum, quòd cum vinum non recipiat ex tempore incrementum ob non durabilem naturam, eius æſtimatio attendi debet, intra quod tempus exiſtit, vel exiſtere poteſt, ratione quanti plurimi, quo caſu loci conſideratio habenda eſt, cum in quibuſdam regionibus plurimos annos in quibuſdam pauciſſimos duret, & in hac prouincia paulo plus anno; notanter Borgni. Caual. de tutore, & curat. à numero 227 cum pluri. ſeq. citatque Roland. à Valle conſilio 99 numero decimo, verſiculo vlterius dicitur, volumine primo, vinum autem; de quo actum eſt in contractu non æſtimatio peti debet in libello al' às malè ageretur. Guid. PP. q. 358. de quo poſtea dicam.

Igitur contra moroſum ita.

Libellus in vini mutuo reſtituendo.

In curia & c comparet T dicens anno elapſo mutuaſſe 7. amphoras vini latini Petro, qui cum requiſitus in menſe..... reddere diſtulerit, creueritque æſtimatio ad ducatos... petit eundẽ condemnari, & cogi ad dicti vini reſtitutionem, & eius: quod intereſt ratione dicti incrementi, etiam ſi quod contingeret quo vſque integrè ſatisfiat, &c.

Probatur hic libellus à Bald. in fine d l. vinum Marc Mantua ſingul. 296. Boer. deciſione 68. numero 5.

Et caue, quod nullo loco expreſſo, cum propter actoris priuilegium quis conuenitur ratio menſuræ habetur ob rei domicilium, & locum, quo regulariter fuiſſet ipſe reus conueniendus; quod in ciue Neapolitano exemplificat Ioannes Bologn. in repet. d. l. vinum, numero trigeſimoctauo.

Quando.

Temporis ratio conſideratio.

Sub prædicamento *quando*, perpetuò menti tenendum dicit Angel. in l Titius in fine, quæ res pigno. obli poſſ quando ait ipſe, aliquis debet recipere aliquid: quod curſu temporis deteriorari poteſt, vt vinum, vel granum, non cogitur recipere ante tempus, citat Guliel. de Cuneo in l. comparationes C de fide inſtrum Caſſane. in conſue Burg des cenſes § 2 numero 31 fol. 52. Sed an elapſo tempore, liceat emptori recuſare? Affl. & addi. deciſione 280 declarat Viſil. deciſione 399.

In preciũ decreptione loci conſideratio.

Ad ea verò: quæ de loco tetigimus adde notanter quòd cum vinum Neap. venditur Romæ tradẽdum, ſi de precij deceptione ageretur propter l. 2 C. de reſcind. vendit attendenda eſſet æſtimatio pro vt Romæ valet, & ſic loci deſtinatæ conſignationis ſecundum Alex. in d. l. vinum numero ſexto, Iaſ Deci & Bologn. & de communi opinione teſtatur Cagnol. quarto notab. numero ſeptimo.

Nota quòd ſi in tranſitu retinetur vinũ alio transferendum, quæ precij ratio habenda.

Per quæ infertur quòd ſi dum vinum traducitur ad locum deſtinatum, retineretur in portu alicuius oppidi, ibique oppidani cogerent conductorem, vt venderet iuſto precio, non poſſet Magiſtratus eius oppidi ſtatuere minus precium, quam quo vendendum fuiſſet Romæ, & ſic in loco deſtinato, vt in quæſtione frumenti, & ſiliginum deciſum refert D Garſi Maſtril. deciſ. 17. vbi citat ſupradictam opinionem nu 18. & dixi de catapan. c. de his quæ ad offic. catap. pert.

Agere.

Vini effectus innumeri recenſiti.

Innumeros effectus vini habet in ſe hoc prædicamentum, quorum aliquos recenſebo ne abſtemius videat. ex Horatio carmi lib 3.

Narratur, & priſci Catonis
Sæpe mero caluiſſe virtus.

G Idem

Idem Horat. epiſtol. lib. 1.

Priſco ſi credas
Laudibus arguitur vini vinoſus Homerus.

Muretus in ſuis poematibus ita, vt imbre tellus ſic riganda mens mero. Vt illa fruges hæc bona conſilia efferat. Horat. 5. epiſt. lib. 1.

Addocet artes
Fecundi calices quem non facere diſertum.

Et ode 28. lib. 3.

Munitaq; adhibe vim ſapientiæ

In vino veritas.

Eſt adagium in vino veritas. Eſt enim quaſi torturæ ſpecies. Horat. lib. 1. Epiſtol ad Lellium.

Commiſſumq; teges, & vino tortus, & ira.

Et lib. 3. carmi. ad amphoram.

Tu lene tormentum ingenio admones
Plerumque duro. Tu ſapientium
Curas, & arcanum iocoſo
Conſilium retegis Lyæo.

Epiſt. 5. lib. 1. Horat.

Operta recludit

Horat. in Epod. ad Pectium.

Simul calentis, &c.

Vuæ ſanguis ad oculos elephantis ostendit.

Vuæ ſanguis Elephantis oſtenditur ad acuendos eos in prælium, Machabeo c. 6.

Somnum affert, curas adimit,

Et metum, ſpem auget, homines exhilarat, & inflat, vt ſuperbiant, ac ad arma temerè decurrant paupertatem minimè curat inſanire facit amantes. Atq; ab eo dictum Plato aſſerit in Cratylo, quòd exiſtimatione, ac opinionum varietate mentem oppleat. Sed Franciſ. Sancti. ad Andr. Alciat Emblem. 23. notat vinum appellari, &

ὀνήσιον

græci dici emolumentum, ſeu iuuamen οἶνον à vi, corporeas enim vires roborat, & animales. Et vbi per ſe vinum nō ſufficit hilaritati, herba inijcitur: cui nomen Nepēthes, & Bugloſſa: quæ eius eſt vis, vt potores hilares faciat, vt de natura ſimplicium, not.

Nepenthes herba & Bugloſſa ad potum hilaritatis cauſa.

Multiplices effectus ſiue bonos ſiue malos, eorumque internas ſiue externas cauſas ponit Io: Bapt. Conſolanerius in libello de vini natura; poſt quē Andreas Baccius lib. 2. hiſtor. vini Sylua nuptial. li. 4. nu. 60. Baldaxar Piſanel. cap *perche ſia neceſſario il bere.* Io: Flauius Brunus tract. *del vino, & aceto, e de' loro effetti.* Io: Guttier. canonic. quæſti c. 4. de ebrietate Athen. dipnoſophi. cap. 29. Galeot. Mart. de doctrina promiſcua c. 4. Petr. Lenanderius tract. de onerib. doctorum q. 62. p. 4. verſ. vinum magni iuuaminis.

Vini temperatura qualis.

Et de vini temperatura notanter diſſerit Fracaſtorius: quem diuinum appellant, diffinitque non eſſe humidum, vt quidam aſſerebant.

Vinum lac Veneris.

In prouerbio. Vinum lac Veneris, quam, & ebriam appellat Horati. carmi. lib. 1. ibi.

Nil venus ebria curat.

Ideo finxerunt Priapum Veneris, & Bacchi filium, quòd qui vino indulgent, ſunt natura ad Venerē proniores. Quare, & letitiæ, & voluptatis condimētum vinum appellat Anton. Panormita. Epiſt. 1. lib. 4. Facit Ouid. 1. de arte amandi dū ait.

Et venus in vinis ignis in igne fuit.

Cōtraria his verbis explicat notāter Galeott. Marti. lib. de doctrina promiſcua c. 4. *vino calida refrigetari, algida calefieri, humida ſiccari, ſiccata humectari. Item plerumque maximis caloribus flagrantes potu vini refrigeratos, & algore contractos meraca bibitione caluiſſe. Siccum autem hominem potu vini humectari, cū plerumq; ſtomac. autem nimioq; humore nauſeātem optimi vini ablutione ſiccatum, inquit, ſæpenumero contigerit, vnde.*

Somnolentos effici vino madidos, notat C. Plinius, cum ait, quòd ſolem ebrij nō vident orientem. Prouenire iſta ex aduentitia vini natura, inquit Ioannes Paulus Donatus Gonzagiot. lib. 18. contrad. 24 & qui bibaces incompoſiti apud Atheneum lib. 10 c. 16.

Ebrietatis & dam notatur.

Locus hic requirit, vt aliquid de ebrietate adnotemus; quæ plenè habetur diſtinct. 35. 15. q. 1. inebriauerunt Loth. moralia dicta diui Auguſtini ſermone 231. relata per Franciſ. Viui. deciſ. 66. 1. par. Ariſtoteles librum de ebrietate ſcripſit: quem citat Athen. Dipnoſoph. lib. 1. c. 2. idem cap. 3. eiuſdem libri Theophraſtum meminit. in lib. de ebrietate.

Eſt autem ebrietas ſecundum Philoſ. quidam vini effectus proueniens ab ipſius calore nō item ab aquea natura: quod tamen non eſt perpetuō verum, cum aliunde quā ex vino procedat ebrietas, veluti Moſcouitis: qui aquam ardentem faciunt: qua ſæpe inebriantur, qua de re eius terræ Princeps inebriantem potum omnem capitis pœna prohibuiſſe fertur, omnium autem grauium malorum vinum dicitur Metropolis. Atheno. libro 10. c. 15.

Moſcouitis omne quod inebriat vetitum.

Vinarium verò pro vinoſo, & ebrioſo accipi probat text. l. ob quæ. de ædil. edic. iuncta l. ædiles eo. titulo.

Cenſores inebrios puniebant Romæ.

Gentilibus olim adeò exoſa ebrietas fuit, vt à cenſoribus ebrij tanquam indigni, qui honores, & publica munera gererent; Senatu mouerantur, cum infamiæ nota.

Prouerb. 20. legitur quòd luxurioſa res vinū, & tumultuoſa ebrietas, quicunq; his delectatur, non erit ſapiens Io: Damaſc. Parallel. lib. 3. c. 12.

Libertas primum violari capit, inuento vini vſu, & ex vino ebrietate 35. diſtinc. c. 6. dic.

Mulieres Romanæ vini abſtemiæ.

Lege à Romulo lata Romanis mulieribus par pœna fuit ebrietatis, vt adulterij, vnde moserat, vt domum ingredientes ſuam, filias, & vxores exciperent oſculo an olerent temetum, vt enim corruptionem inſaniæ principium arbitrati ſunt, ita corruptionis ebrietatem Io: Boem. notat de morib. Genti. lib. 3. c. 18.

Item c. 17. teſtatur apud Bauaros, qui ebrietate in Ducis aula ſcandalum ſuſcitauerit, quicquid mali ſequitur lege cōponat, ſolidis 40. plectetur, ſeruus autem manum perdat.

Idē eo. lib. 3. c. 2. lege Solonis apud Athenienſes Principem, ſi ebrius eſſet deprehenſus, morte punitum.

Apud Hebreos maximam omnium pœnam, ignominiæ haberi, quādo illi: qui puniuntur tanto tempore, quantum ille: cui eſt puniendi poteſtas ſtatuerit à vini potu inhibētur. Hieron Mercurial. lib. 2. variar. lection. cap. 17.

Moſcouitis: qui aquam ardentem faciūt: quia ſæpe inebriantur, Terræ Princeps inebriantē potum omnem capitis pœna prohibuit, bis tamen,

aut ter in anno conceſſit, Io: Boem.lib.3.cap.8. dixi etiam ſupra, verſic eſt autem ebrietas.

Idem lib 2.c 8 apud Indos, ſi qua mulier Regem ebrium occiderit, munus habet, vt cum illius ſucceſſore iungatur

Ariſtot.Politic.1. Pitacci legem meminit cōtra delinquentes per ebrietatem, vt magis punirentur, ideſt pœnæ duplicatione, quo formidine ſupplicij promptius à vino abſtinerent. Speg. in lexico.

Pro perſonis in ebrietatibus peremptis eccleſia vix permittit orare, dicente Apoſtolo. Ebrioſi regnum Dei non poſſidebunt cap. 1. de reliq. & vener.ſanct.

Notanter dicit Soccin. in c ſi conſtiterit n 21. de accuſ. quòd hodie clericus propter ebrietatē ſuſpenditur ab officio, & beneficio. Si autem ante digeſtam ebrietatem celebraret, totaliter priuandus eſſet, refert Antoni. Scapp de iure non ſcripto lib 1.c fin. Io.Guttierz. canonic quæſti. c 4 quem omninò vide, agit enim præſertim de clericis. Et pro dicto Speculat. in tit de accuſ 82. verſic. quòd propter vnicam ebrietatem clericus non poteſt ſuſpendi, addo Epiſc. Guerrer. in ſuo ſpecul.c.17 de diſpenſat.

Conſueti inebriari pœna non etiam inſoliti.

Valde enim attendi oporter, num aſſidua, & conſueta ſir in homine ebrietas, Nam, & ſi per vinum lapſis militibus capitalis pœna remittatur, militiæ tamen mutatio irroganda ſir l omne delictum §.per vinum D de re milit. illud intelligit, & declarat Io: Stylo in conſuet. Turon. titulo banc à vin circa finem, tunc inquiens, militem poſſe deponi propter ebrietatem ab omni militia, cum crebrò inebriatur, quòd ſi non eſſet conſuetus inebriari, non eſſet deponendus.

Simile eſt quod dicitur de peccato in ipſa ebrietate, vt ſi aſſidua ſit, & conſueta ac voluntaria, cenſeatur peccatum mortale, rara verò, & inuoluntaria, veniale ſit. Abb in d c ſi conſtiterit 2 notab de accuſat. in c.à crapula de vita, & honeſt.cleric. in cap 1. de reliq. & venerat.ſanct. in principio, ſequitur. Alex. Roman. in pragm. 1. de blaſphem.nu.114.

Atque ita accipiendum puto, quod in l.1.C.ſi quis imper maled. habetur. *Si quis temulentus Imperatori maledixerit, non eſt pœnæ ſubiungandus, neque debet durum aliquid, nec aſperum ſuſtinere,*

Tarētini vinoſi.

vide ibi Angel. quodque de Tarētinis militibus fertur: qui cum in Pyrrhum Epirotarum regem obloquentes delati fuiſſent, vt punirentur, vnus eorum, inquit, benè tibi Pyrro ſucceſſit, quòd vinum defecerat; nam ſi ſuperfuiſſet peiora, vtiq; ingeſſiſſemus, Aelian de varia hiſtor.

Hinc, & videmus impetu, non etiam ex propoſito delinquere, cum per ebrietatem ad manus, vel ad ferrum veniunt aliqui l. reſpiciendum §. delinquunt D de penis, quem textū dicit Bald. eſſe ſingularem in c à crapula de vita, & honeſt. cleric. propter ſtatuta, inquit Bald. quæ dicunt *ſi quis ſtudioſè percuſſerit*, ſignificant enim animo deliberato. Adde Menoch. de arbitr. lib. 2. centur.5.caſu 404.

Item intellige prius dictum de ebrietate magna; hæc enim delicti pœnam attenuat, parua verò ebrietas à delicto non excuſat, Bal. notanter in l.data opera C. qui accuſ.non poſſ. Andre.Tiraq.tract.de pen.temper cauſ 6 Iacob.Menoch. de arbitr.Iudic.lib 2 caſu 225 Petr.Duen.regul. 259. nu.4. & vide Hieron.Gigan. exemplificantem tract.de crimi.læſ maieſt.q.52 Petr.Plac.in epito delic.c.30 Io: Guttier.dic.c.4.lib.2. cano. quæſtion.

In dubio verò, quoniam nemo iudicandus eſt ebrius ſecundum Francis Rip. qui alios citat in l. fin nu.80. C de reuocand.donat.

Ideo allegāti ebrietatem incumbit onus eam probandi, eſtque difficilis probationis, Bald. in d.c.à crapula: Luc.de Penn.in l.1.colum.2.C. de erog.mil.anno.libr.12. multis autem modis cognoſci ebrios Philip. deciſ.112. in præſenti. Ioſeph.Maſc ſollemni tract.de probat.verb.ebrietas concluſ.....

Præ cæteris diſcerni ſolent; quoniam ebrii neſciunt quid loquantur, iacent veluti ſepulti, & ignorantes.15.q 5 c.ſanè

Item inſani fiunt Ateneo teſte. Inſanire facit ſanoſque quoque copia vini. Cum ambulant hinc illuc concidunt, recumbunt, quod Virgil. ponit his verſibus in Epygr.

Vt venus eneruat vires ſic copia Bacchi
Eneruat greſſus, debilitatq; pedes.

Et in Archipoetam Leo. X. PP. eundem verſum mutuatus eſt, vt in eius vita notauimus.

Exemplum memorandum ebrietatis ab ebrioſorum nobile Vnde domus illa triremis eſt appellata.

Quædam alia ſigna collige ab Ariſt. proble. ſeſſ.3.c 4 pulcherrimum ebrietatis exemplum refertur, quandam domum agnominatam fuiſſe triremem, quòd in ea iuuenes aliqui facti ebrii putantes, ſe in triremi nauigare, & tempeſtate mergi, omnem domus ſuppellectilem gratia oneris leuandi in viam quaſi in profundum proiecerunt; quorum mentis alienationi duces militum ciuitatis concedentes, iuſſerunt non plus vini bibere, quam conueniret.

Euidens etiam ſignum ſolet in lingua obſeruari, non ſolum, quia ebrii neſciunt quid loquantur, vt ſupra tetigi; ſed etiam quòd ebriis lingua ſit balbutiens, nam cum lingua ſit caro quædam ſpongiæ inſtar, & mollis, ideo in ebrio, cum plus hauſit humoris expeditè loqui non poteſt Ariſtot problem.ſecti.3 q.30.

Et ex his omnibus intellige quam malè, licèt quaſi iocosè, ſed ſalaciter obloquatur in ſobrios Italos, ac hiſpanos pro Gallis, & Germanis vernaculus quidam Zoilus 2.pat. *raggnagli di parnaſo* capit.28.

Hæc quæruntur interdum non ſolum propter pœnam augendam, vel minuendam, vt in relatis ſuperius exemplis, adde Gl.in conſtit.reg. iuſtitiarii verb.inſultus, ſed etiam propter vltimas diſpoſitiones, veluti eſt ebrij teſtamentum impugnando, quoniam non valere dicit Bald. in argumentum d.c à crapula.

Improbantur eadem ratione cōtractus ſecundum Gl.in c.vnuſquiſque 23.q 4 Gl.& Angel in l. quæ adulterium C. de adulter. canoniſtæ in d. c.à crapula Alex.in l dolum D.de dolo.

Item teſtimonia, vt de teſte ebrio. Aym Cravet. conſilio centeſimoſexageſimo nono, nume-

ro quarto, & vide Marc. Mantu. conſilio quarto, numero quadrageſimotertio.

Dolo inebriatus aliquis malus. Atque ad defendendum Ebrium, quod ebrietas inuoluntaria fuit, doloſè tamen ab aliquo ad certum finem prouocata, babes Gl. in l. doſum ex indicijs C. de dolo malo verb. conuenit, per quã Franciſ. Viui deciſione 105. prima parte, ponit, quod aliqui decipientes inuitatum poſuerunt aquam ineannellatam: qua inebriauerunt quendam clericum: qui inebriatus renunciauit beneficium eccleſiaſticum: quod habebat, reſeindi enim actum actione de dolo, probat per Rimin. Iuni. conſilio quadrageſimotertio, numero quadrageſimoquinto, volumine primo, & conſ. 184. numero 2. & 22. volum. 2.

Et tene menti citatam Gloſam in d. l. dolum, contra præbentes vinum album pro aqua miſcentes vino rubeo quaſi dilutũ præbendo, quam verſutiam Gloſ tribuit hiſpanis.

Ficta & ſimulata ebrietas non releuat. Cauendum tamen eſt, nam, & quidam ſe ebrios fingunt cum non ſint, Ouid. de arte amandi.

Ebrietas, vt vera nocet, ſic ficta iuuabit. Vnde ſponſalia, quæ in ebrietate contracta dicuntur non retractantur, niſi verè, & enormiter quis factus probetur ebrius Gaill. lib. 2. obſeruat. 110. num. 27. Arnold. de Reyger theſaur. Iuris tit. de ebrietate.

Quibus nationibus ebrietas impunita, & glorioſa. Quoniam verò quibuſdam nationibus vitio non datur ebrietas, quas inter Macedonum Principes in gloriã duxerunt ſingulis ferè diebus inebriari vino. Tartari quoque cum bibunt, caput quatientes ebrietate gloriantur Io: Boem. libro ſecũdo, capitulo decimo, Pariter inquit Germanis temulentiam nulli probro datum eſſe diem, nocteмque potando cõtinuantibus, libro tertio, capitulo duodecimo, Idem, & Saxones notat eo. lib. capitulo decimotertio, quod ceruiſiam adeò ſitienter, & immoderatè bibunt, vt vbi in ſympoſijs conuiuijſque pocillatores nec phialis, nec cantharis ſat, infundere poſſit, repletũ mulctrale apponunt, & ſcutellã iniecta hortantur quemque pro libito potare, ſubditq; Non ad ebrietatem, atque vomitum putaſſe ſufficit, ſed rurſus ad ſobrietatem, & qui potando ſuperat, laudis, & gloriæ ſignum ex herbis, & floribus ſertum refert, habent hi argumẽtum pro ſe, ne anima ſit in ſicco; Gl. in c. Moiſes 32. q. 2.

Menſura pocula ebrioſorum quæ. Menſuram autem denicem, id eſt vnciarum vndecim poculum ebrioſorum, & intemperatorum hominum in vſu fuiſſe oſtẽdit Martialis ad Aulum de luſco bibone, vt adnotat Mercurialis variar. lecti. libro primo, capitulo vigeſimoſecundo.

Remedia contra ebrietatem, ne fiant ebrij. Qua de re ne bibentes ebrij fiant, obuiam itum eſt. Quidam vtũtur lauri folijs poſt cænam. Hieron Mercuri. lib. 4. variar. c. 6. Martial. Epygram. lib. 5. in Myrtalem.

Alij braſſica cruda, vt Cato ait de re ruſtic. c. 155 ſi velis in conuiuio multum bibere, ante eſſe oportet braſſicam crudam, ex aceto aliqua ſilia.

Quod, & Germanorum fertur ſecretum; qui ante conuiuium, vel tyrſum braſſicæ comedunt, vel rapam præmandent crudam, vel panis etiam buccellam ex aqua, ipſa aqua ſuperbibita. Andr. Bacci. de hiſtor. & natu. vini lib. 3. c. 18.

Ideo violentiæ Aegyptiorum argumentum euidens Braſſicæ vel vt ex lege prægustatio in cęna; quoniam amethyſtũ ſit remedium id ebrietatis reprimendæ, quod efficere creditur eiuſdem quoque ſemen. Cœli. Rodigin. lectio. antiq. libr. 16. cap. 3.

Henricus Farneſius de verbo. interpret. in fine inquit Vpupa ebrietatis habet oſtenſum: cuius remedium cum vellent Ægyptij ſignificare Vpupam, & capillum Veneris herbam pingebant; Vpupa enim ales cum ſit ebrioſa, quòd immodicè vuis veſcatur, ſimul atque ſe tentari ſentit, capillo Veneris decerpto efficaciſſimè ſibi medetur. *Vpupa ebrietatis oſtentum capillo Veneris ſibi prouidet.*

Adde quod Pantheræ vino inebriantur, & ita capiuntur, vt Pierius ſcribit, quem refert Camil. Salern. ad Napod. in proœm. conſ. Neap. num. 3. ſtatim poſt princip. vbi alij addentes non nulla de ebrietate remiſſiuè, & nouiſſimè Proſper Farinac. tracta. crimin. poſt hæc ſcripta à me viſus. *Panthera vino capitur.*

Morem græcũ refert Atheneus Dimnoſoph. lib. 10. vt in medijs conuiuijs xenia præberentur vnguenti precioſi: quo frontem, & tempora epulantis inungerent ad arcendam ebrietatem, & lib. 11. c. 2. vaſa decet quomodo condiantur, vt minus qui in his bibunt, ebrij fiant.

Et aduerte quòd muſtum non inebriat, vt vinum, eum omne muſtum aqueum ſit, ſecundum Macrob. Saturnal. lib. 7. c. 7. in fine. Vuę enim pluri ex parte frigidæ ſunt, & humidæ naturæ, quæ ob vincentem in eis frigidam, & aquoſam qualitatem caput non tentant, vti nec ipſum muſtum ob eãdem genuinam in ſua origine qualitatem, Andre. Bacci de hiſtor. vini lib. 2. c. 2. Inde eſt, vt cũ Turcæ à vino: quod omnis peccati, & immunditiæ ſeminarium dicunt per legem abſtinẽant, muſtum tamen potent, Io: Boem. libr. 2. c. 11. de legib. & morib. gentium; latius in hiſtoria de Turcis. *Muſtum non inebriat ſicut vinum ideo Turcæ bibunt.*

Pati.

Nil memoratu aptius huic prædicamento afferri poteſt quod ad vinum pertineat quam Lucretij carmen lib. 6. de fulmine.

Curat item vaſis integris vina repente
Diffugiant, quia nimirum facilè omnia circum
Collaxat, rareq; facit latera omnia vaſis
Aduenienſ calor eius, vt inſinuatur in ipſum
Mobiliter ſoluens, differt primordia vini.

Poſſet & hic afferri, quod de Mucore, alijſque vitijs: quæ vel naturaliter, vel extrinſecus vino accidunt; neque enim ea legum latores latuerunt, vt eſt textus, l. 1. in princ. l. 4. l 6. l. 15. D. de peri. & commo. rei vend.

A vino autem: quod fugiens appellat Cicero lib. 3. de offic. licèt quibuſdam ſtomacis laudetur propter eius digeſtionem faciliorem, ſecundum medicos, & teſtatur Andr. Bacci. lib. 1. de bonitate aquæ Tiberis, nos abſtinendum putamus; plura enim vitia inhoc vini genere recenſet ex noſtratibus Guliel. Bud. prior. annot. in Pand. fugere autem in vino eſt idem ac non ferari Spieleg. & Schard. in lexico. *Vinum fugiens.*

Quod

Quod autem notatione dignum eſt: ſcito, quòd cum vinum aeuerit, quia ex ipſa re vitium oritur, damno coloni cedit, non Dominj. ideo nec mercedis remiſſio debetur. text. in l. ex conducto §. 1 D locati.

Et cum connumeretur vinum inter ea: quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, tutores, & curatores poſſunt vendere cum volunt precio tamen, quo ibi communiter venditur, neq; aliò vendendum transferre. Bart. & DD communiter per illum text. l. fin § C. de adminiſtr. tuto. & curat.

Notabis quoque ex Affliƈt. in cõſtit. reg. ſuper incisionibus, num. 22 qui appellat damnum deſtructionis rei, cum intratur cellarium, & effunditur vinum, ex quo ſequitur eius rei deſtructio, & cum eo: qui vinum expurcauit, vel effudit, vel acetũ fecit, vel alio modo vitiauit, agitur Aquilia propter rei corruptionem l. ſeruus ſeruum, §. cum eo planè ad l. Aquil Eſt autẽ ſpurcare, aliquid vino admiſcere, quo naturalis eius bonitas corrumpatur. Guliel. Bud probat Inſtit. eo. titul. § capite 3. quod & ſupra tactum eſt in quæſti. vindem.

Singulæ verò corruptiones aut rei alienæ admixtione, aut propriæ defeƈtu tẽporis cauſa veniunt. Theophraſt. de cauſis plantarum libro ſexto.

Relatio.

Verum, vt vinum eſt nullo modo ad aliud relatiuè ſe habere poteſt, ſed ſi fieret comparatio, veluti de vino ad aquam, clauditur ſub hoc prædicamento, ſecundum Bald. in l. data opera nu. 37. C qui accuſ. nõ poſ. vbi relationem ponit Bal. in verbo prædicamento, ideſt duorum extremorum ad inuicem facta collatio. Azo verò in prohemio C. locat. in tertio prædicamento non tamen eſt vis.

Habitus.

Habitus rei accidit non innaſcitur. Hic eſt, qui extrinſecus venit, neque innaſcitur ei: à quo habetur, vt tõſura, & veſtis in clerico c. ſi iudex, de ſenten. excommu. in ſexto c. fin. diſtinƈt 50. l. apud Labeonem §. ſi quis virginem D. de iniur. Philoſophus exemplificat, calciatum eſſe armatũ eſſe, ponit Corrad. in templo omni. iudic. de habitu corp. Imper. & Papæ. Huiuſmodi eſſe poteſt corona in vino, cum in conuiuijs bibitur, vt apud Virgil. Aeneid. 1. *Corona vini & pincerna in conuiuijs.*

Crateras magnos ſtatuunt, & vina coronant.

Et alibi

Magnum Cratera corona induit, impleuitque mero.

Sed, & pincernæ pocula ipſi coronati inferebant, & cum Tubicine coronato incedebant, vt Andre. Bacci. adnotat libro quarto, de conui. antiq.

Situs, vel poſitio.

Taberna & caupona conſideratio. Hic de tabernis appoſitè notemus aliqua; tabernæ autem quomodo à caupona differant, & quæ ſint earum inſtrumenta textus explicat in l. tabernæ de fund. inſtru. & inſtrum. legat. & in ſumma tabernæ nomen ad ſitum cauponæ ad negotiationem refertur Bart.

Tabernam dicit Iacob. Menoch. conſil. 798. vol 8 in qua venditur vinum, & caro coƈta minutatim vulgò Bettola, vbi comeſtibilia venduntur, & hoſpites recipiuntur ad comedendum non ad leƈtum, & ſtabulum; caupona verò inquit eſt honoratior: in qua ad cubandũ hoſpites, & aduenæ recipiuntur cum equis per l. palam in princip de ritu nupti. Gl in clemen. Dioceſ. verb. tabernariorũ, & ibi Cardi. de vita, & hone cler. eſtque ipſius Menoch concluſio nõ impediri dominum locare domum ſuam ad hoſpitium, ſiue cauponam pro recipiendis aduenis, ſtabulumq; habere, etiam vicinis inuitis, & repugnantibus cum non ſit res inhoneſta id exercere. *Menochii deciſio [illegible]*

Sed contradicit Paridi de reintegr feud q 14. nu. 20 & 30 teneri non poſſe fieri tabernas, vbi habitãt perſonæ honeſtæ, & nobiles, nec cõgruit expoſit Menoch intelligentis diƈtum Paridis in illiſmet domibus, vbi ſunt perſonæ honeſtæ, ſecus in eadem vicinia, quoniam de eiſdem hominibus quæſtio eſt indubitabilis, & pro Paride facit, quòd per ſe inhoneſta eſt negotiatio tabernam tenere, dicit Specul. de cleri. coniu verſic. ſed quam dices honeſtam, Io. Cæphal. conſ 611. nu. 16. lib. 4 Tiber. Decian. conſ. 26 nu. 20 lib. 1. Quamuis non negauerit, cauponem, vel tabernarium poſſe virum eſſe probum, & honeſtum, & vitæ inculpatæ ſecundum Decianum ibi Miniſterium tamen eſt viliſſimæ reputationis, ſicut, & quædam alia: quæ cumulat Ioannes Cephal. conſ. 237. ſtatutum inclitæ ciuitatis vol. 2 vnde clerici: qui publicè tabernam exercent, vel apotecarij ſunt propter vilis officij exercitium amittunt priuilegium fori, poſt admonitionem, & efficiũtur de foro ſæculari, clem. 1 de vita & hone. cleric. Grammatic. in cõſtit. reg. de perſonis verſic 11 cum alijs per Bouadil. libro 2. capitul. 18. num 100. *Clerici ob vilitatem miniſterii ſi admoniti nõ deſiſtunt priuilegium clericale amittunt.*

Et ne obſtet differentia cauponæ, & tabernæ: quam probat Menoch. ibi, habeo locum Platonis: qui de cauponaria legem ferens: quam, & poſuit lib de catapanis, eos ecerari vult ex tenuioribus plebis, & vilioribus: Tales Horat. Venuſin. Satyr. lib 1. appellat malignos, idem alibi perfidos, Martialis callidos. Epygram. li. 5. nec deſunt ſimiles infamiæ notæ, apud alios ſcriptores, Et mulieres: quæ in tabernis miniſtrant improbas, & rapaces vocat Bal. quem refert Menoch. diƈt. conſ 225 nu 55. vol. 3. omiſſo titulo Naut. caup. ſtabular. *Caupones [illegible]*

Dummodo aduertamus, ſiue caupones, ſiue tabernarios duobus modis diſtingui, vno, quo ad eos: qui miniſterium probent ſui officij, altero. quo ad tabernæ vel cauponæ dominum, vel dominam, textus eſt in l. quæ adulterium C. de adultet. ibi *vt plerumque ipſa intemperantiæ vina, vel alias portantibus miniſteria præbuerit.* iunge l. humiles §. 1. C de inceſt. nupt. & l. 1. C. de natural. liber. notanter ad hæc Aym. Crauetta conſ. 163. nu. 2. & 3. vol. 1. *Domina caupona ſiue taberna à miniſtro diſt.*

Cum ergo certè inhoneſtates, & intemperantiæ fiant in huiuſmodi domibus, vbi viri, & mulieres quæſtus gratia hoſpites recipiunt ad potum, & lectum, veriſſimam opinor Paridis ſententiam pro vicinis, cum non quæratur ſit nec ne honeſta perſona domini habentis cauponam, vel tabernam, ſed honeſtus ne ſit, vel inhoneſtus locus: in quo talia exercentur.

Clerici cauponam per ſe eſſe nõ debent. Quod autem de clericis dixi ſanè intelligi oportet, ſi quæſtus cauſa cauponam exerceant, ſiue tabernarij ſint, non item ſi per alium vinum vendant: quod in Magazenis repoſitum habēt: quoniam iuxta patriæ morem id eis licet. Gloſ. per illum textū in c. nulli. 44 diſtinct. Ideo poſſunt vendere ſuum vinum ad minutum, & ad groſſum, dicūt DD. ſine ſolutione gabellæ, Cyn. & Bart. in l 3. C de epiſc. & cleri. Feder. de Senis conſil 300. pro vt eos allegat, & ſequitur Aloyſ. de Leo in l. placet C de ſac. ſanct. eccl. nu. 8.

Thermopa, & θερμοπώλια vnde ſint. Et qui minutim vinum vendunt decupæ dici, & appellari ſolent, nam cupa vaſculi quoque genus eſt: quod nomen ſumpſit à cauponibus: qui eo in poculis vtebantur. Catelli. Cotta in memor. verb vinitor.

Et notabis textum l. fin. §. patrimoniorum, D. de mune. & honor ibi *elempboria, & hoſpitatura apud Alexandrinos patrimonij munus exiſtimantur. Suſceptores quoque vini per prouinciā Aphricam patrimonij munus gerunt.* exponit Gl qui præbent vaſa, vel domum; vbi vinum publicum ponatur ſine labore. Sed quidam Codices habent emporia..... enim græci appellant oppidum, vel alium quemuis locum: in quo fiat mercatus publicus, ſeu nundinæ, quo vendendi, & emendi cauſa mercatores conueniunt, notat Schardi. in lexico iur. verb. hoſpitatura, legitque elemphoria.

Suſceptores vini publicum munus obtinent.

Emporium vbi fit mercatus.

Tabernas primi aperuerunt Lydi populi Aſiæ ſecundum Herodotum: cuius inuenti meminit Polyd. Virgil. lib. 3. c. 3. de inuent. rer.

Penſio ex taberna diſtin habetur. Penſiones autem tabernarum eſſe inter fructus: qui ſingulis diebus percipiuntur, & ideo pro rata tēporis diuidi debere reſoluit D. Vinc. de Franch. deciſ 79. quod eſt menti tenendum.

Circulus ante tabernam obligat ad recipiendos hoſpites. Et nota, quia circulus pendens ante tabernā eſt ſignum, ibi vinum eſſe venale, Bartol. Caſſane. in conſuet. Burgun. rubr. 1. §. 8. in principio vnde vulgò fertur vino vendibili non opus hedera.

Verum caue; quia cum poſitum eſt ſignum in taberna, & caupona, tenetur caupo, & tabernarius recipere hoſpites, niſi locus eſſet præoccupatus, & alios non caperet, vel ex alia iuſta cauſa daretur excuſatio, fortè quòd tales hoſpites ſunt rixoſi, vel banniti: quos etiam debet denunciare, ſi eos nouit. Petr. Rebuff. 2. tom. conſtit. Franc. tit. de hoſpitib.

Prohiberi non poſſunt vaſſalli tenere tabernas. Illud maximè notandum eſt in terris baronalibus non poſſe prohiberi Vaſſallis, ne habeant tabernas, & cauponas in ipſorum vaſſallorum domibus propter ſpeciale regni ſtatutum iuri congruum. Ne Barones id faciant contra ſubditorum libertatem: quibus licet hoſtarias, & tabernas facere, & tenere, niſi barones tabernas, & hoſtarias prohibendi Ius alijs particulari priuilegio, aut legitima præſcriptione, vel ex conſuetudine habeant, extat prag. 14. audiuimus etiam, titulo de baronibus ante prag vide Parid. de Pute. de feu. reintegr titulo quod nemo poſſit facere tabernam fol. 11. adde modernos comment. ad dic. prag.

Duo veterum inſtituta recolo: quæ notatu digna exiſtimo, Romæ aliquando prohibitum, ne taberna vinaria ante horam quartam aperiretur. Amian. Marcel. lib. 28. de Ampelio. *Duo ſtatuta de vinarijs publica.*

Alterum quod ex. Lampridio habetur, ideſt conſtitutum, vt eſſent corpora vinariorum, & omninò omnium artium, adnotat. Spieg. quem ſequitur Schard. in Lexic. verb vinarius.

Aduerte quoque ſingulariter, quia in his: quæ pertinent ad officium Tabernariorum circa vini emptionem, & ſimilia ſtatur eorum conſuetudini, & ſecundum illam videtur tacitè actū, quamuis nihil dictum ſit. Bald. in l. ſicut §. denuo quæro C de action empt. *Conſuetudo tabernariorū attenditur.*

Ideo taleæ; quas faciūt iſti tabernarij, & Beccarij, & ſimiles benè probant, & eſt probatio extraiudicialis ſecundum Parid. de Syndicat. verb. Iudex.

Hinc etiam ſequitur, quod de pignoratione dicitur, quæ propria authoritate fieri conſueuit, & per detentationem perſonæ recuſantis preciū vini ebibiti ſoluere. Vide Pyrrum notantem in conſuet. Aurel. titulo de execut. cap. 7. Qui aliud addit. conſuetudinem eſſe, vt vltimus epulantiū, qui remanſit in Taberna pro omnibus poſſit detineri.

Et ſcito, quòd tabernarij cum perpendunt aliquos ex nimio vino ſumpto inebriari, neque id curant propter auaritiam, peccant grauiter, Tabien in ſumma, verb. ebrietas nu. 2. Angel. & alij Summiſtæ.

Statuto cauetur apud nos, nulli licere vina extera huc importare: Quid ſi ciues poſſideant vineas ſitas extra territorium extendi ad eos ſtatutum, diffinitum eſt, re cõtrouerſa inter vniuerſitatem Monopoli, & aliquos ciues in Reg. pub. Audientia. Vide Bal. conſ. 198 lib. 2. Non tamen potuiſſet vniuerſitas ita ſtatuere, abſq; regis auctoritate, ex quo ius prohibendi ſpectat ad Principem, cum ſit de regalibus, c 1. vbi Andre. not. Quæ ſint regal. Ideo noſtrum ſtatutū roboratum eſt priuilegio. ſub Ferdinando 11. April. 1509. *Statutum de vino extero non introducendo quomodo accipiendum.*

Sed an tale ſtatutum extendatur, ad perſonas Eccleſiaſt. puta ſi conduceret aliquis clericus vinum pro vſu, reſpondet Bal. in d. conſ. 198. ſtatutum Ciuitatis Tergeſti, & videtur cõcludere vinum Presbyteri non confiſcari, ſed non excuſari conductorem à pœna ſtatuti, eò quod vinum conducat alienum: Noſter Epiſcopus voluit obſeruari ſtatutum, cuius cauſa etiam ipſis clericis eſt fauorabilis, cõtra clericum Pompeum Indellum in anno 1587. Petro Indello Syndico.

Non tamen ipſe Epiſcopus ſeruat ſtatutum, nec tenetur ſeruare, pro vinis natis ex vinetis eccleſiaſticis ſitis extra territorium quin, poſſit introducere, ſtatuto, & priuilegio ciuitatis nō obſtantibus. In terminis contra vniuerſitatem Saleriti *Epiſcopus non ligatur ſtatuto vino nato extra territorium ex vinea eccleſiæ.*

Digitized by Google

lerni eſt deciſum in Sac. conſ. vt per Thom. Gramma. deciſ. 100. incipit in cauſa Ciuitatis Salerni.

Et aduerte, quod non habet locum ſtatutum, quoties vina extera conducuntur aliundè, vt aliò quoque ferantur, fortè nauigando: per Alexan. conſ. 86. viſa inquiſitione volu 4. & ita ſeruamus: De qua etiam re Benuen. Strac. de mercatur. 4. par. nu. 48. & 49. Hyp. Marſil. conſ. 136. num. 14.

Cella vinaria an veniat prædio legato & quid de apotheca. Ad hæc quoque de ſitu, & poſitione pertinet, quòd prædio legato, cella vinaria: quæ ad vſum prędij fuit comparata, & ſub nomine eius prędij habita, legato cedit argum. l. Seię §. Tirannæ, vbi Bart. de fundo inſtr. ſecundum Iacob. Menoch. conſil. 140. num. 23. ſub legato autem Apotecæ: quam teſtator habebat propriam, vel conductã quid veniat? notanter Aluar. Valaſ. conſultat. Luſit. 59.

Etiam ſi cellarium eo nomine eſſet in oppido, vt vult Menoch. ibi dicit legato cedere cum teſtator meminit bona, & prædium: quod eſt in territorio nu 20. & inde de quo tamen dubitat, & rectè opinatur Franciſc. Mantic. de coniectur. vltim. vol. lib. 9. c. 2. num. 8. quia, inquit, inſtrumentum quo ad vſum fundi eſt comparatum, & tamen niſi ſpecialiter relictum ſit, fundo legato non cedit, niſi coniecturis aliud ſuaderetur, vt Per eum nu. 15. & 16.

Cum autem vſus fundus legatur poterit cella vinaria vti non etiam dominus vſuario inuito, textus eſt D. de vſu, & habit. l. 10. in fine.

DE VSV VINI TVM PROPHANO, Tum Theologico,

Sectio Tertia,

Vino Rogum ne Reſpergito.

Legis caput eſt è duodecim tabulis deſumptum. Atque ita Numam ſanxiſſe Caius Plin. aſſerit hiſtor. natur. lib. 14. cap. 12. propter inopiam rei: qua ſimiliter ratione non conſentit Plato, vt quæ viuis vſui ſunt, in defunctis conſumantur. Nam ſepulchro vetat ex agro culto, eovè qui coli poſſit vllam partem ſumi: quæ terra, inquit, fruges ferre, & vt mater cibos ſuppeditare poſſit, eam ne quis minuat, neue viuus, neue mortuus, refert Cicer. lib 2. de legibus, & hic ſcire oportet, quoniã C. Plin. ibi vocat poſthumiam legem, quam Numa edixit, quo ſenſu defẽdi poteſt Catulli Carmen.

Ingere mi calices amariores.

Non amariores dixit, nam authoritate eius legis vini conſumptio, quæ plus æquo fiebat fortaſſe vetabatur, vt infra de meraca bibitione.

Puto etiam ita ab Ethecis prohiberi, non ſolum propter vini inopiam, ſed etiã quòd credebant aquis purgare ablutos, & pari modo lignorum ſtruem ad cadauera cremanda aſpergi magis aqua oportere, quamuis non ignorem nigro vino extinctum fuiſſe rogum Patrocli apud Homerum.

Conſtat autem omnem Animæ purgationẽ apud gentes, aut per aquam, aut per aerem, aut per ignem, Virg. 6. Aeneid.

Aliæ panduntur inanes.
Suſpenſæ aduentos: alijs ſub gurgite vaſto
Infectum eluitur ſcelus: aut exuritur igne:

Ouid, Metamorphos. lib. 7. de purgatione veterum.

Terq; Senem flammam, ter aqua, ter ſulphure luſtrat:

Frequentius tamen, aqua iſta fiebant, eaque pluuiali: Virgil. idem.

Ter ſocios pura circumtulit vnda
Spargens rore leui, & ramo fęlicis oliuæ
Luſtrauitque viros:

Idem lib. 6.

Inuentaque flumina monſtrat.

Idem alibi:

Corpuſque recenti ſpargit Aqua:

Et alibi.

Donec me flumine vino abluero:

Alibi:

Date vulnera limphys abluam,

Alibi.

Pars calidos latices.

Telephi fons dicitur, cuius aqua ſemper turbida, & veluti cruore permixta videbatur, quod in illa Telephum vulnera ſua abluiſſe fama erat. Nicola. Leon. de var. Hiſtor. lib. 3. cap. 84. Sed Perſæ in flumine non lauantur, non mictuniunt, nec cadauer inijciunt, non etiam ſpuunt, Io. Boem. de morib. genti. lib. 2. cap. 7. & de Lacedemon, Inſtitutis lib. 3. cap. 3. notat, quod mulieres vino non aqua pueros abluebant: nec fomenta locis adhiberi ſolita, & c. 23. immundos vocat in hac vna re hiſpanos, quod vniuerſum corpus lauant vrina, denteſque frieant: optimam corporis curam exiſtimantes: ſed his verſibus iſta purgatio reprehenditur ab: Ouid. faſtorum lib. 2.

Ah nimium faciles: qui triſtia crimina cedis
Fluminea tolli poſſe putatis aqua

Atheneus refert Ariſtobolum Caſſandreum dicere Mileti fontem eſſe, quo heroem ſe ſe luſtrauiſſe interfecto Strabelo Rege Lelegum: quoniam cæde contaminati ſe præſertim abluebant: Virgil. lib. 9.

Tum demum preceps ſaltu ſe ſe omnibus armis
In fluuium dedit: ille ſuo cum gurgite flauo
Accepit venientem, ac mollibus extulit vndis;
Et lætum ſocijs abluta cede remiſit.

Concordantes locos commemorat Natal. comitis Mythologiæ, lib. 1. c. 10. de ſacrifieijs: & habes per Ouid. de faſtis lib. 2. Pilatus gentilicio more in morte Chriſti accepta aqua lauit manus coram populo dicens; *Innocens ego ſum à ſanguine iuſti iſtius:* quo in loco Remigius ait mos erat apud antiquos, vt cum vellet quis oſtendere ſe immunem eſſe aliquo crimine accepta aqua lauare manus ſuas coram populo conſueuerat. Fiebat autem fluuiali aqua, quæ dulcis eſt, & habilis, ſordibus abluendis magis idonea, quam ſalſa, cuius cauſas inquirit Macro. Saturnal. lib. 7. c. 13. & ſi marinam aquam

ad

ad luſtrationes vſurpatam fuiſſe apud antiquos obſeruauerit Hieron. Magi. miſcella. lib. 4. c. 10.

Sed cum eiuſmodi viuorum purgatio ſit, proprius afferenda ſunt poſt vita functos exempla: Aquæ igitur vim purgationis ineſſe in funere oſtendit Feſtus.

Itaque inquit funus proſequuti ignem ſupergrediebantur aqua aſperſi. Item quoſdam Aethyopum eſſe refert Didor. Sicul. Hiſtor. lib. 3. qui ſuos defunctos in flumen proijciunt exiſtimantes id optimum ſepulchrum eſſe, Atq; fertur Arthemiſia Mauſoli Regis Cariæ dilectiſſimi viri defuncti corpus redigiſſe in puluerem, & aquæ inditum ebibiſſe: Nam, & Dardani Populi ter Balneis vtebantur poſt partum, poſt nuptias, & poſt mortem; nota Aeli. de var. hiſtor. lib. 4.

Verum non me latet, quòd vſi iam corporis mortui reliquias vino abluebant, deinde ablutæ ſepulchris condebantur. Virg.

Poſtquam collapſi cineres, & flamma quieuit
Reliquias vino, & bibulam lauere fauillam:

Et Auſonius in tumulum hominis felicis inquit.

Sparge mero cineres, & odoro perlue nardo.

Mos etiam fuit Aegiptijs aliquem per laſciuiam corporis interiora prçter renes, & cor ducere: quæ ſingula alter vino pheniceo ex rebus odoriferis lauabat Diodor. Sicul. hiſtor. lib. 2.

Cum tamen ſciam quoſdam de aqua ſcriptitaſſe: illud denique noto antiquum fuiſſe vſum, quo ingredientes templa luſtrali aqua reſpergerentur. Oſtendit Hierony. Mercurial. miſcel. lib. 4. cap. 10. Adducendo verba: quæ Hippocrati aſcribuntur lib. de morbo ſacro. Morem quoque fuiſſe veterum chriſtianorum non dum omninò derelictum, & ſi minus frequentem: quo ſolent poſt Veſperas Vigiliæ S. Ioannis Baptiſtæ nudi lauari in perennem Sancti memoriam, ſacrique lauacri. Benedict. de Falco. lib. de locis antiquis Neapoli. Vbi de S. Ioanne à mare, refertque de hac ipſa re Franc. Petrar. epiſtolam ad Ioannem Columnam de Rheni accolis ſibi ſuadentibus omnem totius anni calamitatem imminentem fluuiali illius diei ablutione purgari, & deinde lætiora ſuccedere Itaq; luſtrationem eſſe annuam inexauſto ſemper ſtudio cultam, colendamque verba Petrarch.

Dijs ſuperis ſacra facturo mos ſuis corporis ablutione purgari. Cum *verò inferis litabatur Satis actum, ſi aſperſio ſola attingat.* Exemplis probat Bloud. Romæ triumphantis lib. 2. de Aegiptiorum Sacerdotum mūdicie, præter quæ multa feruntur: lauantur hi quotidie frigida aqua, interdiu ter, nocte bis.

Ad obliuionem amoris profuiſſe aquę aſperſionem oſtendit Proper. lib. 3.

Quod mihi non patrij poterat auertere amici.
Eruere, aut vaſto Theſſala ſaga mari.

In legibus Moſis cautum eſt, vt fluuium feminis per quietem paſſus frigidam aquam ingrederetur prius quam Saccrdos duobus agnis pro eo faciat ad expiationem

Turcæ, & Saraceni corpore loto expiari ſe credūt, & vbi aqua ad id eis deeſt, puluere mundæ, & recentis terræ perficiunt. Nec ante ablutionem pollutus loqui ſecum permittit neminem, & chriſtianæ religionis inſtitutum eſt in defunctis humandis, quò cadauer bene lotum vino, aut calente aqua, deinde indutum, & à ſacerdote thure ſuffiſum, & benedicta aqua conſperſum cum cantu, certiſque precationibus, demum ſepulchro reſupinum imponitur, ac terra obruitur, pedibus ad Orientem capite ad Occidentem Solem verſis, teſte Io. Boem. in fine lib. 2. de morib. & ll. omni. Gent.

Modus ſepeliēdi mortuos.

In Funere, Ne circumpotato.

Legis hoc caput erat è 12. tabulis. Dicitur autem circumpotatio funebre conuiuium Lud. Charond. in d. l. fuerunt enim variæ olim conuiuiorum celebritates: inter quas id quod in defuncti honorem fiebat. Volater. Philolog. lib. 29. Gentes tàm natali die, quam funerum in templa cibos pauperibus afferebant, Ibique vnà epulabantur Polid. Virgil. de inuent. rer. lib. 6. ca. 7. quam conuiuandi legem latè proſequitur Io. Garſ. tract. de expens, & meliorat. cap. 8. nume. 12. & 13. poſt Couar. c. fin. de teſtamen. in princ.

Conuiuium funebre quale apud Gentes.

Thracum optimates plorato triduum cadauere, mactatiſque omnifarijs hoſtijs conuiuantur; Ruſianis mos eſt, vt quibus fortuna eſt amplior in funere 40. dies conuiuentur propter defuncti memoriam: quorum res anguſtior eſt quinquies eodem temporis interuallo ſolemniter epulentur, ſed, & anniuerſaria defunctorum celebrant epulis: quibus addi poſſunt, quę colligit Aſin. de religioſ. & ſumptib. funer. ad l. fol. 271. Petr. Vanderan. trac. de priuileg credit. cap. 1. de his quibus priuileg. competunt ob funus. qui, & Blondum meminit Romæ Triumphantis lib. 2. atque alios politiores antiquitatum obſeruatores. Vnde videri poteſt apud Virgil, quòd cum exequiæ fiebant pro abſentibus tumuli pro aris illis erigebantur, atque his vinum, & ſanguinem victimarum ad radices tumuli offerebant 3. Aeneid.

Thracum mos in funere, & aliorum.

Libauit Cineri Andromache.

Poſt conuiuium verò quod veteres in ſacrificijs victimarum agebant dijs gratias referentes, vltimam ſacrificiorum partem linguas ſcilicet victimarum in ſacros ignes conijciebant, & vini parum ſuper illos preſertim in honorem Mercurij, cui linguæ erant ſacræ ex Apolon. lib. primo, & Homer. lib. 3. Illiad. in ipſis parentationibus cœnam apud græcos apponi conſuetudo fuit Plutar. in poli. de more Heroum.

Linguæ Victimarū in ignes iaciebantur. Vino infuſo deſuper.

Item in funere propinqui capillos decidere, & lugere ex eo Homer. lib. 4. Odiſſe.

Comarum in funere tonſio

Solus honor ſequitur mortales ille miſellos
Et tondere comam, & lachrimas in funere ſpargi:
Eosque capillos tanquàm inferias mortuis conſecrabant,

Vt Euripides ait.

Comas ſupplicio dat ſoror cum lachrimis

quem

quem morem pletiſque in locis retinent adhuc mulieres.

Ratio l. 11. ſolutarum perſ-menia erat.

Huius autem capitis prohibitionem cauſam fuiſſe, vt ſumptus minueretur, ne quiſque pollicibiliter in funere conuiuaretur, id enim maximæ curæ fuit legislatoribus, vt & in cæteris, quę ad ſepulchra, funetaque pertinebant, vnde factum credidit Marcus Maut problem. lib. 2. ca. 129. ne mortui in vrbe olim ſepelliri potuerint. quod Cicero de ll lib. 2. clarius explicat, ex l 12. tabul. his verbis hominem mortuum in vrbe ne ſepellito, nevè vrito, rogum ne facito, aſcia ne polito, mulieres genas nè radunto, &c.

Proſequitur eiuſdem legis caput valdè notanter Io. Garſia tract. de expen. c. 8. qui, & nume. 11. refert ex Iulio Paulo lib. 1. ſenten. tit. 21. de ſepulch. §. 3. Qui luget abſtinere debet à cõuiuijs, ornamentis, & alba veſte.

Circumpotatio eſt ebrietatis cauſa.

Videtur autem mihi, non tam funebre conuiuium inhibitum hac ipſa lege, quam illa circumpotatio, perquam inebriari ſolent conuiuantes, nam, & apud nos chriſtianos admiſſa videri poteſt conſuetudo eadem, modò abſit ebrietas, vt ex Conſil. Nauaten. habetur in cap. nullus presbiterorum 44. diſtin. *quando ad anniuerſarium diem, trigeſimum, aut ſeptimum, aut tertium alicuius defuncti, aut quacunque vocatione ad collectum conuenerit, ſe inebriare vllatenus præſumat, nec precatus amore Sanctorum, vel ipſius animæ bibere, aut alios ad bibendum cogere, vel ſe aliena precatione ingurgitare*, & ſequitur in alio cap.

Presbyteri in conuiuiis quid obſeruare debẽt.

Quando autem conueniũt presbyteri ad aliquod conuiuium, aliquis prior illorum verſum ante menſam incipiat &c. & vide cap. nullus de conſec. diſtin. 5.

Mos conuiuandi ſupra tumulum improbatur.

Dummodò aduertas hujuſmodi conuiuia omninò prohiberi ad defunctorum ſepulchra; is enim mos improbatur, quo, & ſolebant ſuper mortuorum tumulos epulas afferre, vt diximus; fruſtra namque credebant morientium animas cibo, potuque refici, cap. non oportet iuncta gloſ de conſ. diſt. 1. & Michael Lotin relatus in lib. ſacerdotal. c. 25. de off. ſepelien.

Hinc benè cenſuit Paul. Fuſc. Epiſc. Sarnen. lib. 1. c. 28. tracta de viſitat Prælatos prohibere debere ne fiant in Eccleſijs commeſſationes vigiliæ, cæteri prophani defectus: Io. Garſ. vbj ſup.

Commenſales ad bibendũ inuitare veteri mos.

Verum cum circũpotationes mentio ſæpeſhic iteretur. Neminem latere puto, gentilitatis fuiſſe morem legibus quoque Platonis probatum, quo in ipſis conuiuijs commenſales inuicem ad bibendum ſe hortarentur poculis vino plenis inuitantes, ſiue ori parumper admotis, prægustatiſque, ſiue cum poſt potum ſodalis, quem mauult ex conuiuantibus inuitat, vt ipſe ſibi pa ret, & abſumat: ſic enim cenſebant refici animos, & reddi ſenſim lętiores Gelli. nocti. atticar. lib. 15. c. 2. cum, & lætitia Dei vinum dici ſoleat, vt apud Heſiod. Dona letitiæ datoris Bacchi. Virgil.

Munera, letitiamque Dei.

Vinum lætitiæ cauſa.

Horat. 1. lib. carmi. Ode 27.

Natis in vſum letitia ſcyphis.

Quando quidem nimio potu gigni rerum ferè omnium obliuionem; annotat Plin. Hiſtor. natur. lib. 14. c. 1.

Sollicitis animis onus eximit. Horat. lib. epiſto. primo ad Porqua. & carmi. lib. 1. Ode 18.

Mordaces vino ſollicitudines diffugere,

Et Ode 7.

Finire memento triſtitiam, vitaque labores,
Molli, Plange mero.

Et inde.

Vino nunc pellite curas:

Item carmin. lib. 3. Ode 21. appellat vinum iocoſum. Ouid de arte Aman.

Cura fugit multo, diluiturque mero.
Tunc veniunt riſus, Tunc dolor, & cura, rugaq.
Frontis abit:

Adde Io Damaſce. lib. 3 cap. 12 Paralil. aſſumpto vino, inquit, moleſtiæ animi faceſſunt, non ſecus atque caligo à venti turbine in fugam conuerſæ, ac noſter Bal. in l. 1. C. de verb. ſignif. num. 1. vinum inquit viris, & mulieribus iucundum, quia, & pſallere facit, vt Pſal. 68. in me pſallebant qui bibebant vinum Prouerb. 31. date ſiceram merentibus, & vinum ijs, qui amaro ſunt animo; bibant, & obliuiſcantur egeſtatis ſuæ, & doloris ſui non recordentur amplius: Hoc intellige cum vinum plus æquo ſumitur, quoniam infra tria pocula omnia męſtiora ſũt. notat Chriſtophorus ad Horat. carm. lib. 3. c. 19. ibi.

Bina pocula mœroris magis quam lætitiæ cauſa.

Tribus, aut nouem miſcentur cyathis pocula commodis.

De qua re plura apud Æthen. qui quartum cyathum contumeliæ appellat: cui adde Petr. Crini. de Honeſ. diſciplin. lib. 9. ca. 2. vbi de lege Symphoſiaca, & idem Crini. de laude Horat. Flac. poemat. lib. 1. propter numerum trium po culorum ſic potum commendat, ſiue crateras veteri Lyæo.

Impari ſumis numero.

Hinc Ponta. lib. 2. Hendecaſyl. ad Marinm Tomacellum, & Petrum compatrem ſcyphos tergeminemus, & trientes.

Nec quis miretur numerum præfinitum, nam certa olim fuit menſura, & idem modus, & ordo potus; vt Mercurial. var. lectio. lib. 1. cap. 22. quemadmodum, & cum Aegyptij Reges ante abſtemij, vinum potare cęperunt, menſuram quandam ex ſacris illorum literis præfiniuiſſe. perhibetur, ex Plutar. notat Leoni. de variat Hiſtor. lib 2. cap. 22. ipſi tamen Aegyptij ſuos defunctos Reges per ſeptuaginta duos plangentes vino abſtinebant: adnotat Io. Bohem. lib. 1. c. 5. de mori. genti.

Guazzi locus notatur de poculis.

Quod de poculorum numero dixi, non videtur bene interpretatus Guazzus in ſua ciuili vulgò *Conuerſatione* minus aduertens, quod veteres ideo numerum poculis præſcripſerunt quia, & ipſis poculis ſiue Cyathis certa erat menſura, vt ex Eruditis auctoribus congerit Lucas Paetus lib. 3. de antiqua liquaminum menſura, & in conuiuijs eligebatur, qui modificatoris officio fungeretur, Horat. lib. 4 carm.

Nec regna vini ſortiere talis.

Digitized by Google

Modus bibendi ex vino potato docetur.

Eſtque pulchrum, quod de Ageſilao Lacedemoniorum Rege fertur: qui in compotatione quadam ſortibus ex more ductis factus eſſet Princeps conuiuij, rogatus à pincerna, quantum cuique deberet vinum apponere? Si multum, inquit, vini paratum eſt, dato cuique quantum poſcit, ſin parum cunctis ex æquo diuidito, Principis partes erant præſcribere quantum quiſque biberet, habetur lib. 1. Apothem Eraſmi.

Conuiuij præfus nomine multiplici.

Neque vno nomine, qui præerat appellabatur quibuſdam enim Sympoſiarcus, Strateus, Magiſter, Dux, Princeps, Rex conuiuij adnotat And. Bacci. de vin. & de Magiſtro Sympoſior. & de Magiſt & SympoſiarcoCic. in Cato. maiore.

Acquiſſimam verò imperandi legem putamus, ac modum optimum vini adhibendi corporis neceſſitatem Ioan. Damaſc. Paralel. lib. 3. c. 12. cum ad ſanitatem conferat mentis, & corporis, vt in potu terminus ſit quouſque diſcurſum immotum ſeruemus Hieron. Mercur. lib. 4. c. 6. vari. lect. Eſtque à canonibus inſtitutum, ne vltra tertiam vicem bibatur, niſi naturalis ſitis vltra exigeret c. quando 44. diſtin. & de cõſecr. diſtin. 2. c. quando, notaturque in cap. à crapula de vita, & honeſt. cleri ex Conc. Triden. ſeſſ. 22. de reform. c. 1.

Igitur circumpotationes per ſe non cenſentur vetitæ, excepto funebri conuiuio, ne videantur letitiæ cauſa conuiuari, & laſciuire conuiuantes. ad quod valde facit illud ex Dione notatum lib. 59 cauponem Gai Caligulæ iuſſu interfectum, quoniam dum Druſillæ parentaretur, aquam potui calidam præparatam vendidiſſet laſciuiæ, ac deliciarum in publico luctu miniſter, notat Anton. Perſius in libello *del ber caldo* cap. 3. quem tamen mordet Andr. Bacci. lib. 4. de Thermapolijs; vult enim ipſe, vt non ob venalem calidam caupo eſſet interemptus iuſſu Principis, ſed ob tranſgreſſum commune edictum, quam mortua Druſilla exiu.: à Calicula pro communi luctu, & capitale fuit, aliquem luſiſſe, lauiſſe, riſiſſe, cęnaſſe cum parentibus, aut coniuge, aut filijs. quod edictum poſitum commemorat Sueton. Tranquil.

Ego tamen adhæreo Antonio Perſio, authoritate Dionis; quem citat, cum etiam præſuppoſito edicto, verum ſit peccaſſe in edictum cauponem aquam illam præparatam miniſtrantem non alia de cauſa, quam quia in delicijs, & laſciuijs conuiuantibus præberi ſolebat, vt optimè probat Ant. Perſi.

Conuiuandi autem conſuetudo mortalibus vetita eſſe non poteſt, quando Dij conuiuantes ſe ſe ad bibendum inuitabant. Homer. lib. 4. Iliad.

Hos Hebe venerabilis inter
Fundebat nectar pateris, hi protinus aurum
Excipere è manibus, ſeque inuitare viciſſim.

Nec ideo tamen cenſendum eſt in ipſis conuiuijs abuſui: quo quis cogatur inuitatus bibere: etiam ſi conuiuij Rex ita ſtatuat: huiuſmodi enim leges inſanas vocat Horat. ſermo. lib. 2. Saty. 6. 11. Prout cuique libido eſt.

Siccat in aquales calices conuiua ſolutus legibus inſanis.

Et eo. lib. Saty. 2.

Poſt hoc ludus erat culpa potare magiſtra.

Appellatum hoc certamen vini: ad quod iam ſenex ſe ineptum fatetur idem Flaccus 4 carmi. Ode 1.

Nec certare iuuat mero.

Aduerſus quos eſt Iſai. c. 5. *Veh qui potentes eſtis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miſcendum ebrietatem.* vide pulchrè Auguſt ſermo. 231. de tempore: cuius verba tranſcribit Franc. Viui. deciſ. 66. nume. 6. vt, & memini ſupra de ebrietate. Horat. carm. *Scypis pugnare Tracũ eſt.*

Taliter conuiuantes cogi, neque ſalubriter, neque prudenter fieri. adnotat Polid. Virgil. lib. 3. c. 5. & Athene. lib. 10. cogi ad bibendum, inquit, non minus graue eſt, quàm ſi quis acrem perpeti cogat ſitim. quod in adagio eſt *epiſchythizare*. Nec aliter à peccato excuſatur cum quis aliquem ad bibendum incitat, quam ſi ignoret conditionem bibentis ex eo potu inebriari ſecundum D. Thomam, quem refert Ludoui. de Beia in caſibus conſcientiæ, congregat. Aprilis caſu 3.

Et nota, quoniam ante cap. à crapula extra de vita, & honeſt. cleri. idem prohibuiſſe legitur Carolus Magnus, & Ludouicus Pius eius filius, vt teſtatur Gl. improba. conſue. Pariſi 4. parte, tit. 50.

Sanctiſſimus noſter Epiſc. Antonius Portius in Monopolitana Synodo. de vita, & honeſt. clerie. vini conſumendi abuſum vetuit iuxta canonum Sanctiones, ideſt inter bibendum remiſſiones, etiam ſub prætextu, & nomine charitatis.

Idem dici poteſt ſecundum D. Ambroſ. de Helia, & Ieiunio cap. 7. his verbis. *quid obteſtationes potantium loquar? bibamus, inquiunt, pro ſalute Imperatorum. & qui non biberit, ſit reus in deuotione.*

Bibere pro Regis ſalute ... pro deuotione.

Nam, & ad numerũ cyathorum precari annos ſibi inuicem Romanos abundè, & lætè bibentes Idibus præſertim Martij in Annæ honorem, dicit Ouid. 3. faſtor.

Annos precantur quot ſumunt cyatos, ad numerumque bibunt.

Superſtitio veterum conuiua diſcedente.

Fuit & inter conuiuantium obſeruationes apud veteres, C. Plinio teſte hiſtor. natu. lib. 28. cap. 2. recedente aliquo ab epulis, ſimul verri ſolũ: ideſt mundari, aut bibente conuiuia menſam, aut repoſitorium tolli, in auſpicatiſſimo iudicari, Seruijque Sulpicij commentationem fuiſſe menſam linquendam non eſſe.

Inuitati tenentur bona fide non vocati ad conuiuium accedere.

Notatu dignum arbitror in conuiuijs, quod inuitator non tenetur de conſuetudine mittere hora debita ad conducendum inuitatos; ſed ſufficit inuitaſſe certo die, & hora, vt ad conuiuium veniant. Aegid. Bellam. in cap. quidam cedendi extra de renunc. vbi etiam tractat de ſeſſione multorum in conuiuijs. ad quem ſe remittit Anton. Scappus de Iure non ſcripto lib. 1. cap. 61. Atque vt ſenioribus primi diſcubitus, & honoratior locus detur, ipſique ſublata menſa primi aſſurgere expectentur ex conſuetudine: qua etiam in imo conuiuij loco dominus, vt

ſedeat

Digitized by Google

ſedeat Pariſijs obſeruatum teſtatur Rebuff. in conſtit.reg.Franc tit.de magiſtr.artifie.artic.1.

Germanorum & Saxonum conſuetudo.

Germani, & Saxones ſuo hoſpiti, vel alteri eum locum: in quo bibitur ſubeunti aſſurgunt, & porrecto poculo ad combibendum officioſiſſimè hortantur inimicum arbitrantur, qui iteratò inuitatus, in dicta cauſa compotare recuſat: quod, vt dedecus cęde non nunquam, & multo ſanguine vindicatur, Io.Bohem.lib.3.de morib. genti,c.13. in fine.

Profeſſuri religionem licitè conuiuium offerunt.

Et notabis, quòd conuiuia, neque ante profeſſionem, neque poſtea facere vetitum eſt, cum quis religionem ingreditur, dummodo purè, & ex liberalitate ſine pactione fiant huiuſmodi prandia, ſiue cœnę, aliàs incurrunt ſententiam excommunicationis ipſo facto. Summa Anton. ver.excommunicatio contra recipientes, 3.par. tit.34.& 168.prout eum refert notanter.Franc. Marcus decis. 962. quæritur an ſit licitum, prima parte.

Feralia quæ olim pro defunctis fieri ſolebant.

Non eſt omittendum hic olim fuiſſe februa per 12.dies Februario menſe: quibus pro impetranda defunctis quiete piaculis, ſacrificijſque circa ſepulchra intenti erant: poſt quæ dies ſuccedebant lætiſſimi: quibus agnati, affineſque fine complorationi impoſito, genio indulgebāt, alternato in commeſſationibus, conuiuijſque officio. commemorat Blondus lib. 2. Romæ Triumphantis.

Legati prœſtatio epulum implere debet.

Et nota. quod modus legato adiectus à teſtatore, vt epulum municipibus, impleri debet, l.17. in fine D. de cond. & demon. Eſt autem epulum conuiuium numeroſis ciuibus exhibitum, vel in honorem Deorum, vel ad oſtentationem magnificentiæ, vel in funere parentali. Aul Gelli.noct. attic. lib.11.de quo vltimo videtur intellexiſſe I.C.in d.l.17.

Senatoribus ius fuit publicum epulandi.

Ius publicè epulandi fuit Senatorum Romanorum, inquit enim ibi Gellius ſolemni die epulum Ioui libaret, atque ob id ſacrificium Senatus in Capitolio epularetur. huius iuris Sueton.Tranq. meminit in Auguſto, quòd qui à Senatu remoti ſunt vti ſuperuacanei aucto eorum à Cæſare ſupra modum numero, ijs ius publicè epulandi, ac aliæ quædam prerogatiuæ permiſerat Auguſtus.

Ferunt Syllam ex vniuerſis fortunis Herculi decimam ſacrificantem lauta populo Romano feciſſe conuiuia, eodem modo Craſſum epulum populo dediſſe Herculi ſacrificantem, cum facultatum ſuarum decima. Item, & Lucullum.

Dies epularis. Qui olim dicebatur & pauperum conuiuia.

Diem quoque epularem appellabant quo epulum populo dabatur, vt in Domiciano meminit Sueton.Tranquil. c.13.

Hic, & admonitum velim lectorem, ſcio enim pleriſque in locis ex voto, vel maiorum inſtituto ſolitos ciues conuiuium pauperibus exhibere, veluti in patria feſto S. Antonij. veniáliter iſtos peccare talibus lautos, ac ſtudio præparatos cibos præbere ex Diuo Auguſtino habetur diſtinct. 5. cap. 1. tum Ocarium. S. criminis ibi. ſi pauperibus eſurientibus. quòd dictum exornat Io. Montag. in tract. de authori. magni conſ.nu.30. & ſeq.

Sentem viri autem epulorum dicti apud priſcos fuerunt, non ſecus quam noſtræ religionis Epiſcopi Legatorum ad pias cauſas executionis curam habentes, vt notat Blondus Roman. Triumph. lib. ſecundo: qui de hac re late, & eruditè f.33.

Conuiuari licet in publica lætitia.

Item in publicis populi lætitijs non prohibentur conuiuia; ita enim cauetur l.4. C. de paganis, *Feſtos conuentus ciuium, & communem omnium lætitiam non patimur ſummoueri, Vnde abſque ſacrificio vllo, atque vlla ſuperſtitione damnabili exhiberi populorum voluptates ſecundum veterem conſuetudinem, iniri etiam feſta, & conuiuia. ſi quando exegerint publica vota, decernimus.*

Leges verò latas de cœnis parcè in epulis faciendis tam publicè, quam priuatim commemorat poſt antiquos Andreas Bacci. de natura vini fol.133. & ante ipſum nuncupatim leges veterum Romanorum recenſet Blondus Romæ Triumphantis lib.8. ad quem lectorem quoque remiſi lib. de catapanis c.1.

De nocturno vini potu.

Ad lucernas epulari mos vetus.

Noctu Romæ potabatur, cum ad lucernas epularentur, ſupponit Horat. carmin. lib. primo, Ode 27.

Vino, & lucernis non ceſſauere Poetæ.
Nocturna certare mero, potuere diurno.

Et Propertius.

Sic noctem paterum, ſic ducam carmine donec,
Incipiat radios in mea vina dies.

Et Virgil. in conuiuio Didonis.

Pendent lichni laquearibus aureis incenſi.

Ariſtophanis concionantes.

Mitte mitte merum læſicabis noctem totam.

Hora cœnæ ſecundum Baccium & Marſil. Cagnat.

Ideo vereor adhærere Baccio lib.4. de conui. antiq. affirmanti fuiſſe cœnam hora diei decima. hoc eſt à 21. in 22 horas. & dicam proximè in Marſil. Cagn.

Nocte magis, quam die conuiuari expedit, non ſolum quia liberius vino dabant operam, ſed etiam quod lumina maioris erant cauſa lætitiæ, Cornel. Tacit. lib 14. Ideo Horat. Ode 19. lib.3. id ſignificans, ait.

Da lumen propere noua da noctis mediæ.

Et Martial.

Me iucunda iuuant tractæ per pocula noctes.

Heſperus noctifer aſtus, qui Lucifer mane vocatur Sydus eſt.

Ex Catullo notat Turneb aduerſarior lib.18. c.14. quid ſibi velit, *Iuſque ad diurnam ſtellam craſtinam perpotare*, ſtellam ſignificans: quæ Lucifer eſt, quam heſperum noctiferum appellamus, vt in Iuris Lexico. verbo ſtellam. dicitur noctis Nūcius, & noctis index apud Textorem.

His concordat aliud: quod ponit Daphnus medicus apud Athæneum Dipnoſop. lib.7.c.1. Vtiliores ſunt, inquit, cuius corpori cœnæ nocturnæ; nam Luna Sydus cum facile corrumpat digeſtionibus nutrimenti maximè conuenit.

Quare puto, etiam Marſil. Cagnat. reprehendendum: qui variar. obſeru. lib.1.c.17. Romæ antequam aduesperaſceret non æſtate tantum, ſed etiam hieme cenari conſuetum, credit, moneturnectur,

Digitized by Google

netur; Vitruuij loco lib. 6. c. 7. ex eo, quod Vitruui. de Triclinij ſitu ſcripſit, vt ſpectare debeat Occidentem hibernum pro veſpertino lumine, & calore ſimul. quem locum intelligo non tam pro cenaturis, quam pro cenam parantibus miniſtris.

Babilonia feſtum nocturnale erat. Babiloniæ feſtum erat: quo omnes vniuerſam noctem bibebant, & ſaltationibus indulgebant. Iuſtin. in hiſtor. lib. 25.

Romanorum frequens vſus prandij. Romæ verò maiorem deinde licentiam ceptam conijci licet, & quid cenabant, & quod prandebãt, vt plerique probant: inter quos Anton. Panor. epiſt. lib. 2. epiſtol. 1. Addo notanter Lipſium in Tacitum lib. 14. annalium vbi de diurnis, & nocturnis Romanorum conuiuijs, & tempeſtiuum concedit etiam conuiuium diurnum, nocturnum contrà intempeſtiuum.

Horat. in arte Poet.

Vinoque diurno.

Placari Genius feſtis impunè diebus.

Idem in Satyr.

De medio potare die.

Et lib. epiſt. 1.

Quem bibulum liquidi media de luce Falerni.

Erant, & ſunt qui ſummo mane bibunt: in quos Iſaia, cap. 5. *Væ qui conſurgitis mane ad ebrietatem Sectandam, & potandum vſque ad veſperam, vt vino æſtuetis*. quaſi damnabilius ſit mane quam serò inebriari. Neque prætereo dolenter

Tarentinorum ebrietas. id mollibus Tarentinis aliquando vitio fuiſſe, nec modò abeſt. Aelian. de Var. hiſtor. lib. 12. ita inquit. Tarentini conſueuerunt ſummo mane bibere, poſtea frequenti foro ebrij huc, & illhuc vagari. Conuenit Valer. Max li. 5. tit. de humanitate, & clementia dum de ebrietate Tarentinorum militum maledicentium Pyrro Epirotarum Regi, quod & meminit Guliel. Bened. in cap. Raynutius, §. mortuo itaque teſtatore 1. num. 74. & inde. Sunt, & vbique huiuſmodi perditi homines aſſueti in tabernis auroram vrceolis plenis ſalutare. Vinoque madidos fieri: quos Muſcones, ſeu Veſpones quaſi vegetum habitatores vocat Bald. quem meminit Ludou. Roma. in ſingul. Zoſimus Papa XLII. ſtatuit. Ne clerici publicè potarent. vt in eius vita notatur.

Menſa amicorum parens, inimicitiarum conciliatrix, & greſſium cultus. Veterum mos à quibuſdam meritò laudatur. hi quotannis conuiuia celebrabant inter agnatos, vt ſi aliquid ſimultatis interceſſiſſet, tolleretur, amicis quoque adhibitis ſecundum Lancel. in l. qui ſe patris, col. 7. C. vnde liber. cõcordat Sylu. nuptial. lib. 4. num. 60. Quoniam menſam Cato maximè amicorum parentem, atque procreatricem exiſtimauit, vt refert Petr. Rebuff. in conſtit. reg. Franc. de Magiſtr. Artifi. poſt principium.

Et ſcitu dignum hic quoque noto. conuiuia: quæ letitiæ cauſa fieri ſolent Italorum creticis fuiſſe antiquiora ab Oenotriæ Rege inſtituta: qui agreſtes populos, & feros, compoſitis, & conſtitutis legibus, eo modo ad mitiorem vitæ cultum traduceret, Nicol. Leonic. de varia hiſt. lib. 3. c. 36. qui & recenſet conſuetudinem veterem, bonum Dæmonem primo poculo, & poſtremò meraciore inuocandi, vt ipſe dicit lib. 1. cap. 72.

Chriſtianis verò vetitum conuiuia celebrare: in quibus quiſque ex commeſſoribus partem conferat, text. in c. non oportet. 44. diſtinc. niſi æſtate, vel in nemoribus, ſeu montanis fierent, ſecundum Vgonem, & Archid. quos ſequitur Cardi. Alex. & videbis, c. non liceat, ead. diſtinct.

Tabernarij infames cenſentur, & notantur. Neque omittendum puto textum pulcherrimum iuncta, Gl. in conſtit. reg. mores diſſolutè. Tabernarij: qui tabernas velut naturales lares, & proprios elegerunt inter infames habeantur; ita vt nec ad teſtimonium, nec ad officium aliquod publicum admittantur.

Et contra illos: qui ſic expendunt ſua in potionibus, & ebrietatibus, quod eſt legibus odibile, vt in authen. de Conſul. §. ſi enim hoc egerint, ibi *(domi deferentes omninò nihil)* ſcilicet eorum, quæ in die lætitiæ conſularis miſſilia ſpargi ſolent, ſed eadem die in ebrietatibus, & potionibus omninò expendentes.

Veteri autem lege filius commeſſationibus vacans, & luxuriæ, atque conuiuijs contra patris monita reus erat mortis. Deuter. c. 21. ritusque paganorum improbatur, qui Kalendis Ianuarij propter nouum annum conuiuabantur per vicos, & plateas cantatores ducẽtes 26. q. 7. c. ſi quis calendas.

Seruus commeſſator redhibetur. Et ſeruus commeſſator redhibetur, l. ſi quid venditor, D. de ædil. ædic. vbi Guliel. Bude. Et de ſeruo vinario eſt text. in l. 4. eo. tit. namque olim nota erant digni, qui ientaculis, & merendis delectabantur, & de prandiolis cænis, epulis, atque merendis: quas omnes commeſſationes charitates quidam appellant, vide quæ ex Clemente Alexandrino adnotat Hieron. Mercur. lib. 4. c. 17. vari. lecti.

Et nihil durius mala vxore commeſſatrice. Eſiod. lib. 2. opera & dies. Tiraq. de legib. connub. l. 9.

In conuiuijs parſimonia laudatur. Parſimonia tamen in conuiuijs non debet eſſe conuiuis ludibrio: Vnde ſi quis tibi commiſerit, vt expendas ſuo nomine in honorem doctoratus vel nuptiarum die, quo vxorem duxit, vel gradum aſſumpſit, & tu diſpenſator geſſiſti te auarè, & miſerè, ita vt exinde doctor vel ſpõſus conſecutus ſit magis dedecus, quam honorem, non poteris repetere expenſam in illo conuiuio, Alber. de Roſat. in l. at ſi quis §. iudex D. de reli. & ſumpt. funer. Nam ſecundum Philoſophum, cũ hæc ſemel fiant, non parcè, ſed magnificentius impendi oportet, aliter enim cum hoſpitem recipimus, aliter cum vxorem ducimus, conuiuare oportet, hoc enim ſemel, illud ſæpiſſimè fieri accidit, hæc Ariſtot.

Luſus pro cibo licitus. Quia verò à prohibitione luſus in pecunia excipitur, quod in conuiuio veſcendi cauſa ponitur, vt eſt tex. in l. fin. in princ. D. de ale. luſ. & aleat, ſanè id intelligas, nõ vt permiſſum videatur turpe aliquid, puta, ſi dicunt. Ego pono decem ſolidos, quod comedam pluſquam tu; quia iam inuitarentur homines ad ingluuiem, ſed ita accipias cauſa veſcendi, puta cum qui con-

ten-

Digitized by Google

tendunt aliquid eſſe vel non eſſe, & ponunt, vt qui obtinuerit quod poſitũ eſt ex aduerſo vincat, & in conuiuio expẽdat, quod eſt inductum cauſa recreationis, ita declarat, & exemplificat Roffred Beneuen. de libel. part 7. titulo de Senat. conſ. cuius nomen non habemus fol. 276. in antiquis.

Sodalitates & conuiuia ſocialia.

Sed caue; quia non licet eum omnibus conuiuari, c. ad menſam, vbi not. 11. quæſtione 3. & per collegia ſodalitia: quæ haberi prohibentur in l. 1. D. de colleg. illicit. ſignificari commeſſationes, & conuiuia ſocialia: dicuntur enim ſodales: quaſi ſimul edeles. Catelli. Cotta in memorial. verb. collegia ſodalitia. Vbi, & notat verbum, Mutitare, hoc eſt mutua conuiuia agitare.

Magiſtris artium in deſcriptorum probatione non eſt parandum conuiuium.

In regno Franciæ conſtitutum eſt regia ſanctione, ne artifices in approbatione artificij, & tyrocinij, cum magiſtri fieri volunt, aliquod parent conuiuium prandium, aut cœnam alijs Magiſtris artis: de quo Petr. Rebuf. ibi titulo de Magiſtr artiſic.

Quo caſu quis cœna vel prandio priuatur.

Quibuſdam in collegijs ſunt conſtitutiones, vt qui horis ſtatutis cum alijs de collegio in menſa non conuenerit, præſenti prandio, aut cœna priuetur: ad quod vide notab. quæſtionem diſputatam in collegio Iacobi Zebedei Salmaticenſis per Fernan. Vaſq. controuerſ. lib. tertio, capitulo nonageſimoſexto, numero vigeſimonono.

Menſæ benedictio laudabilis.

Prætermiſſa verò menſæ benedictio, quam noxia eſſe ſoleat vide exemplum Ioan. Nider. libro quinto, formicarij relatum à Martino del Rio diſquiſiti. Magica. tomo nono, libro tertio, parte prima, quæſtione ſeptima, ſectio. prima, fol. 137.

Bibaces autem fuiſſe nonnullos, ſingulariter congerit Aelianus de Varia hiſtoria libro ſecundo, qui, & libro tertio, eiuſdem hiſtoriæ agit de Tapyrorum, & Bizantiorum vinolẽtia, item Argiuorum Corinthiorum, Thracum, & Illyricorum, & videas eundem libro duodecimo.

Vini miniſter in conuiuijs nobilior quam ciborum.

Demum hic notandum non prætereo, quòd qui in conuiuijs miniſtraturi ſunt conuiuis, nobilius de vino feruiunt quàm de cibis, ideo in celebratione Imperialis curiæ Brandeburgenſis Marchio aquam lauandis manibus regis, vel Imperatoris Romani miniſtrat, Primumque potum Rex Boemiæ Comes Palatinus cibum afferre tenetur, Reſtaur. Caſtal. de Imperat. quæſtione octaua, verſiculo vigeſimoquinto.

Ganimedis honores.

Ad hoc pertinent honores: qui Ganimedi à poetis tribuũtur Iouis menſę adhibito ad præminiſtranda ei pocula, adnotat Seruius in illud Virgil 1. Aeneid.

Rapti Ganimedis honores.

Propter miniſterium, inquit, poculorum: ad quod receptus eſt, remota Hebe filia Iunonis: quæ Ioui bibere miniſtrabat.

De Meraca bibitione.

Vinum purum bibi non debet.

Vinum purum in ientaculo cũ panis fruſto.

Sed cum ientaculum ſumitur, mos non improbatur vetus in vinum purum fruſtra panis conijcere, & madeſacere ex Atheneo lib. 1. c. 4. Dipnoſoph. qui matutinum cibum hunc, & ſub auroram ſumi dicit.

Et cum ab initio non dum aquam vino mero infundere conſueuiſſent, fertur Dyoniſius edixiſſe, vt modico vino vterentur. Atque ne ſe inuicem ebrij facti vulnerarent, præcepit, & pro ligneis baculis ferulis in vſu haberent. Diod. Sicu. hiſtor. fabul. lib. 5.

Vinum impotens ſine aqua bibitur.

Regulam verò vini puri non bibendi intellige quoties vinum eſt præcellens, nam in vino minus potente ſecus eſſet, poſſetque hoc caſu quis ſine aqua bibere, nec peccaret. Io: Sayſon. in conſuet. Turonen. de droictz articulo primo, titulo banc, atque ita defenditur mos quarundam nationum liberius, & meracè bibendi, veluti Germanorum, & Eluetiorum à vin folio quinquageſimoſeptimo, & dixi infra de ſolius aquæ potu.

Item intellige, niſi pro medela fieret, vt meracioris vini, id eſt puri meri generoſi potu vtamur. Verbi gratia ad tollendam famem: quam caninam vocant, ex Hyppoc. Aphor. 21. Galen. & alij notant.

Plus æquo ebibitum pro corporis medela.

Quemadmodum plus æquo ebibitum etiam aliquando medicamen eſſe affirmant, Cornel. Celſ. & Dioſcor. quos meminit Bartholom. Taegius in dialogo de humore vitis, pagina decimaſexta.

E contrario verò modico vino vti expedit propter ſtomacum, & frequentes infirmitates, ex epiſt. Pauli Apoſt. ad Timoth. habetur in c. & ſi Chriſtus Paragrapho penult. extra de Iureiuran.

Ex eodem textu §. pen. in principio deduci poteſt alia limitatio ad regulam cum parũ meri ſumitur, & rarò, ibi verſ. Vir multum; quem ſenſum habuit Scipio Ianuarij poſt Napod. in prohem. conſuet. Neap. verb. immoderata guſtatio.

Eſſe autem, & pro inueſtituræ ſolemnitate meracam bibitionem, vt olim in hiſpanijs, cum Comes à Rege creabatur: quem vſum meminit, & derider Molina de primogenijs libro primo, capitulo vndecimo, numero vigeſimotertio, & Bouad. Polit. libro ſecundo, capitulo decimoſexto, numero trigeſimoprimo.

Ego verò contra dixi in fine proloquij in reliq iur. longob. vbi de fœdere, & amicitia per libationem, ac de Germanorum moribus ita Cornel. Taci. de reconciliandis inuicem inimicis, & iungendis affinitatibus, & aſciſcendis Principibus, de Pace denique, & bello plerumque in conuiujs conſultant tãquam nullo magis tempore ad ſimplices cogitationes pateat animus, aut ad magnas incaleſcat.

Digitized by Google

Catulli epigrãma expenſum : quid per calices amariores intelligat.

Animaduerti apud eruditos in quæſtionem veniſſe, quomodo accipienda, & intelligenda ſint Catulli carmina ad puerum ſuum hæc,

Miniſter vetuli puer falerni, in
Gere mi calices amariores :
Vt lex Poſtumiæ iubet magiſtræ :
Ebrioſa acina ebrioſioris.

Lex Poſthumia quæ fuit.

Quibus in exponendis duæ ſunt difficultates. Prima quoniam dici debent amariores calices, non auariores, vt à quibuſdam legitur, Altera eſt de lege Magiſtræ Poſtumiæ ; quanam ea ſit ? Torquatus Taſſus ſummi vir ingenij in libello eleganti : cui titulus *il Padre di Famiglia*. Auſteritatem, intelligit ex vetuſtate vino accedentem amaritudinem, & legit ipſe, Inger mi calices. Sed melior eſt poſitio verſus, vt principium verbi, in, locetur in fine præcedentis, ſicut poſuimus, deinde initio verſus ponatur *gere* cum *inger* dici nequeat latinè, & metri ratio id patiatur.

Dici verò amariores calices puto, qui liberius propinantur, quoniam vinum multum potatum amaritudo eſt animæ Eccleſiaſt. cap. 31. Ideo ſubdit *ebrioſa acina* comprobo ex eo: quod apud Atheneum legitur Diphnoſoph. libro primo, cap. 23. Suauius eſſe vinum aqua infuſa, quod amariores calices ſunt, cum merum purum propinatur.

Vinum ex vetuſtate fit amarum.

Non tamen nego ex vetuſtate amaritudinem, ſiue mauis aſperitatem fieri. C. Plin. libro decimoquarto, capitulo quarto, hiſtor. natur. ſic ait, *Durant vina 200. ferè annis iam in ſpeciem redacta mellis aſperi ; etenim hæc natura vinis in vetuſtate eſt, nec potari per ſe queunt, ſi non . . . . aqua vſque in amaritudinem carie indomita*. Pariter Theophraſt. de cauſis plantarum libro ſexto, capitulo decimo. *Vinum* inquit, *ex vetuſtate immutatur, corrumpitur, efficiturque amarum.*

Taſſi interpretatio notatur in Catullum.

Puto quoq; nõ rectè percipiſſe Taſſum, quod de nigredine in vino : quæ fertur Homero gratiſſima ipſe diſſeruit. Scio namque Falernis vinis : quæ celeberrima ſunt, nigrum ineſſe colorem, atque alijs laudatiſſimis, iiſdemque dulcibus : quæ duæ conditiones ab Homero commendari meritò videntur. Quoniam, & vinum dulce minus inebriat, quod ſimpliciter acceptum, neque verum eſt ; quoniam Homerus vino non dulcedinem tribuit, ſicut in melle, ſed magis ſuauitatem, vt ex eius verſibus Odiſſ. decimoquinto. Probant Macrobius Saturnal. libro ſeptimo, capitulo ſeptimo. Dic tu igitur petijſſe Catullum calices ſibi miniſtrari veteli Falerni ; quoniam cum vini natura humida ſit, atque ab initio aquea, temporis longinquitate adeo paulatim euanuit, vt vinum meracius effectum ſit, Meraciores autem calices copioſè ebibiti, nimirum ſi amariores ſunt, propter nimiam, ſcilicet potationem. Qualitas verò illa, *vetuli*, ideo ponitur a Catullo ; quia Falernum nimium recens, vetuſve nimium inſalubre dictum eſt, medizque eligebatur ætatis circiter annum quindecimum, qua de re vetulum appellabant optimi, celerrimique alimenti, miræque virtutis ad corpus nutriendum, ac reficiendum, ex medicorum traditione ponit Athene. Diphnoſoph. dict. cap. 23. & 24.

Vini natura qualis.

L. Poſthumia interpretatio.

Quod autem ad legem Poſthumiam attinet, valeat eiuſdem Macrobij authoritas. Vbi de Poſthumio Fidenatium dictatore agit, victo, profligatoque ancillæ calliditate : qua verbi Romæ parta fuit libertas, feſto die per eam ſimulato, quo Reipublicæ hoſtes plurimo vino prouocati ceſſerunt. Vnde credendum eſt, Ancillam à deuicto Dictatore agnominatam fuiſſe, deinde Poſthumiam, & Magiſtram ex eo, quod ſuaſerat feſto die ad ebrietatem vſque ab omnibus vinum, ebibi. vide igitur Saturnalior. libro primo, capitulo vndecimo.

Goliæ interitus ex ebrietate.

Similis interitus Goliæ : qui vt Ioſephus ait antiqu. Iudaic. libro decimo, capitulo vndecimo, inter conuiuia Iſmael ſæpius inuitatus debriatus eſt : quem Iſmael videns, ita vino repletum, & velut inſenſatum in ſoporem conuerſum ſurgens occidit.

Ebrijs cur aqua noceat.

Nec ignorandum dictum Luc. de Penna in Rubric. Codic. de aquæduct. ebrioſis aquam nocere ; quia, inquit, malum ſtomacum facit.

Clericus vini abſtemius non ſiat, ſed in bibendo ſobrius.

Cæterum clericus ad Sacerdotium promoueri non poteſt, qui vinum non bibit, Gloſ. notat. ſecunda, quæſtione ſeptima, cap. qui Epiſcopi Apoſtoli.

Seruanda tamen modeſtia, ne vinum quis redoleat, ne audiat illud Philoſophi relatum à Diuo Hieronymo in Epiſtola ad Nepotianum, *hoc non eſt oſculum porrigere, ſed vinum propinare.*

Genus tormenti [illegible]

Inter facinora Tiberij Cæſaris, C. Suetonius, capitulo 62. hoc refert, illum excogitaſſe *pro cruciatus genere, etiam vt larga meri potione per fallaciam oneratos, repente, veretris deligatis, fidicularum ſimul, vrinæque tormento diſtenderet.*

[illegible]

Ingenioſam monere ſe dubitationem ſcribit Vrſus Medicus in libello de vino, capitulo tertio. Sed pro dubitatione quæſtionem format, quodnam magis inebriet, ac feriat mentem vinum merum, an dilutum ? dilutum reſpondet ex Auicen. 3. fen. doct. 2. quod dilutum citius, & magis mentem feriat. errauit certe confundens aduerbia magis, & citius, citius concedimus cum Auicenna, magis negamus, nec enim id poſuit Auicenna, cuius verba ſunt, Scias præterea, quod mixtum velocius inebriat, propterea, quod aqueitas penetrat ; eodemque ſenſu locum Auicennæ citat Blaſius Villafranca de refrigerando cum ſale vino, his verbis, *Vinum leuiter dilutum citius caput mero ipſo tentare ſolet.*

[illegible]

Eiuſdem opinionis aduocat Vrſus Ariſtotelem in 3. par. ploblem: quem non inuenimus per 34. quæſita de vino, niſi vir bonus pro ebrietate

crapulam

Digitized by Google

crapulam accipiat; dum philoſophus videlicet quærit, cur magis crapulam ſentiunt, qui diluitiuſculum bibunt; quàm qui merum ex toto; nam & præfatur; vinum temperatum expeditius loca plura, auguſtioraque ſubire: intemperatum autem minus facere id poſſe; qui locus notatione dignus eſt in eo: quod poſui infr. c. ſeq. de vini, & aquæ potu lymphatum maioris eſſe voluptatis, Differre verò ab ebrietate crapulam, docet idem Ariſtot. in problem. libr. 3. 17. quod ebrietas vna cum mente adimit, & ſenſum, crapula cōſtante mente caput affligit, idque conciliator ibi adnotat, ſic decipitur Vrſus in aduerbijs, & nominibus, his adde Petr. Lenander tract. de onerib. doctor. c. de vino bibendo moderatè, ibi *quare bibentes vinum lymphatum magis patiantur crapulam, quam bibentes vinum purum?* cui reſpondet cum Ariſtotile.

Vinum qui dilutum bibunt plus crapulæ q. am qui merum.

Bibentibus aq. vita longior.

Quoſdam ſolius aquæ potu diutius traxiſſe vitam teſtantur medici obſeruatum. Eſt enim aquæ potus ſaluberrimus C. Plin. hiſtor. libro decimoquarto, capitulo vigeſimoſecundo, Thales philoſophus cum attendiſſet aquæ mira, ac eam, vt nobis ita cæteris omnibus ortus, & accretionis dare principia, aqua nihil eſſe prius aſſeruit, eſſe propterea primum principium terum naturalium, cui videtur concors ſacrorum ſententia.

Vita hominis panis et aqua.

Principium vitæ hominis panis, & aqua, ac vbi vendi ſolet alimentorum appellatione continetur l. 1. D de alim. lega.

Poſtquam verò in vſum eſt aſſumptum vinum, nec omnibus tamen permiſſum, ſolius aquæ potus in conſiderationem venit Primum. quod lege Moſis de ingreſſuris Dei tabernaculum cauebatur vinum ne biberent, vt non morerentur. Numeri capitulo ſexto, & decimo.

Et ne qui ſe domino conſecraret, vinum, vel quod inebriare poſſet biberet, dic. capitulo decimo; Aegypti Reges: qui, & Sacerdotes erant, ex quo tempore diuino cultui deſeruire ceperant carnibus, & vino abſtinuiſſe, ſcribit Cheremon Stoicus: quem refert Polid. Virgil. de inuent. rer. capitulo quinto, & Nico. Leonic. de variar. hiſtor. libro ſecundo, capit. 22. maiorem autem prohibitione meſſe in carnibus, quam in vino, rationem, vide per D. Thomam 4. ſenten. diſtin. 15. quæſt ſecunda, articulo primo, vt refert Ioan. de Sylua tractat. de iuramento tertia parte, quæſtione prima, numero decimoquarto.

Quid eſt: quod inebriare poteſt præter vinum? Hierony. epiſt. ad Nepotianum exponens verbum *vinum, & ſiceram non bibunt.* Siceram hæbraicè interpretatur omnem potionem: quæ poteſt inebriare, ſiue quæ frumento conficitur ſiue pomorum ſucco, aut faui decoquuntur in dulcem, & barbaram potionem, aut palmarum fructus exprimuntur in liquorem, coctiſque frugibus aqua pinguior coloratur, inquit D. Hieronymus. Hinc factum eſt quod aqua in

Sicera inebriat & quæ ita ſit.

Thermopolis ad potum calefiebat, id eſt in tabernis, eaque vendebatur: quam ſine vino interdum, & vino infuſam bibebant, de qua re accuratiſſimè differit Auton. Perſius in libello *del ber caldo* capitulo quarto, fruſtra tamen laborauit, vt ſuaderet à vino refrigerato abſtinendum.

Aqua in tabernis calefiebat.

Quo argumento aliquando ſum vſus, vt adulater magiſtro Gallo Prouinciali Dominicano, niue vinum maceratum bibenti, ſeq; ipſum niuibus proluenti, Epigramma eſt.

Vinum niue maceratum Veneris stimulum.

Mos fuit abſcindi Gallis pro matre Deorum:
Integritate Deo ſanctior ipſe places,
Nam potans gelida exerces, vineaq; miniſtros
Lympham qui fundant pulſibus, vt rigeas;
Ardores ſic Galle domas, moreſq; pudicos;
Sic à te didicit Dominicana cohors;
Namq; bibēs calidā, Veneris paſſerculus eſſes.
Algores inter, ſis modò Galle, Capo.

Gallorum Sacerdotum Deæ Cibeles eunucorum meminimus tranſlatione vtentes.

Sobrium Vicum Romæ dictum putant, vel quòd in eo taberna nulla fuerit, vel quòd in eo Mercurio lacte non vino ſupplicabatur. S.P. Feſtus adnot.

Sobrius Vicus ubi nulla taberna.

Scitu dignū arbitror, quod de linterno fonte in campaniæ regione memoriæ traditur, aquas eſſe acidulas: quæ vini modo facit temulentos, C. Plin. teſte, refert Blondus de Italia illuſtrata 13. regione. Sapotem guſtaſſe, vt cæterarum: quæ bibuntur bonum, ſed fumos ab ea in nares ſicut è vino non ingratos olfeciſſe.

Aqua acidula e linterno fonte.

Aquæ in Teno inſula ex cycladibus vna è fonte quodam fuiſſe perhibentur: quæ nullo modo poterant vino permiſceri. Nicol. Leoni. de varia hiſtor. libro tertio, capitulo octuageſimoquarto.

Aqua vino non miſcetur.

Ferunt hiſtorici Tehthyoſlagos ſub Troglodyticam orare in ſinu Arabico poſt epulas potus gratia ad fōtes pergere gregatim. Io: Boem. de moribus, & ll. gentium, lib. 1. cap. vlt.

Homines ad aquæ potum gregatim eunt.

Mos olim laudabilis fuit, teſte Athenæo libro decimo, vt neque ſeruus domeſticus vinum biberet, neque fœmina libera, neque ex liberis iuuenes: qui trigeſimum non attigiſſet annum. Matronæ abſtemiam perpetuò ducerent vitam.

Vini abſtinentia quæ eſſe debet.

Cartagini lex refertur apud Platonem libro ſecundo, de legibus, vt nullus miles in caſtris guſtare vinum auderet, ſed tantum aquam, expeditionis tempore biberet, idem inſtitutum præcepiſſe fertur Peſcennius Niger Imperator, teſte Spartiano in illius vita, refert Claud. Cotere. libro 1. de iur milit. capitulo 30. de Annona milit.

Verum Græci maxime aquam oderunt, inde notarunt Ranarum naturam, quòd potu aquæ delectantur. Petr. Victor. Variar. Lecti. libro 1. capitulo 13.

Ranæ ſemper in aqua.

Angelus vxori Manitæ ſterili, vt filium conciperet, & pareret à vino cauendum ſibi eſſe prędixit. Iud. cap. decimotertio, matri Sanſonis Angelus item præcepit monens quæcun-

H 2 que

que à vite procederent, non attingeret non vinum, non ſiceram biberet: quod pro ieiunij laude affert Sanctus Baſilius Magnus, Sermone V. Ieiunium enim in pane, & aqua fortiſſimum eſſe. ſed quia gloriam non habet, & omnes pane, & aqua viuimus, quaſi publicum, & commune ieiunium non putatur. S. Hieronymus epiſt ad Nepoti prope finem.

A vino vina legibus vel per etas abſtinent.

Apud nonnullas regiones Vini vſum interdictum, auctores congerit vtriuſque linguæ Andr. Tiraquel. eruditiſſimus in l. 9. connub. Gloſ. 1. parte nona, numero 206. & inde: cui addo Aelian. de varia hiſtor. libro ſecundo, de Roman. & aliorum lege: qua vinum neque omnibus, neque omni ætati concedebatur. Armenis autem morem fuiſſe à Septuageſima ieiunium incipientibus, vt in quartis, ſextiſque ferijs vino non vterentur; nam & putabãt plus peccare, qui his diebus vinum biberet, quam eum: qui Veneris gratia lupanar ſubiret. adnotat Io. Bohem. de moribus gentium, libro tertio, capit. decimo Indeque factum, vt vinum non niſi in ſacrificijs bibant, capit. octauo, libro ſecundo. Turcarum quidam religioſi per ciuitates vagantur in vtribus quibuſdam aquam ferentes: q̃ cuique petenti bibendam offerunt vltrò proprietatis officio. Francones Burgenſes eum in vinetis colendis mares, & fœminę exerceantur, vinum tamen vendunt ob domeſticam ægeſtatem, ipſi aquam bibunt, cerniſiam verò contemnunt, in Herbipoli tamen ieiuniorum tempore tantum, & extra ciuitatem in naualibus hæc venditur, vt hi: qui ſe tum à vino abſtinent, eam aquæ loco habeant, idem Bohemus ſcribit, lib. 3. c. 15.

Potus ieiuniũ non violat.

Ad id: quod de ieiunio tactum eſt, adde quod potus aſſumptio ieiunium non violat, tam ante prandium, quam poſt, peccaret tamen, & meritum perderet, qui ad delicias, & non ad neceſſitatem ſępius biberet. Antonius Scappus probat de iure non ſcripto libro primo, cap. 62. nume. 27.

Aqua, & ignis interdictio pœna eſt.

Aquæ verò potus neceſſitatem non plantis, & beſtijs tantum, ſed & hominibus cognoſci ex antiquiſſimo pœnæ genere aquæ, & ignis interdictionis, veluti contra damnatos de vi publica. D. ad l. Iuliam de vi publi. l. qui dolo in fine, quaſi ope denegata, & interdicta rerum, ſine quibus viuere nequimus, Alexan. de Alexandro dierum genial. libro . . . cap quinto, Iacobus Menochius de arbitr. Iudic. libro ſecundo, centuria quarta, cap 394. Vbi declarat, quæ pena loco interdictionis aquæ, & ignis hodie ſit, poſt quam deportatio: de qua textus in l. tertia, ad legem Iuliam pecul. ab vſu receſſiſſe dicit? adde Iulium Clarum pract crimi. §. fin. quæſtione 67. verſiculo item interdictio, & verſiculo deportatio, quæ tamen in Regno imponi etiam hodie ſolet nobilibus loco pœnæ capitis truncationis. notat Muſcat. de probat. delict. titulo de homic ſimplici nu. 52.

Aqua, & ignis in Sponſalibus.

Sed & aqua, & igne fœdera nuptiarum Sanciri ſolita habetur in lege pen. D. de dona. int. virum, & vxor. ibi *die nuptiarum priuſquam aqua, & ignis acciperetur* accipiebant hæc nouæ nuptę, quia his duobus humana maximè vita continetur, vide Guliel. Bude. ad d. l. qui loca Feſta, & Lactanti. refert, & ab eo eadem loca ad verbum tranſtulit Couarr. 2. part. relectio paragrapho primo, numero primo, latius Alexand. ab Alexandro loco ante citato de eadem re plura.

Curioſis poſſet eſſe quæſtio an Horatius potu aquæ ad temperantiæ virtutum, vel ad ſalutem, cum eſſet Lippus, delectaretur? affertur eius carmen Sermon lib. 1.

Hic ego propter aquam, quòd erat deterrima ventri.

Indico bellum,

Et epiſtol. ad vallam, lib. 1.

Ge- ida

Cum perluor vnda per medium frigus.

Explicat Hieronym. Magius Miſcell. lib. primo, cap. 11.

Pluuialis aquæ & Salentis diſcrimen.

Quibuſdam regionibus frequens eſt pluuialis aquæ vſus: medici verò in morbis adhibent ſalientem, quod eſt minus cruda, & leuior, leuitatem autem non quo ad pondus ęſtimamus ex cenſura Galeni, ſed quantum ſtomaco facilis ſentitur, & quam citiſſimè diſtribuitur ad venas, de hac re Thadeus Florent. in comment. quinto lib. aphoriſ. Laurentius Tabert. de bonitate aquarum Cornel. Celſus, libro ſecundo, capit. 18. Aegineta, libro primo, cap. 50. Oribaſius, libro quinto, collectorum, cap. 3. qui, & ſex capita conſcripſit de aquis ex Galeno Ruſo. Diocle. & Athenæo, adde Iuſtum Lipſium electorum, lib primo, cap. quarto. Vbi agit, aquam calidam antiquitus ad potum fuiſſe, immo ad delitias, & Hermopolio eſt elegans Epygramma qualis aqua potui eligenda.

Aqua calida ad potum in delitijs.

Sic aqua clara Fluat qualis nitiſſimus aer

Dulcis, & exigui ponderis, & gelida, &c.

vt in theſauro ſanitatis habet.

Vſus aquæ coquendæ & refrigerandæ non ſemper primum.

Vſum verò aquæ decoquendæ, deinde niue refrigerandæ ad voluptatem Nero prius docuit C. Plin. teſte. Crudam. n. non bibebant, qui ſaluti ſtudebant, vt, & nunc potentes quod eleganter notat Athenęus lib. 3. c. 21. de potu antiquorum qui, & diſtyc. affert hoc.

Incoctæ Aquæ crudum bibas ſi poculum.

Laborioſa fit, & grauis.

Cognouiſſe enim antiquos aquarum frigidarum vſum in potationibus. ibi latè probat Athen. & paſſim Medici, & Philoſophi.

Niues, & glacies potui ad voluptatem.

Imò ſunt qui in voluptatem gulæ niues, & glacies potant ſeruantes algorem æſtibus, C. Plin. hiſtor. natur. lib 19 cap. quarto, quamuis ſciamus quot, quantæque noxæ epoto vinis humore naſcantur, etiam ſi igne caleſiat: cuius noxiæ cauſas ex Ariſtotele ponit Macrobius, Satum lib. 7 c. 12. Aul. Gelli. lib. 19. capit. quinto. Nix aquarum cęleſtium ſpuma dicitur C. Plin. lib. 17. c. 2.

Ars refrigerandi Vinum multi tractarunt.

De arte refrigerandi potum diffuſè Nicolaus Maſinius Ceſen. quę meminit Horat. Argen. 3. tomo

tomo, libro decimo, capit. trigeſimo, Nicolaus Monardes de potu gelidæ Andr. Baccius, libro tertio, cap. quarto. Veteres, inquit, Sua vina precioſa attemperabant calida ob craſſitiem, mox per frigidam optimè refrigerata bibebant frigida, non calida, cum nullum animal bibat calidum, ſecundum C Plinium.

Aqua naturæ frigida.

Sine arte verò ſunt aquæ frigidæ, & aquæ calidæ, l. 1. §. idem Labeo ſcribit. de aqua quotid. & æſti. l. 3. §. 1. de aqua plu. arcen. l. 3. §. hoc interdictum.

Aquæ ardentes a vino ſegregantur.

Sunt præterea aquæ ardentes: quæ de vino ſegregantur Alemichi vſu ſic vocant vas igni ſuperpoſitum, quas doctiſſimus Latinus Medicus, & Philoſophus aquis marinis ſalſis comparat: quarum lambichi opę ſal calorque ita ſeparentur, vt dulcis eueniat, ac potioni apta tractat. de fame, & ſiti, libro ſecundo, quæſtionę vigeſima.

Sapientia ædificauit ſibi domum miſcuit vinum, & appoſuit menſam. Prouerb. Salom. De regimine aquæ, & vini Auic. lib. 1. fen. 3. doc. 2. capit. 8.

Qui primus aquam vino miſcuit.

Primus verò, qui ſapienter ſe gerens vino aquam immiſcuit, fertur Staphilus, vt ebrietatem euitaret C. Plin. natur. hiſtor libro ſeptimo, cap. 56. refert Hierony. Mercurialis variar. lection. libro primo, cap. 18. Nam propter ſobrietatem lymphatum ſumitur. Ideo Prouerb. 9. habetur *bibite vinum: quod miſcui vobis.* Aqua vino mixta voluptatem, letitiamque affert, ac prohibet inſaniam. Qua de re cum poſt cœnam vinum aqua mixtum ſumebatur. Iouem veteres vocabant Saluatorem Diodo. Sicul. li. 5. hiſtor. fabul. Iouique vinaliorum dies ſacer erat Macrobius Saturn. lib. 1. c 4.

Vinum & aqua vehicula cibariorum.

Vinum, & aqua inquiunt phiſici, & poſt eos Galeo. Mart. lib. de doctrina promiſcua, cap 28. ſunt vehicula cibariorum plurimumque in alimentis ſuffragantur. Vbi Galeot. Lymphatum dici poſſe latinè neget, Dogma eſt Apoſt. ad Thimoth. 1. cap. quinto, quo vini vſus non ſolius aquę permittitur ad corporis ſalutem ibi, *noli adhuc aquam bibere, ſed modico vino vtere propter ſtomacum, & frequentes infirmitates.*

Vinũ ad imbecillitatis ſolatium a Deo datum.

Diuus Baſilius vocat vinum Dei donum, ad imbecillitatis ſolatium temperantibus hominibus conceſſum, Io: Damaſce. Paralel. libro 3. cap. 12. de regimine aquæ, & vini, Auicenna libro 4. cap. 8.

Miſcere in crateribus vinum, & aquam, indeque infundi poculis veterum mos fuit, Plutarc. in Marcel.

Aquam vino miſceri vtilitas.

Suffragari autem diximus aquam vino mixtam, Nam, & ſi ipſa cum ſimplex ſit elementum, penetret, vinum multò magis. Ideo modicum dilutius ebibitum magis refrigerare dicitur; vinum enim ad venas efficacius aquam perducit: ad quæ loca illa per ſe non penetraret: quod à medicis, philoſophiſq; mutuati ſacri ſcriptores aliò trahunt per Riccard. 4. ſent. diſtinct. 49. & Sybilla noſter ciuis primus decad. quæſt. 5. cap. 3. de quatuor dotib. corpo. glorificat. Me tamen remitto ad medicæ artis ſcriptores: qui diſſident in non paucis, diſſeruitque nouiſſimè doctiſſimus Latinus lib. 3. de fame, & ſiti, q. 8. vtrum dilutum, an aqua promptius ſitim placat.

Vini miſcendi & temperandi modus.

Miſcendi vini, & temperandi modus pręſcribi nequit propter varia vinorum genera ex Atheneo, Baccius de conui. antiq. lib. 2. capit. 10. de temperandi vini modo, & menſura aquæ cum vino. Vbi, & ex Cornelio Celſo probat hieme meracius bibendum, æſtate dilutius.

Res vanas, & futiles in vino lymphato: ſcribi tritũ fuit apud græcos adagium, notat Petr. Foller. in pract. crimi. canon. verb. capiat informationem, nu. 22. Ibi mulleris iuramentum in vino ſcribo. Ea, vt credibile eſt ratione, quia facillimè labitur, ebibitum cum aqua, vt dictum eſt.

Arte vinum ab aqua ſeparatur.

Poſſe autem ex phiſicorum opinione aquam à vino per artificium ſeparari, quamuis Gloſa aliter in c. cum marthæ §. quæſiuiſti per illum textum extra de celebr. miſſar. oſtẽdunt paſſim iſti impoſtores, ſiue circuitores.

Aqua tingitur in vini figuram.

Sicut, & poteſt artificiosè fieri, vt aqua tincta videatur vinum: Io. Flaui Bruni. de vino, & aceto cap. 57. Et de aqua vitis, ſiue aqua vitæ multa dicunt phiſici: cuius, & nocumenta ieiuno ſtomaco ebibitæ, ponit Andre. Bacci. libr. 1. de hiſtor. vini c. 27.

Ex vino fumus aſcendẽs in aquam reſoluitur.

Præterea vinum ſi ponatur ad ignem fumus aſcendens ex eo eſt dulcis, fierique ex eo collecto in ſpongia aquam dulcem. Indeqne probat philoſophus, omnem liquorem eſſe aqueum habentem terreas partes. Galen. lib. de mari, & aquis Ariſtot. 4. meteor. capit. 2. de veritate vide Io. Paul. Donatum lib. 18. Gonzagior. cap. 23. & 24.

Vinum naturaliter aquoſum ſine aqua bibitur ſine patoris vitio.

Et qui bibit loram, ſiue aquaticum, quamuis ſit ſpecies à vino ſeparata, non valdè differt ab eo, qui vinum naturaliter aquoſum biberet, ideo non eſſet reprehendendus, qui hoc biberet purum, id eſt ſine aqua Io: Sayſon. conſue. Túron. titulo banc. à vin. articulo primo, ex Galen. comment. vndecimo, lib. ſecundo, de amphoris, & comment. 18 & de cibis boni, & mali ſucci cap. 17.

Vini & aquæ ſocietas fabuloſa.

Notabis hic vini, & aquæ conſortij fabuloſam originem: quam his verſibus Muretus, ſcribit

Non dum natus eram, cum me propè perdidit ignis;
Ex illo fontes tempore Baccus amo;
Qui colitis Baccum, comites ſimul addite Nymphas;
Nam ſine ope illarum munera noſtra nocẽt.

In idem ſubiectum Hieron. Fracaſtorius ſic

Infantem Nymphæ Baccum quo tpe ab igne
Prodijt inuentum ſub cinere abluerant.
Ex illo Nymphis cum Bacco gratia multa eſt.
Seiunctus quòd ſit ignis, & vrat adhuc.

Bacchi nutrices nymphæ.

Athen. Dipnoſoph. lib. 11. c. 3. limneum vocatum fuiſſe, ait Dionyſium, quoniam muſtum aqua mixtum tùm primum bibitum eſt, atque

Digitized by Google

ad luſtrationes vſurpatam fuiſſe apud antiquos obſeruauerit Hieron. Magi. miſcella. lib. 4. c. 10.

Sed cum eiuſmodi vinorum purgatio ſit, prius afferenda ſunt poſt vita functos exempla: Aquæ igitur vim purgationis ineſſe in funere oſtendit Feſtus.

Itaque inquit funus proſequuti ignem ſupergrediebantur aqua aſperſi. Item quoſdam Aethyopum eſſe refert Didor. Sicul. Hiſtor. lib. 3. qui ſuos defunctos in flumen projiciunt exiſtimantes id optimum ſepulchrum eſſe, Atq; fertur Arthemiſia Mauſoli Regis Cariæ dilectiſſimi viri defuncti corpus redigiſſe in puluerem, & aquæ inditum ebibiſſe: Nam, & Dardani Populi ter Balneis vtebantur poſt partum, poſt nuptias, & poſt mortem; nota Aeli. de var. hiſtor. lib. 4.

Verum non me latet, quòd vſi iam corporis mortui reliquiãs vino abluebant, deinde ablutæ ſepulchris condebantur. Virg.

Poſtquam collapſi cineres, & flamma quieuit
Reliquias vino, & bibulam lauere fauillam:

Et Auſonius in tumulum hominis felicis inquit.

Sparge mero cineres, & odoro perlue nardo.

Mos etiam fuit Aegiptijs aliquem per laſciuiam corporis interiora prçter renes, & cor ducere: quæ ſingula alter vino pheniceo ex rebus odoriferis lauabat Diodor. Sicul. hiſtor. lib. 2.

Cum tamen ſciam quoſdam de aqua ſcriptitaſſe: illud denique noto antiquum fuiſſe vſum, quo ingredientes templa luſtrali aqua reſpergerentur. Oſtendit Hierony. Mercurial. miſcel. lib. 4. cap. 10. Adducendo verba: quæ Hippocrati aſcribuntur lib. de morbo ſacro. Morem quoque fuiſſe veterum chriſtianorum non dum omninò derelictum, & ſi minus frequentem: quo ſolent poſt Veſperas Vigiliæ S. Ioannis Baptiſtæ nudi lauari in peremnem Sancti memoriam, ſacrique lauacri. Benedict. de Falco. lib. de locis antiquis Neapoli. Vbi de S. Ioanne à mare, refertq; de hac ipſa re Franc. Petrar. epiſtolam ad Ioannem Columnam de Rheni accolis ſibi ſuadentibus omnem totius anni calamitatem imminentem fluuiali illius diei ablutione purgari, & deinde lçtiora ſuccedere Itaq; luſtrationem eſſe annuam inexauſto ſemper ſtudio cultam, colendamque verba Petrarch.

Dijs ſuperis ſacra facturo mos fuit corporis ablutione purgari. Cum verò inferis litabatur Satis actum, ſi aſperſio ſola attingat. Exemplis probat Blond. Romæ triumphantis lib. 2. de Aegiptiorum Sacerdotum mũdicie, præter quæ multa feruntur: lauantur hi quotidiè frigida aqua, interdiu ter, nocte bis.

Ad obliuionem amoris profuiſſe aquç aſperſionem oſtendit Proper. lib. 3.

Quod mihi non patrij poterat auertere amici.
Eruere, aut vaſto Theſſala ſaga mari.

In legibus Moſis cautum eſt, vt fluuium fœminis per quietem paſſus frigidam aquam ingrederetur prius quam Sacerdos duobus agnis pro eo faciat ad expiationem

Turcæ, & Saraceni corpore loto expiari ſe credũt, & vbi aqua ad id eis deeſt, puluere mũdæ, & recentis terræ perficiunt. Nec ante ablutionem pollutus loqui ſecum permittit neminem, & chriſtianæ religionis inſtitutum eſt in defunctis humandis, quò cadauer bene lotum vino, aut calente aqua, deinde indutum, & à ſacerdote thure ſuffiſum, & benedicta aqua conſperſum cum cantu, certiſque precationibus, demum ſepulchro reſupinum imponitur, ac terra obruitur, pedibus ad Orientem capite ad Occidentem Solem verſis, teſte Io. Boem. in fine lib. 2. de morib. & ll. omni. Gent. *Modus ſepeliendi mortuos.*

In Funere, Ne circumpotato.

Legis hoc caput erat è 12. tabulis. Dicitur autem circumpotatio funebre conuiuium Lud. Charond. in d. l. fuerunt enim variæ olim conuiuiorum celebritates: inter quas id quod in defuncti honorem fiebat. Volater. Philolog. lib. 29. Gentes tam natali die, quam funerum in templa cibos pauperibus afferebant, Ibique vnà epulabantur Polid. Virgil. de inuent. rer. lib. 6. ca 7. quam conuinandi legem latè proſequitur Io. Garſ. tract. de expens, & meliorat. cap. 8. nume. 12. & 13. poſt Couar. c. fin. de teſtamen. in princ. *Cõuiuium funebre quale apud Gentes.*

Thracum optimates plorato triduum cadauere, mactatiſque omnifarijs hoſtijs conuiuantur; Ruſianis mos eſt, vt quibus fortuna eſt amplior in funere 40. dies conuiuentur propter defuncti memoriam: quorum res anguſtior eſt quinquies eodem temporis interuallo ſolemniter epulentur, ſed, & anniuerſaria defunctorum celebrant epulis: quibus addi poſſunt, quç colligit Aſin. de religioſ. & ſumptib. funer. ad l. fol. 271. Petr. Vauderan. trac. de priuileg credit. cap. 1. de his quibus priuileg. competunt ob funus. qui, & Blondum meminit Romæ Triumphantis lib. 2. atque alios politiores antiquitatum obſeruatores. Vnde videri poteſt apud Virgil. quòd cum exequiæ fiebant pro abſentibus tumuli pro aris illis erigebantur, atque his vinum, & ſanguinem victimarum ad radices tumuli offerebant 3. Aeneid. *Thracum mos in funere, & aliorum.*

Libauit Cineri Andromache.

Poſt conuiuium verò quod veteres in ſacrificijs victimarum agebant dijs gratias referentes, vltimam ſacrificiorum partem linguas ſcilicet victimarum in ſacros ignes conijciebant, & vini parum ſuper illos preſertim in honorem Mercurij, cui linguæ erant ſacræ ex Apolon. lib. primo, & Homer. lib. 3. Illiad. in ipſis parentationibus cœnam apud græcos apponi conſuetudo fuit Plutar. in poli. de more Heroum. *Linguæ victimarũ in ignes iaciebantur vino infuſo deſuper.*

Item in funere propinqui capillos decidere, & lugere ex eo Homer. lib. 4. Odiſſe. *Comarum in funere tonſio*

Solus honor ſequitur mortales ille miſellos
Et tondere comam, & lachrimas in funere ſpargi;
Eoſque capillos tanquàm inferias mortuis conſecrabant,

Vt Euripides ait.

Comas ſupplucio dat ſoror cum lachrimis

quem

quem morem pleriſque in locis retinent adhuc mulieres.

Ratio l. 12. tabularum perſ. mentio erat.

Huius autem capitis prohibitionem cauſam fuiſſe, vt ſumptus minueretur, ne quiſque pollicibiliter in funere conuiuaretur, id enim maximæ curæ fuit legislatoribus, vt & in cæteris, quę ad ſepulchra, funeraque pertinebant, vnde factum credidit Marcus Mant problem. lib. 2. ca. 129. ne mortui in vrbe olim ſepelliri potuerint. quod Cicero de ll lib. 2. clarius explicat, ex l 12. tabul. his verbis hominem mortuum in vrbe ne ſepellito, nevè vrito, rogum ne facito, aſcia ne polito, mulieres genas nè radunto, &c.

Proſequitur eiuſdem legis caput valdè notanter Io. Garſia tract de expen. c. 8. qui, & nume. 11. refert ex Iulio Paulo lib. 1. ſenten. tit. 21. de ſepulch. §. 3. Qui luget abſtinere debet à côuiuijs, ornamentis, & alba veſte.

Circumpotatio eſt ebrietatis cauſa.

Videtur autem mihi, non tam funebre conuiuium inhibitum hac ipſa lege, quam illa circumpotatio, perquam inebriari ſolent conuiuantes, nam, & apud nos chriſtianos admiſſa videri poteſt conſuetudo eadem, modò abſit ebrietas, vt ex Conſil. Nauaten. habetur in cap. nullus presbiterorum 44. diſtin. *quando ad anniuerſarium diem, trigeſimum, aut ſeptimum, aut tertium alicuius defuncti, aut quacunque vocatione ad collectum conuenerit, ſe inebriare vllatenus præſumat, nec precatus amore Sanctorum. vel ipſius animæ bibere, aut alios ad bibendum cogere, vel ſe aliena precatione ingurgitare*, & ſequitur in alio cap.

Presbyteri conuiuãtes quid obſeruare debẽt.

Quando autem conueniũt presbyteri ad aliquod conuiuium, aliquis prior illorum verſum ante menſam incipiat &c. & vide cap. nullus de conſec. diſtin. 5.

Mos conuiuandi ſupra tumulum improbatur.

Dummodò aduertas hujuſmodi conuiuia omninò prohiberi ad defunctorum ſepulchra; is enim mos improbatur, quo, & ſolebant ſuper mortuorum tumulos epulas afferre, vt diximus; fruſtra namque credebant morientium animas cibo, potuque refici, cap. non oportet iuncta gloſ de conſ. diſt. 1. & Michael Lorin relatus in lib. ſacerdotal. c. 25. de off. ſepelien.

Hinc benè cenſuit Paul. Fuſc. Epiſc. Sarnen. lib. 1. c. 28. tracta de viſitat Prælatos prohibere debere ne fiant in Eccleſijs commeſſationes vigiliæ, cæteri prophani defectus: Io. Garſ. vbj ſup.

Commenſales ad bibendũ inuitare vetus mos.

Verum cum circũpotationes mentio ſæpeſhic iteretur. Neminem latere puto, gentilitatis fuiſſe morem legibus quoque Platonis probatum, quo in ipſis conuiuijs commenſales inuicem ad bibendum ſe hortarentur poculis vino plenis inuitantes, ſiue ori parumper admotis, prægustatiſque, ſiue cum poſt potum ſodalis, quem mauult ex conuiuantibus inuitat, vt ipſe ſibi paret, & abſumat: ſic enim cenſebant refici animos, & reddi ſenſim lętiores Gelli. nocti. atticar. lib. 15. c. 2. cum, & lætitia Dei vinum dici ſoleat, vt apud Heſiod. Dona letitiæ datoris Bacchi. Virgil.

Munera, letitiamque Dei.

Vinum lætitia cauſa.

Horat. 1. lib. carmi. Ode 27.

Natis in vſum letitia ſcyphis.

Quando quidem nimio potu gigni rerum ferè omnium obliuionem; annotat Plin. Hiſtor. natur. lib. 14. c. 1.

Sollicitis animis onus eximit. Horat. lib. epiſto. primo ad Porqua. & carmi. lib. 1. Ode 18.

Mordaces vino ſollicitudines diffugere,

Et Ode 7.

Finire memento triſtitiam, vitaque labores,
Molli, Plange mero.

Et inde.

Vino nunc pellite curas:

Item carmin. lib. 3. Ode 21. appellat vinum iocoſum. Ouid. de arte Aman.

Cura fugit multo, diluiturque mero.
Tunc veniunt riſus, Tunc dolor, & cura, rugaq.
Frontis abit:

Adde Io Damaſce. lib. 3 cap. 12. Paralil. aſſumpto vino, inquit, moleſtiæ animi faceſſunt, non ſecus atque caligo à venti turbine in fugam conuerſæ, ac noſter Bal. in l. 1. C. de verb. ſignif. num. 1. vinum inquit viris, & mulieribus iucundum, quia, & pſallere facit, vt Pſal. 68. in me pſallebant qui bibebant vinum Prouerb. 31. date ſiceram mętentibus, & vinum ijs, qui amaro ſunt animo: bibant, & obliuiſcantur egeſtatis ſuæ, & doloris ſui non recordentur amplius: Hoc intellige cum vinum plus æquo ſumitur, quoniam infra tria pocula omnia męſtiora ſũt. notat Chriſtophorus ad Horat. carm. lib. 3. c. 19. ibi.

Bina pocula mæroris tragis quam lætitiæ cauſa.

Tribus, aut nouem miſcentur cyathis pocula commodis.

De qua re plura apud Æthen. qui quartum cyathum contumeliæ appellat: cui adde Petr. Crini. de Honeſ. diſciplin. lib. 9. ca. 2. vbi de lege Symphoſiaca, & idem Crini. de laude Horat. Flac. poemat. lib. 1. propter numerum trium poculorum ſic potum commendat, ſiue crateras veteri Lyæo.

Impari ſumis numero.

Hinc Ponta. lib. 2. Hendecaſyl. ad Marium Tomacellum, & Petrum compatrem ſcyphos tergeminemus, & trientes.

Nec quis miretur numerum præfinitum, nam certa olim fuit menſura, & idem modus, & ordo potus; vt Mercurial. var. lectio. lib. 1. cap. 22. quemadmodum, & cum Aegyptij Reges ante abſtemij, vinum potare cęperunt, menſuram quandam ex ſacris illorum literis præfiniuiſſe perhibetur, ex Plutar. notat Leoni. de variar Hiſtor. lib 2. cap. 22. ipſi tamen Aegyptij ſuos defunctos Reges per ſeptuaginta duos plangentes vino abſtinebant: adnotat Io. Bohem. lib. 1. c. 5. de mori. genti.

Guazzi lapſus notatur de poculis.

Quod de poculorum numero dixi, non videtur bene interpretatus Guazzus in ſua ciuili vulgò *Conuerſatione* minus aduertens, quod veteres ideo numerum poculis præſcripſerunt quia, & ipſis poculis ſiue Cyathis certa erat menſura, vt ex Eruditis auctoribus congerit Lucas Paetus lib. 3. de antiqua liquaminum menſura, & in conuiuijs eligebatur, qui modificatoris offitio fungeretur, Horat. lib. 4 carm.

Nec regna vini ſortiere talis.

Eſtque

Modus bibendi ex vino potato docetur.

Eſtque pulchrum, quod de Ageſilao Lacedemoniorum Rege fertur: qui in compotatione quadam ſortibus ex more ductis factus eſſet Princeps conuiuij, rogatus à pincerna, quantum cuique deberet vinum apponere? Si multum, inquit, vini paratum eſt, dato cuique quantum poſcit, ſin parum cunctis ex æquo diuidito, Principis partes erant præſcribere quantum quiſque biberet, habetur lib. 1. Apothem Eraſmi.

Conuiuij præſes nomine multiplici.

Neque vno nomine, qui præerat appellabatur quibuſdam enim Sympoſiarcus, Strateus, Magiſter, Dux, Princeps, Rex conuiuij adnotat And. Bacci. de vin. & de Magiſtro Sympoſior. & de Magiſt & Sympoſiarco Cic. in Cato. maiore.

Aequiſſimam verò imperandi legem putamus, ac modum optimum vini adhibendi corporis neceſſitatem Ioan. Damaſc. Paralel. lib. 3. c. 12. cum ad ſanitatem conferat mentis, & corporis, vt in potu terminus ſit quouſque diſcurſum immotum ſeruemus Hieron. Mercur. lib. 4. c. 6. vari. lect. Eſtque à canonibus inſtitutum, ne vltra tertiam vicem bibatur, niſi naturalis ſitis vltra exigeret c. quando 44. diſtin. & de cõſecr. diſtin. 2. c. quando, notaturque in cap. à crapula de vita, & honeſt. cleri ex Conc. Triden. ſeſſ. 22. de reform. c. 1.

Igitur circumpotationes per ſe non cenſentur vetitæ, excepto funebri conuiuio, ne videantur letitiæ cauſa conuiuari, & laſciuire conuiuantes. ad quod valde facit illud ex Dione notatum lib. 59 cauponem Gai Caligulæ iuſſu interfectum, quoniam dum Druſillæ parentaretur, aquam potui calidam præparatam vendidiſſet laſciuiæ, ac deliciarum in publico luctu miniſter, notat Anton. Perſius in libello *del ber caldo* cap. 3. quem tamen mordet Andr. Bacci. lib. 4. de Thermapolijs; vult enim ipſe, vt non ob venalem calidam caupo eſſet interemptus iuſſu Principis, ſed ob tranſgreſſum commune edictum, quam mortua Druſilla exiu.. à Calicula pro communi luctu, & capitale fuit, aliquem luſiſſe, lauiſſe, riſiſſe, cęnaſſe cum parentibus, aut coniuge, aut filijs. quod edictum poſitum commemorat Sueton. Tranquil.

Ego tamen adhæreo Antonio Perſio, authoritate Dionis, quem citat, cum etiam præſuppoſito edicto, verum ſit peccaſſe in edictum cauponem aquam illam præparatam miniſtrantem non alia de cauſa, quam quia in delicijs, & laſciuijs conuiuantibus præberi ſolebat, vt optimè probat Ant. Perſi.

Conuiuandi autem conſuetudo mortalibus vetita eſſe non poteſt, quando Dij conuiuantes ſe ſe ad bibendum inuitabant. Homer. lib. 4. Iliad.

Hos Hebe venerabilis inter
Fundebat nectar pateris, hi protinus aurum
Excipere è manibus, ſeque inuitare viciſſim.

Nec ideo tamen cenſendum eſt in ipſis conuiuijs abuſui: quo quis cogatur inuitatus bibere: etiam ſi conuiuij Rex ita ſtatuat: huiuſmodi enim leges inſanas vocat Horat. ſermo. lib. 2. Saty. 6. 11. Prout cuique libido eſt.

Siccat in aquales calices conuiua ſolutus legibus inſanis.

Et eo. lib. Saty. 2.

Poſt hoc ludus erat culpa potare magiſtra.

Appellatum hoc certamen vini: ad quod iam ſenex ſe ineptum fatetur idem Flaccus 4 carmi. Ode 1.

Nec certare iuuat mero.

Aduerſus quos eſt Iſai. c. 5. *Veh qui potentes eſtis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miſcendum ebrietatem.* vide pulchrè Auguſt ſermo. 231. de tempore: cuius verba tranſcribit Franc. Viui. deciſ. 66. nume. 6. vt, & memini ſupra de ebrietate. Horat. carm. *Scypis pugnare Tracũ eſt.*

Talirer conuiuantes cogi, neque ſalubriter, neque prudenter fieri. adnotat Polid. Virgil lib. 3. c. 5. & Athene. lib. 10. cogi ad bibendum, inquit, non minus graue eſt, quam ſi quis acrem perpeti cogat ſitim. quod in adagio eſt *epiſcbythizare*. Nec aliter à peccato excuſatur cum quis aliquem ad bibendum incitat, quam ſi ignoret conditionem bibentis ex eo potu inebriari ſecundum D. Thomam, quem refert Ludoui. de Beia in caſibus conſcientiæ, congregat. Aprilis caſu 3.

Et nota, quoniam ante cap. à crapula extra de vita, & honeſt. cleri. idem prohibuiſſe legitur Carolus Magnus, & Ludouicus Pius eius filius, vt teſtatur Gl. improba. conſue. Pariſi 4. parte, tit. 50.

Sanctiſſimus noſter Epiſc. Antonius Portius in Monopolitana Synodo. de vita, & honeſt. cleric. vini conſumendi abuſum vetuit iuxta canonum Sanctiones, ideſt inter bibendum remiſſiones, etiam ſub prætextu, & nomine charitatis.

Bibere pro Regis ſalute conuiuæ [illegible] pro deuotione.

Idem dici poteſt ſecundum D. Ambroſ. de Helia, & Ieiunio cap. 7. his verbis. *quid obteſtationes potantium loquar? bibamus, inquiunt, pro ſalute Imperatorum. & qui non biberit, ſit reus in deuotione.*

Nam, & ad numerũ cyathorum precari annos ſibi inuicem Romanos abundè, & lætè bibentes Idibus præſertim Martij in Annæ honorem, dicit Ouid. 3. faſtor.

Annos precantur quot ſumunt cyatos, ad numerumque bibunt.

Superſtitio veterum conuiua diſcedente.

Fuit & inter conuiuantium obſeruationes apud veteres, C. Plinio teſte hiſtor. natu. lib. 28. cap. 2. recedente aliquo ab epulis, ſimul verri ſolũ: ideſt mundari, aut bibente conuiuia menſam, aut repoſitorium tolli, inauſpicatiſſimo iudicari, Seruijque Sulpicij commentationem fuiſſe menſam linquendam non eſſe.

Inuitati tenentur bona fide non vocati ad conuiuium accedere.

Notatu dignum arbitror in conuiuijs, quod inuitator non tenetur de conſuetudine mittere hora debita ad conducendum inuitatos; ſed ſufficit inuitaſſe certo die, & hora, vt ad conuiuium veniant. Aegid. Bellam. in cap. quidam cedendi extra de renunc. vbi etiam tractat de ſeſſione multorum in conuiuijs. ad quem ſe remittit Anton. Scappus de Iure non ſcripto lib. 1. cap. 61. Atque vt ſenioribus primi diſcubitus, & honoratior locus detur, ipſique ſublata menſa primi aſſurgere expectentur ex conſuetudine: qua etiam in imo conuiuij loco dominus, vt

Digitized by Google

ſedeat Pariſijs obſeruatum teſtatur Rebuff. in conſtit. reg. Franc. tit. de magiſtr. artific. artic. j.

Germanorum & Saxonum conſuetudo.

Germani, & Saxones ſuo hoſpiti, vel alteri eum locum: in quo bibitur ſubeunti aſſurgunt, & porrecto poculo ad combibendum officioſiſſimè hortantur inimicum arbitrantur, qui iteratò inuitatus, in dicta cauſa compotare recuſat: quod, vt dedecus cęde non nunquam, & multo ſanguine vindicatur, Io. Bohem. lib. 3. de morib. genti. c. 13. in fine.

Profeſſuri religionem licitè conuiuium offerunt.

Et notabis, quòd conuiuia, neque ante profeſſionem, neque poſtea facere vetitum eſt, cum quis religionem ingreditur, dummodo purè, & ex liberalitate ſine pactione fiant huiuſmodi prandia, ſiue coenę, alias incurrunt ſententiam excommunicationis ipſo facto. Summa Anton. ver. excommunicatio contra recipientes, 3. par. tit. 24. & 168. prout eum refert notanter. Franc. Marcus deciſ. 962. quæritur an ſit licitum, prima parte.

Februa quæ olim pro defunctis fieri ſolebant.

Non eſt omittendum hic olim fuiſſe februa per 12. dies Februario menſe: quibus pro impetranda defunctis quiete piaculis, ſacrificijſque circa ſepulchra intenti erant: poſt quę dies ſuccedebant lętiſſimi: quibus agnati, affineſque fine complorationi impoſito, genio indulgebāt, alternato in commeſſationibus, conuiuijſque officio commemorat Blondus lib. 2. Romæ Triumphantis.

Legati epulum, & impleri debet.

Et nota. quod modus legato adiectus à teſtatore, vt epulum municipibus, impleri debet, l. 17. in fine D. de cond. & demon. Eſt autem epulum conuiuium numeroſis ciuibus exhibitum, vel in honorem Deorum, vel ad oſtentationem magnificentię, vel in funere parentali. Aul. Gell. noct. attic. lib. 11. de quo vltimo videtur intelleciſſe I.C. in d. l. 17.

Senatoribus ius fuit publicè epulandi.

Ius publicè epulandi fuit Senatorum Romanorum, inquit enim ibi Gellius ſolemni die epulum Ioui libaret, atque ob id ſacrificium Senatus in Capitolio epularetur. huius iuris Sueton. Tranq. meminit in Auguſto, quòd qui à Senatu remoti ſunt vti ſuperuacanei aucto eorum à Cæſare ſupra modum numero, ijs ius publicè epulandi, ac aliæ quædam prærogatiuæ permiſerat Auguſtus.

Ferunt Syllam ex vniuerſis fortunis Herculi decimam ſacrificantem lauta populo Romano feciſſe conuiuia, eodem modo Craſſum epulum populo dediſſe Herculi ſacrificantem, cum facultatum ſuarum decima. Item, & Lucullum.

Dies epularis, qui olim dicebatur, & pauperum conuiuia.

Diem quoque epularem appellabant quo epulum populo dabatur, vt in Domitiano meminit Sueton. Tranquil. c. 13.

Hic, & admonitum velim lectorem, ſolere enim pleriſque in locis ex voto, vel maiorum inſtituto ſolitos ciues conuiuium pauperibus exhibere, veluti in patria feſto S. Antonij, veniabiliter iſtos peccare talibus lautos, ac ſtudiò præparatos cibos præbere ex Diuo Auguſtino habetur diſtinct. 5. cap. vnum Orarium. S. criminis ibi. ſi pauperibus eſurientibus, quod dictum exornat Io. Mottagin tract. de autnori magni conſ. nu. 30. & ſeq.

Septem viri autem epulorum dicti apud priſcos fuerunt, non ſecus quam noſtræ religionis Epiſcopi Legatorum ad pias cauſas executionis curam habentes, vt notat Blondus Roman. Triumph. lib. ſecundo: qui de hac re latè, & eruditè f. 33.

Conuiuari licet in publica lætitia.

Item in publicis populi lætitijs non prohibentur conuiuia; ita enim cauetur l. 4. C. de paganis, *Feſtos conuentus ciuium, & communem omnium lętitiam non patimur ſummoueri. Vnde abſque ſacrificio vllo, atque vlla ſuperſtitione damnabili exhiberi populorum voluptates ſecundum veterem conſuetudinem, iniri etiam feſta, & conuiuia, ſi quando exegerint publica vota, decernimus.*

Leges verò latas de cœnis parcè in epulis faciendis tam publicè, quam priuatim commemorat poſt antiquos Andręas Bacci. de natura vini fol. 133. & ante ipſum nuncupatim leges veterum Romanorum recenſet Blondus Romæ Triumphantis lib. 8. ad quem lectorem quoque remiſi lib. de catapanis c. 1.

De nocturno vini potu.

Ad lucernas epulari mos veterum.

Noctu Romæ potabatur, cum ad lucernas epularentur. ſupponit Horat. carmin. lib. primo, Ode 27.

Vino, & lucernis non ceſſauere Poetæ.
Nocturna certat e mero, potuere diurno.

Et Propertius.

Sic noctem patera, ſic ducam carmine donec,
Incipiat radios in mea vina dies.

Et Virgil. in conuiuio Didonis.

Pendent lichni laquearibus aureis incenſi.

Ariſtophanis concionantes.

Mitte mitte merum lætificabit noctem totam.

Hora cœnæ ſecundum Baccium & Marſil. Cagnat.

Ideo vereor adhærere Baccio lib. 4. de conui. antiq. affirmanti fuiſſe cœnam hora diei decima hoc eſt à 21. in 22 horas. & dicam proximè in Marſil. Cagn.

Nocte magis, quam die conuiuari expedit, non ſolum quia liberius vino dabant operam, ſed etiam quod lumina maioris erant cauſa lętitiæ, Cornel. Tacit. lib 14. Ideo Horat. Ode 19. lib. 3. id ſignificans, ait.

Da lumen propere noua, da noctis media.

Et Martial.

Me iucunda iuuant tracta per pocula noctes.

Heſperus noctiferus, qui Lucifer mane vocatur Sydus eſt.

Ex Catullo notat Turneb aduerſarior lib. 18. c. 14. quid ſibi velit, *Iuſque ad diurnam ſtellam craſtinam perpotare*, ſtellam ſignificans: quæ Lucifer eſt, quam heſperum noctiferum appellamus, vt in Iuris Lexico. verbo ſtellam, dicitur noctis Nucius, & noctis index. apud Textorem.

His concordat aliud: quod ponit Daphnus medicus apud Athæneum Dipnoſop. lib. 7. c. 1. Vtiliores ſunt, inquit, cuius corpori cœnæ nocturnæ; nam Luna Sydus cum facile corrumpat digeſtionibus nutrimenti maximè conuenit.

Quare puto, etiam Marſil. Gagnat. reprehendendum: qui variar. obſeru. lib. 1. c. 17. Romæ antequam adueſperaſceret non æſtate tantum, ſed etiam hieme cenari conſuetum, credit, nonetur,

netur; Vitruuij loco lib. 6. c. 7. ex eo, quod Vitruui. de Triclinij ſitu ſcripſit, vt ſpectare debeat Occidentem hibernum pro veſpertino lumine, & calore ſimul. quem locum intelligo non tam pro cęnaturis, quam pro cęnam parantibus miniſtris.

Babilonię feſtum nocturnum quale erat.

Babiloniæ feſtum erat: quo omnes vniuerſam noctem bibebant, & ſaltationibus indulgebant. Iuſtin. in hiſtor. lib. 25.

Romanorum frequens vſus prandij.

Romæ verò maiorem deinde licentiam ceptam conijci licet, & quid cęnabant, & quod prandebãt, vt plerique probant: inter quos Anton. Panor. epiſt. lib. 2. epiſtol. 1. Addo notanter Lipſium in Tacitum lib. 14. annalium vbi de diurnis, & nocturnis Romanorum conuiuijs, & tempeſtiuum concedit etiam conuiuium diurnum, nocturnum contrà intempeſtiuum.
Horat. in arte Poet.

Vinoque diurno.
Placari Genius feſtis impunè diebus.

Idem in Satyr.

De medio potare die.

Et lib. epiſt. 1.

Quem bibulum liquidi media de luce Falerni.

Erant, & ſunt qui ſummo mane bibunt: in quos Iſaia, cap. 5. *Væ qui conſurgitis mane ad ebrietatem ſectandam, & potandum vſque ad veſperam, vt vino æſtuetis.* quaſi damnabilius ſit mane quam ſerò inebriari. Neque prætereo dolenter id mollibus Tarentinis aliquando vitio fuiſſe, nec modò abeſt. Aelian. de Var. hiſtor. lib. 12. ita inquit. Tarentini conſueuerunt ſummo mane bibere, poſtea frequenti foro ebrij huc, & illhuc vagari. Conuenit Valer. Max li. 5. tit. de humanitate, & clementia dum de ebrietate Tarentinorum militum maledicentium Pyrro Epirotarum Regi, quod & meminit Guliel. Bened. in cap. Raynutius, §. mortuo itaque teſtatore 1. num. 74. & inde. Sunt, & vbique huiuſmodi perditi homines aſſueti in tabernis auroram vrceolis plenis ſalutare. Vinoque madidos fieri: quos Muſcones, ſeu Veſpones quaſi vegetum habitatores vocat Bald. quem meminit Ludou. Roma. in ſingul. Zoſimus Papa XLII. ſtatuit. Ne clerici publicè potarent. vt in eius vita notatur.

Tarentinorum ebrietas.

Menſa amicorum parens, inimicorum conciliatrix, agreſtium cultus.

Veterum mos à quibuſdam meritò laudatur. hi quotannis conuiuia celebrabant inter agnatos, vt ſi aliquid ſimultatis intercesſiſſet, tolleretur, amicis quoque adhibitis ſecundum Lancel. in l. qui ſe patris, col. 7. C. vnde liber. cõcordat Syln. nuptial. lib. 4. num. 60. Quoniam menſam Cato maximè amicorum parentem, atque procreatricem exiſtimauit, vt refert Petr. Rebuff. in conſtit. reg. Franc. de Magiſtr. Artiſi. poſt principium.

Et ſcitu dignum hic quoque noto. conuiuia: quæ letitiæ cauſa fieri ſolent Italorum crericis fuiſſe antiquiora ab Oenotriæ Rege inſtituta: qui agreſtes populos, & feros, compoſitis, & conſtitutis legibus, eo modo ad mitiorem vitæ cultum traduceret, Nicol. Leonic. de varia hiſt. lib. 3. c. 36. qui & recenſet conſuetudinem veterem, bonum Dæmonem primo poculo, & poſtremò meraciore inuocandi, vt ipſe dicit lib. 1. cap. 72.

Chriſtianis verò vetitum conuiuia celebrare: in quibus quiſque ex commeſſoribus partem conferat, text. in c. non oportet. 44. diſtinc. niſi æſtate, vel in nemoribus, ſeu montanis fierent, ſecundum Vgonem, & Archid. quos ſequitur Cardi. Alex. & videbis, c. non liceat, ead. diſtinct.

Tabernarij infames cenſentur.

Neque omittendum puto textum pulcherrimum iuncta, Gl. in conſtit. reg. mores diſſolutè. Tabernarij: qui tabernas velut naturales lares, & proprios elegerunt inter infames habeantur; ita vt nec ad teſtimonium, nec ad officium aliquod publicum admittantur.

Et contra illos: qui ſic expendunt ſua in potionibus, & ebrietatibus, quod eſt legibus odibile, vt in authen. de Conſul. §. ſi enim hoc egerint, ibi *(domi deferentes omnino nihil)* ſcilicet eorum, quæ in die lætitiæ conſularis miſſilia ſpargi ſolent, ſed eadem die in ebrietatibus, & potionibus omninò expendentes.

Veteri autem lege filius commeſſationibus vacans, & luxuriæ, atque conuiuijs contra patris monita reus erat mortis. Deuter. c. 21. rituſque paganorum improbatur, qui Kalendis Ianuarij propter nouum annum conuiuabantur per vicos, & plateas cantatores ducẽtes 26. q. 7. c. ſi quis calendas.

Seruus commeſſator redhibetur.

Et ſeruus commeſſator redhibetur, l. ſi quid venditor, D. de ædil. ædic. vbi Guliel. Bude. Et de ſeruo vinario eſt text. in l. 4. eo. tit. namque olim nota erant digni, qui ientaculis, & merendis delectabantur, & de prandiolis cænis, epulis, atque merendis: quas omnes commeſſationes charitates quidam appellant, vide quæ ex Clemente Alexandrino adnotat Hieron. Mercur. lib. 4. c. 17. vari. lecti.

Et nihil durius mala vxore commeſſatrice. Eſiod. lib. 2. opera & dies. Tiraq. de legib. connub. l. 9.

In conuiuijs parſimonia laudatur.

Parſimonia tamen in conuiuijs non debet eſſe conuiuis ludibrio. Vnde ſi quis tibi commiſerit, vt expendas ſuo nomine in honorem doctoratus vel nuptiarum die; quo vxorem duxit, vel gradum aſſumpſit, & tu diſpenſator geſſiſti te auarè, & miſerè, ita vt exinde doctor vel ſpõſus conſecutus ſit magis dedecus, quam honorem, non poteris repetere expenſam in illo conuiuio, Alber. de Roſat. in l. et ſi quis § iudex D. de reli. & ſumpt. funer. Nam ſecundum Philoſophum, cũ hæc ſemel fiant, non parcè, ſed magnificentius impendi oportet, aliter enim cum hoſpitem recipimus, aliter cum vxorem ducimus, conuiuare oportet, hoc enim ſemel, illud ſæpiſſimè fieri accidit, hæc Ariſtot.

Luſus pro conuiuio eſt honeſtus ...

Quia verò à prohibitione luſus in pecunia excipitur, quod in conuiuio veſcendi cauſa ponitur, vt eſt tex. in l. fin. in princ. D. de ale. luſ. & aleat, ſanè id intelligas, nõ vt permiſſum videatur turpe aliquid, puta, ſi dicunt. Ego pono decem ſolidos, quòd comedam pluſquam tu; quia iam inuitarentur homines ad ingluuiem, ſed ita accipias cauſa veſcendi, puta cum qui conten-

Digitized by Google

tendunt aliquid eſſe vel non eſſe, & ponunt, vt qui obtinuerit quod poſitũ eſt ex aduerſo vincat, & in conuiuio expẽdat, quod eſt inductum cauſa recreationis, ita declarat, & exemplificat Roffred. Beneuen. de libel. part 7. titulo de Senat. conſ. cuius nomen non habemus fol. 276. in antiquis.

Sodalitates & conuiuia ſocialia.

Sed caue; quia non licet cum omnibus conuiuari, c. ad menſam, vbi not. 11. quæſtione 3. & per collegia ſodalitia: quæ haberi prohibentur in l. 1. D. de colleg. illicit. ſignificari commeſſationes, & conuiuia ſocialia: dicuntur enim ſodales: quaſi ſimul edeles. Catelli. Cotta in memorial. verb. collegia ſodalitia. Vbi, & notat verbum, Mutitare, hoc eſt mutua conuiuia agitare.

Magiſtris artium in diſcipulorum probatione non eſt parandum conuiuium.

In regno Franciæ conſtitutum eſt regia ſanctione, ne artifices in approbatione artificij, & tyrocinij, cum magiſtri fieri volunt, aliquod parent conuiuium prandium, aut cœnam alijs Magiſtris artis: de quo Petr. Rebuf. ibi titulo de Magiſtr artific.

Quo caſu quis cœna vel prãdio priuatur.

Quibuſdam in collegijs ſunt conſtitutiones, vt qui horis ſtatutis cum alijs de collegio in menſa non conuenerit, præſenti prandio, aut cœna priuetur: ad quod vide notab. quæſtionem diſputatam in collegio Iacobi Zebedei Salmaticenſis per Fernan. Vaſq. controuerſ. lib. tertio, capitulo nonageſimoſexto, numero vigeſimonono.

Menſæ benedictio laudatur.

Prætermiſſa verò menſæ benedictio, quam noxia eſſe ſoleat vide exemplum Ioan. Nider. libro quinto, formicarij relatum à Martino del Rio diſquiſiti. Magica. tomo nono, libro tertio, parte prima, quæſtione ſeptima, ſectio. prima, fol. 137.

Bibaces autem fuiſſe nonnullos, ſingulariter congerit Aelianus de Varia hiſtoria libro ſecundo, qui, & libro tertio, eiuſdem hiſtoriæ agit de Tapyrorum, & Bizantiorum vinolẽtia, item Argiuorum Corinthiorum, Thracum, & Illyricorum, & videas eundem libro duodecimo.

Vini miniſter in conuiuijs nobilior quam ciborum.

Demum hic notandum non prætereo, quòd qui in conuiuijs miniſtraturi ſunt conuiuis, nobilius de vino ſeruiunt quàm de cibis, ideo in celebratione Imperialis curiæ Brandeburgenſis Marchio aquam lauandis manibus regis, vel Imperatoris Romani miniſtrat, Primumque potum Rex Boemiæ Comes Palatinus cibum afferre tenetur, Reſtaur. Caſtal. de Imperat. quæſtione octaua, verſiculo vigeſimoquinto.

Ganimedis honor.

Ad hoc pertinent honores: qui Ganimedi à poetis tribuũtur Iouis menſę adhibito ad præminiſtranda ei pocula, adnotat Seruius in illud Virgil 1. Aeneid.

Rapti Ganimedis honores.

Propter miniſterium, inquit, poculorum: ad quod receptus eſt, remota Hebe filia Iunonis: quæ Ioui bibere miniſtrabat.

De Meraca bibitione.

Vinum purum bibi non debet.

Vinum purum in ientaculo & panis fruſto.

Sed cum ientaculum ſumitur, mos non improbatur vetus in vinum purum fruſtra panis conijcere, & madefacere ex Atheneo lib. 1. c. 4. Dipnoſoph. qui matutinum cibum hunc, & ſub auroram ſumi dicit.

Et cum ab initio non dum aquam vino mero infundere conſueuiſſent, fertur Dyoniſius edixiſſe, vt modico vino vterentur. Atque ne ſe inuicem ebrij facti vulnerarent, præcepit, & pro ligneis baculis ferulis in vſu haberent. Diod. Sicu. hiſtor. fabul. lib. 5.

Vinum impotens ſine aqua bibitur.

Regulam verò vini puri non bibendi intellige quoties vinum eſt præcellens, nam in vino minus potente ſecus eſſet, poſſetque hoc caſu quis ſine aqua bibere, nec peccaret. Io: Sayſon. in conſuet. Turonen. de droictz articulo primo, titulo banc, atque ita defenditur mos quarundam nationum liberius, & meracè bibendi, veluti Germanorum, & Eluetiorum à vin folio quinquageſimoſeptimo, & dixi infra de ſolius aquæ potu.

Item intellige, niſi pro medela fieret, vt meracioris vini, ideſt puri meri generoſi potu vtamur. Verbi gratia ad tollendam famem: quam caninam vocant, ex Hyppoc. Aphor. 21. Galen. & alij notant.

Plus æquo ebibitum pro corporis medela.

Quemadmodum plus æquo ebibitum etiam aliquando medicamen eſſe affirmant, Cornel. Celſ. & Dioſcor. quos meminit Bartholom. Tacgius in dialogo de humore vitis, pagina decimaſexta.

E contrario verò modico vino vti expedit propter ſtomacum, & frequentes infirmitates; ex epiſt. Pauli Apoſt. ad Timoth. habetur in c. & ſi Chriſtus Paragrapho penult. extra de Iure iuran.

Ex eodem textu §. pen. in principio deduci poteſt alia limitatio ad regulam cum parũ meri ſumitur, & rarò, ibi verſ. Vir multum; quem ſenſum habuit Scipio Ianuarij poſt Napod. in prohem. conſuet. Neap. verb. immoderata guſtatio.

Eſſe autem, & pro inueſtituræ ſolemnitate meracam bibitionem, vt olim in hiſpanijs, cum Comes à Rege creabatur: quem vſum meminit, & deridet Molina de primogenijs libro primo, capitulo vndecimo, numero vigeſimotertio, & Bouad. Polit. libro ſecundo, capitulo decimoſexto, numero trigeſimoprimo.

Ego verò contra dixi in fine proloquij in reliq iur. longob. vbi de fœdere, & amicitia per libationem, ac de Germanorum moribus ita Comel. Taci. de reconciliandis inuicem inimicis, & iungendis affinitatibus, & aſciſcendis Principibus, de Pace denique, & bello plerumque in conuiuijs conſultant tãquam nullo magis tempore ad ſimplices cogitationes pateat animus, aut ad magnas incaleſcat.

Catulli epigrã ma expinitur, quid per calices amariores intelligat.

Animaduerti apud eruditos in quæſtionem veniſſe, quomodo accipienda, & intelligenda ſint Catulli carmina ad puerum ſuum hæc,

Miniſter vetuli puer falerni, in
Gere mi calices amariores;
Vt lex Poſtumiæ iubet magiſtræ:
Ebrioſa acina ebrioſioris.

Quibus in exponendis duæ ſunt difficultates. Prima quoniam dici debent amariores calices, non auatiores, vt à quibuſdam legitur, Altera eſt de lege Magiſtræ Poſtumiæ; quanam ea ſit? Torquatus Taſſus ſummi vir ingenij in libello eleganti: cui titulus *il Padre di Famiglia*. Auſteritatem, intelligit ex vetuſtate vino accedentem amaritudinem, & legit ipſe, Iuger mi calices. Sed melior eſt poſitio verſus, vt principium verbi, in, locetur in fine præcedentis, ſicut poſuimus, deinde initio verſus ponatur *gere* cum *inger* dici nequeat latinè, & metri ratio id patiatur.

Dici verò amariores calices puto, qui liberius propinantur; quoniam vinum multum potatum amaritudo eſt animæ Eccleſiaſt. cap. 31. Ideo ſubdit *ebrioſa acina* comprobo ex eo: quod apud Atheneum legitur Diphnoſoph. libro primo, cap. 23. Suauius eſſe vinum aqua infuſa, quod amariores calices ſunt, cum merum purum propinatur.

Vinum ex vetuſtate fit amarum.

Non tamen nego ex vetuſtate amaritudinem, ſiue mauis aſperitatem fieri. C. Plin. libro decimoquarto, capitulo quarto, hiſtor. natur. ſic ait, *Durant vina 200. ferè annis iam in ſpeciem redacta mellis aſperi; etenim hæc natura vinis in vetuſtate eſt, nec potari per ſe queunt, ſi non . . . . aqua vſque in amaritudinem carie indomita*. Pariter Theophraſt. de cauſis plantarum libro ſexto, capitulo decimo. *Vinum* inquit, *ex vetuſtate immutatur, corrumpitur, efficiturque amarum.*

Taſſi interpretatio notatur in Catullum.

Puto quoq; nõ rectè percipiſſe Taſſum, quod de nigredine in vino: quæ fertur Homero gratiſſima ipſe diſſeruit. Scio namque Falernis vinis: quæ celeberrima ſunt, nigrum ineſſe colorem, atque alijs laudatiſſimis, iiſdemque dulcibus: quæ duæ conditiones ab Homero commendati meritò videntur. Quoniam, & vinum dulce minus inebriat, quod ſimpliciter acceptum, ueque verum eſt; quoniam Homerus vino non dulcedinem tribuit, ſicut in melle, ſed magis ſuauitatem, vt ex eius verſibus Odiſs. decimoquinto. Probant Macrobius Saturnal. libro ſeptimo, capitulo ſeptimo. Dic tu igitur petijſſe Catullum calices ſibi miniſtrari

Vini natura qualis.

vetuli Falceni; quoniam cum vini natura humida ſit, atque ab initio aquea, temporis longinquitate adeo paulatim euanuit, vt vinum meracius effectum ſit. Meraciores autem calices copioſè ebibiti, nimirum ſi amariores ſunt, propter nimiam, ſcilicet potationem. Qualitas verò illa, *vetuli*, ideo ponitur à Catullo; quia Falernum nimium recens, vetuſve nimium inſalubre dictum eſt, mediæque cligebatur ætatis circiter annum quindecimum, qua de re vetulum appellabant optimi, celerrimique alimenti, miræque virtutis ad corpus nutriendum, ac reficiendum, ex medicorum traditione ponit Athene. Diphnoſoph. dict. cap. 23. & 24.

L. Poſthumiæ interpretatio.

Quod autem ad legem Poſthumiam attinet, valeat eiuſdem Macrobij authoritas. Vbi de Poſthumio Fidenatium dictatore agit, victo, profligatoque ancillæ calliditate: qua verbi Romæ parta fuit libertas, feſto die per eam ſimulato, quo Reipublicæ hoſtes plurimo vino prouocati ceſſerunt. Vnde credendum eſt, Ancillam à deuicto Dictatore agnominatam fuiſſe, deinde Poſthumiam, & Magiſtram ex eo, quod ſuaſerat feſto die ad ebrietatem vſque ab omnibus vinum, ebibi. vide igitur Saturnalior. libro primo, capitulo vndecimo.

Goliæ interitus in ebrietate.

Similis interitus Goliæ: qui vt Ioſephus ait antiqu. Iudaic. libro decimo, capitulo vndecimo, inter conuiuia Iſmael ſæpius inuitatus debriatus eſt: quem Iſmael videns, ita vino repletum, & velut inſenſatum in ſoporem conuerſum ſurgens occidit.

Ebrijs [illegible]

Nec ignorandum dictum Luc. de Penna in Rubric. Codic. de aquæduct. ebrioſis aquam nocere; quia, inquit, malum ſtomacum facit.

Clerici vini [illegible] ne ſint, ſed in bibendo ſobrii.

Cæterum clericus ad Sacerdotium promoueri non poteſt, qui vinum non bibit, Gloſ. notat. ſecunda, quæſtione ſeptima, cap. qui Epiſcopi Apoſtoli.

Seruanda tamen modeſtia, ne vinum quis redoleat, ne audiat illud Philoſophi relatum à Diuo Hieronymo in Epiſtola ad Nepotianum, *hoc non eſt oſculum porrigere, ſed vinum propinare.*

Genus tormenti [illegible]

Inter facinora Tiberij Cæſaris, C. Suetonius, capitulo 62. hoc refert, illum excogitaſſe *pro cruciatus genere, etiam vt larga meri potione per fallaciam oneratos, repente, veretris deligatis, fidicularum ſimul, vrinæque tormento diſtenderet.*

Ingenioſam monere ſe dubitationem ſcribit Vrſus Medicus in libello de vino, capitulo tertio. Sed pro dubitatione quæſtionem format, quodnam magis inebriet, ac feriat mentem vinum merum, an dilutum? dilutum reſpondet ex Auicen. 3. fen. doct. 2. quod dilutum citius, & magis mentem feriat. errauit certe confundens aduerbia magis, & citius, citius concedimus cum Auicenna, magis negamus, nec enim id poſuit Auicenna, cuius verba ſunt, Scias præterea, quod mixtum velocius inebriat, propterea, quod aqueitas penetrat; eodemque ſenſu locum Auicennæ citat Blaſius Villafranca de refrigerando cum ſale vino, his verbis, *Vinum leuiter dilutum citius caput mero ipſo tentare ſolet.*

Eiuſdem opinionis aduocat Vrſus Ariſtotelem in 3. par. ploblem: quem non inuenimus per 34. quæſita de vino, niſi vir bonus pro ebrietate

crapulam

Digitized by Google

crapulam accipiat; dum philoſophus videlicet quærit, cur magis crapulam ſentiunt, qui dilutiuſculum bibunt; quàm qui merum ex toto; nam & præfatur; vinum temperatum expeditius loca plura, anguſtioraque ſubire: intemperatum autem minus facere id poſſe; qui locus notatione dignus eſt in eo: quod poſui inſt. c. ſeq. de vini, & aquæ potu lymphatum maioris eſſe voluptatis. Differre verò ab ebrietate crapulam, docet idem Ariſtot. in problem. libr. 3. 17. quod ebrietas vnà cum mente adimit, & ſenſum, crapula cõſtante mente caput affligat, idque conciliator ibi aduotat, ſic decipitur Vtſus in aduerbijs, & nominibus, his adde Petr. Lenander tract. de onerib. doctor. c. de vino bibendo moderatè, ibi *quare bibentes vinum lymphatum magis patiantur crapulam, quam bibentes vinum purum?* cui reſpondet cum Ariſtotile.

Vinum qui dilutum bibunt plus comedūt quam qui merum.

Bibentibus aquā vita longior.

Quoſdam ſolius aquæ potu diutius traxiſſe vitam teſtantur medici obſeruatum. Eſt enim aquæ potus ſaluberrimus C. Plin. hiſtor. libro decimoquarto, capitulo vigeſimoſecundo, Thales philoſopus cum attendiſſet aquæ mira, ac eam, vt nobis ita cæteris omnibus ortus, & accretionis dare principia, aqua nihil eſſe prius aſſeruit, eſſe propterea primum principium rerum naturalium, cui videtur concors ſacrorum ſententia.

Vita hominis panis et aqua.

Principium vitæ hominis panis, & aqua, ac vbi vendi ſolet alimentorum appellatione continetur l. 1. D de alim. lega.

Poſtquam verò in vſum eſt aſſumptum vinum, nec omnibus tamen permiſſum, ſolius aquæ potus in conſiderationem venit Primum. quod lege Moſis de ingreſſuris Dei tabernaculum cauebatur vinum ne biberent, vt non morerentur. Numeri capitulo ſexto, & decimo.

Et ne qui ſe domino conſecraret, vinum, vel quod inebriare poſſet biberet, dic. capitulo decimo; Aegypti Reges: qui, & Sacerdotes erant, ex quo tempore diuino cultui deſeruire cœperant carnibus, & vino abſtinuiſſe, ſcribit Cheremon Stoicus: quem refert Polid. Virgil. de inuent. rer. capitulo quinto, & Nico. Leonic. de variar. hiſtor. libro ſecundo, capit. 22. maiorem autem prohibitione meſſe in carnibus, quam in vino, rationem, vide per D. Thomam 4. ſenten. diſtin. 15. quæſt ſecunda, articulo primo, vt refert Ioan. de Sylua tractat. de iuramento tertia parte, quæſtione prima, numero decimoquarto.

Quid eſt: quod inebriare poteſt præter vinum? Hierony. epiſt. ad Nepotianum exponens verbum *vinum, & ſiceram non bibant.* Siceram hæbraicè interpretatur omnem potionem: quæ poteſt inebriare, ſiue quæ frumento conficitur ſiue pomorum ſucco, aut faui decoquuntur in dulcem, & barbaram potionem, aut palmarum fructus exprimuntur in liquorem, coctiſque frugibus aqua pinguior coloratur, inquit D. Hieronymus. Hinc factum eſt quod aqua in

Sicera inebriat & quae ea[illegible]

Thermopolis ad potum calefiebat, ideſt in tabernis, eaque vendebatur: quam ſine vino interdum, & vino infuſam bibebant, de qua re accuratiſſimè diſſerit Anton. Perſius in libello *del ber caldo* capitulo quarto, fruſtra tamen laborauit, vt ſuaderet à vino refrigerato abſtinendum.

Aqua in tabernis calefiebat.

Quo argumento aliquando ſum vſus, vt adularer magiſtro Gallo Prouinciali Dominicano, niue vinum maceratum bibenti, ſeq; ipſum niuibus proluenti, Epigramma eſt.

Vinum niue maceratum Veneris inimicum.

Mos fuit abſcindi Gallis pro matre Deorum:
Integritate Deo ſanctior ipſe places,
Nam potans gelidæ exerces, vineæq; miniſtros
Lympham qui fundant pulſibus, vt rigeas;
Ardores ſic Galle domas, moreſq; pudicos;
Sic à te didicit Dominicana cohors;
Namq; bibẽs calidã, Veneris paſſerculus eſſes,
Algores inter, ſis modò Galle, Capo.

Gallorum Sacerdotum Deæ Cibeles eunucorum meminimus tranſlatione vtentes.

Sobrium Vicum Romæ dictum putant, vel quòd in eo taberna nulla fuerit, vel quòd in eo Mercutio lacte non vino ſupplicabatur. S.P. Feſtus adnot.

Sobrius Vicus vbi nulla taberna.

Scitu dignũ arbitror, quod de linterno fonte in campaniæ regione memoriæ traditur, aquas eſſe acidulas: quæ vini modo facit temulentos, C. Plin. teſte, refert Blondus de Italia illuſtrata 13. regione. Saporem guſtaſſe, vt cæterarum: quæ bibuntur bonum, ſed fumos ab ea in nares ſicut è vino non ingratos olfeciſſe.

Aqua acidula e linterno fonte.

Aquæ in Teno inſula ex cycladibus vna è fonte quodam fuiſſe perhibentur: quæ nullo modo poterant vino permiſceri. Nicol. Leoni. de varia hiſtor. libro tertio, capitulo octnageſimoquarto.

Aqua vbi vino non miſcetur.

Ferunt hiſtorici Ichthyoſlagos ſub Troglodyticam orare in ſinu Arabico poſt epulas potus gratia ad fõtes pergere gregatim. Io: Boem. de moribus, & ll. gentium, lib. 1. cap. vlt.

Homines ad aquæ potum gregatim eunt.

Mos olim laudabilis fuit, teſte Athenæo libro decimo, vt neque ſeruus domeſticus vinum biberet, neque fœmina libera, neque ex liberis iuuenes: qui trigeſimum non attigiſſet annum. Matronæ abſtemiam perpetuò ducerent vitam.

Vini abſtemij qui eſſe debēt.

Cartagini lex refertur apud Platonem libro ſecundo, de legibus, vt nullus miles in caſtris guſtare vinum auderet, ſed tantum aquam, expeditionis tempore biberet, idem inſtitutum præcepiſſe fertur Peſcennius Niger Imperator. teſte Spartiano in illius vita, refert Claud. Cotere. libro 1. de iur milit. capitulo 30. de Annona milit.

Verum Græci maxime aquam oderunt, inde notarunt Ranarum naturam, quòd potu aquæ delectantur. Petr. Victor. Variar. Lecti. libro 1. capitulo 13.

Rana ſemper in aqua.

Angelus vxori Manitæ ſterili, vt filium conciperet, & pareret à vino cauendum ſibi eſſe prędixit. Iud. cap. decimotertio, matri Sanſonis Angelus item præcepit monens quæcun-

que à vite procederent, non attingeret non vinum, non ſiceram biberet: quod pro ieiunij laude affert Sanctus Baſilius Magnus, Sermone V. Ieiunium enim in pane, & aqua fortiſſimum eſſe. ſed quia gloriam non habet, & omnes pane, & aqua viuimus, quaſi publicum, & commune ieiunium non putatur. S. Hieronymus epiſt ad Nepoti prope finem.

Aqua potu vini ſubſti. vel pro vino abſti. nens. Apud nonnullas regiones Vini vſum interdictum, auctores congerit vtriuſque linguæ Andr. Tiraquel. eruditiſſimus in l. 9. connub. Gloſ. 1. parte nona, numero 206. & inde: cui addo Aelian. de varia hiſtor. libro ſecundo, de Roman. & aliorum lege: qua vinum neque omnibus, neque omni ætati concedebatur. Armenis autem morem fuiſſe à Septuageſima ieiunium incipientibus, vt in quartis, ſextiſque ferijs vino non vterentur; nam & putabāt plus peccare, qui his diebus vinum biberet, quam eum: qui Veneris gratia lupanar ſubiret. adnotat Io. Bohem. de moribus gentium, libro tertio, capit. decimo Indeque factum, vt vinum non niſi in ſacrificijs bibant, capit. octauo, libro ſecundo. Turcarum quidam religioſi per ciuitates vagantur in vtribus quibuſdam aquam ferentes: q cuique petenti bibendam offerunt vltrò proprietatis officio. Francones Burgenſes cum in vinetis colendis mares, & fœminę exerceantur, vinum tamen vendunt ob domeſticam ægeſtatem, ipſi aquam bibunt, ceruiſiam verò contemnunt, in Herbipoli tamen ieiuniorum tempore tantum, & extra ciuitatem in naualibus hæc venditur, vt hi: qui ſe tum à vino abſtinent, eam aquæ loco habeant, idem Bohemus ſcribit, lib. 3. c. 15.

Potus ieiunium non violat. Ad id: quod de ieiunio tactum eſt, adde quod potus aſſumptio ieiunium non violat, tam ante prandium, quam poſt, peccaret tamen, & meritum perderet, qui ad delicias, & non ad neceſſitatem ſępius biberet. Antonius Scappus probat de iure non ſcripto libro primo, cap. 62. nume. 27.

Aquæ, & ignis interdictio pœna eſt. Aquæ verò potus neceſſitatem non plantis, & beſtijs tantum, ſed & hominibus cognoſci ex antiquiſſimo pœnæ genere aquæ, & ignis interdictionis, veluti contra damnatos de vi publica. D. ad l. Iuliam de vi publi. l. qui dolo in fine, quaſi ope denegata, & interdicta rerum, ſine quibus viuere nequimus, Alexan. de Alexandro dierum genial. libro... cap quinto, Iacobus Menochius de arbitr. Iudic. libro ſecundo, centuria quarta, cap 394. Vbi declarat, quæ pęna loco interdictionis aquæ, & ignis hodie ſit, poſt quam deportatio: de qua textus in l. tertia, ad legem Iuliam pecul. ab vſu receſſiſſe dicit? adde Iulium Clarum pract crimi. §. fin. quæſtione 67. verſiculo item interdictio, & verſiculo deportatio, quæ tamen in Regno imponi tiam hodie ſolet nobilibus loco pœnæ capitis truncationis. notat Muſcat. de probat. delict. titulo de homic ſimplici nu. 52.

Aqua, & ignis in Sponſalibus. Sed & aqua, & igne fœdera nuptiarum Sancitis ſolita habetur in lege pen. D. de dona. int. virum, & vxor. ibi *die nuptiarum priuſquam aqua, & ignis acciperetur* accipiebant hæc nouæ nuptę, quia his duobus humana maximè vita continetur, vide Guliel. Bude. ad d. l. qui loca Feſtą, & Lactanti. refert, & ab eo eadem loca ad verbum tranſtulit Couarr. 2. part. relectio paragrapho primo, numero primo, latius Alexand. ab Alexandro loco ante citato de eadem re plura.

Curioſis poſſet eſſe quæſtio an Horatius potu aquæ ad temperantiæ virtutum, vel ad ſalutem, cum eſſet Lippus, delectaretur? affertur eius carmen Sermon lib. 1.

Hic ego propter aquam, quòd erat deterrima ventri,
Indico bellum,

Et epiſtol. ad vallam, lib. 1.

Ge ida
Cum perluor vnda per medium frigus.

Explicat Hieronym. Magius Miſcell. lib. primo, cap. 11.

Pluuialis aqua ex Galeni diſſenſione. Quibuſdam regionibus frequens eſt pluuialis aquæ vſus: medici verò in morbis adhibent ſalientem, quod eſt minus cruda, & leuior, leuitatem autem non quo ad pondus ęſtimamus ex cenſura Galeni, ſed quantum ſtomaco facilis ſentitur, & quam citiſſimè diſtribuitur ad venas, de hac re Thadeus Florent. in commeut. quinto lib. aphoriſ. Laurentius Tabert. de bonitate aquarum Cornel. Celſus, libro ſecundo, capit. 18. Aegineta, libro primo, cap. 50. Oribaſius, libro quinto, collectorum, cap. 3. qui, & ſex capita conſcripſit de aquis ex Galeno Ruſo. Diocle. & Athenæo, adde Iuſtum Lipſium electorum, lib primo, cap. quarto. Vbi agit, aquam calidam antiquitus ad potum fuiſſe, immo ad delitias, & Hermopolio eſt elegans Epygrammma qualis aqua potui eligenda.

Aqua calida ad potum in delitijs.

Sic aqua clara Fluat qua'is nitiſſimus aer
Dulcis, & exigui ponderis, & gelida, &c.

vt in theſauro ſanitatis habet.

Vſus aquæ coquendæ & refrigerandæ à quo innotuit primum. Vſum verò aquæ decoquendæ, deinde niue refrigerandæ ad voluptatem Nero prius docuit C. Plin. teſte. Crudam. n. non bibebant, qui ſaluti ſtudebant, vt, & nunc potentes quod eleganter notat Athenęus lib. 3. c. 21. de potu antiquorum qui, & diſtyc. affert hoc.

Incoctæ Aquæ crudum bibas ſi poculum.
Laborioſa ſit, & grauis.

Cognouiſſe enim antiquos aquarum frigidarum vſum in potationibus. ibi latè probat Athen. & paſſim Medici, & Philoſophi.

Niues vſu in ſeu ad voluptatem. Imò ſunt qui in voluptatem gulæ niues, & glacies potant ſeruantes algorem æſtibus, C. Plin. hiſtor. natur. lib 19 cap. quarto, quamuis ſciamus quot, quantæque noxæ epoto vinis humore naſcantur, etiam ſi igne caleſiat: cuius noxiæ cauſas ex Ariſtotele ponit Macrobius, Saturn lib. 7 c. 12. Aul. Gelli. lib. 19. capit. quinto. Nix aquarum cęleſtium ſpuma dicitur C. Plin. lib. 17. c. 2.

Ars refrigerandi potus Vinum multi tradidere. De arte refrigerandi potum diffuſè Nicolaus Maſinius Ceſen. quē meminit Horat. Argen. 3. tomo

tomo, libro decimo, capit.trigeſimo, Nicolaus Monardes de potu gelidæ Andr. Baccius, librò tertio,cap.quarto. Veteres,inquit,Sua vina precioſa attemperabant calida ob craſſitiem, mox per frigidam optimè refrigerata bibebant frigida,non calida, cum nullum animal bibat calidum,ſecundum C Plinium.

Aqua naturaſ frigida.

Sine arte verò ſunt aquæ frigidæ, & aquæ calidæ,l.1.§.idem Labeo ſcribit.de aqua quotid. & æſti.l.3.§.1. de aqua plu. arcen.l.3.§. hoc interdictum.

Aqua ardentes a vino ſegregantur,

Şunt præterea aquæ ardentes: quæ de vino ſegregantur Alemichi vſu ſic vocant vas igni ſuperpoſitum, quas doctiſſimus Latinus Medicus, & Philoſophus aquis marinis ſalſis comparat: quarum lambichi ope ſal caloŗque ita ſeparentur, vt dulcis eueniat,ac potioni apta tractat. de fame, & ſiti, libro ſecundo, quæſtione vigeſima,

Sapientia ædificauit ſibi domum miſcuit vinum, & appoſuit menſam. Prouerb. Salom. De regimine aquæ,& vini Anic.lib.1.fen.3.doc.2. capit. 8.

Qui primus aquam vino miſcuit,

Primus verò, qui ſapienter ſe gerens vino aquam immiſcuit, fertur Staphilus, vt ebrietatem euitaret C.Plin.natur.hiſtor libro ſeptimo, cap. 56. refert Hierony. Mercurialis variar. lection.libro primo,cap.18.Nam propter ſobrietatem lymphatum ſumitur.Ideo Prouerb.9.habetur *bibite vinum:quod miſcui vobis*. Aqua vino mixta voluptatem,letitiamque affert,ac prohibet inſaniam. Qua de re cum poſt cœnam vinum aqua mixtum ſumebatur. Iouem veteres vocabant Saluatorem Diodo.Sicul. li.5.hiſtor, fabul. Iouique vinaliorum dies ſacer erat Macrobius Saturn.lib.1.c 4.

Vinum & aqua vehiculũ cibariorum.

Vinum, & aqua inquiunt phiſici, & poſt eos Galeo.Mart.lib.de doctrina promiſcua,cap 28. ſunt vehicula cibariorum plurimumque in alimentis ſuffragantur. Vbi Galeot. Lymphatum dici poſſe latinè neget, Dogma eſt Apoſt. ad Thimoth. 1.cap.quinto,quo vini vſus non ſolius aquę permittitur ad corporis ſalutem ibi, *noli adhuc aquam bibere, ſed modica vino vtere propter ſtomacum, & frequentes infirmitates.*

Vinũ ad imbecillitatis ſolatium a Deo datum.

Diuus Baſilius vocat vinum Dei donum, ad imbecillitatis ſolatium temperantibus hominibus conceſſum, Io: Damaſce.Paralel.libro 3, cap.12. de regimine aquæ,& vini,Auicenna libro 4.cap.8.

Miſcere in crateribus vinum, & aquam, indeque infundi poculis veterum mos fuit, Plutarc.in Marcel.

Aquam vino miſceri vtilitas.

Suffragari autem diximus aquam vino mixtam, Nam, & ſi ipſa cum ſimplex ſit elementum,penetret, vinum multò magis. Ideo modicum dilutius ebibitum magis refrigerare dicitur; vinum enim ad venas efficacius aquam perducit: ad quæ loca illa per ſe non pènetraret: quod à medicis,philoſophiſq; mutuati ſacri ſcriptores aliò trahunt per Riccard.4. ſentent.diſtinct.49. & Sybilla noſter ciuis primus decad.quæſt.5. cap.3. de quatuor dotib.corpo. glorificat. Me tamen remitto ad medicæ artis ſcriptores:qui diſſident in non paucis,diſſeruitque nouiſſimè doctiſſimus Latinus lib.3. de fame,& ſiti, q.8. vtrum dilutum, an aqua promptius ſitim placat.

Vini miſcendi & temperandi modus,

Miſcendi vini,& temperandi modus pręſcribi nequit propter varia vinorum genera ex Atheneo, Baccius de conui.antiq.lib.2.capit.10. de temperandi vini modo, & menſura aquæ cum vino.Vbi,& ex Cornelio Celſo probat hieme meracius bibendum,æſtate dilutius.

Res vanas, & futiles in vino lymphato: ſcribi tritũ fuit apud græcos adagium, notat Petr. Foller.in pract.crimi.canon.verb. capiat informationem, nu.22. Ibi mulieris iuramentum in vino ſcribo. Ea, vt credibile eſt ratione, quia facillimè labitur, ebibitum cum aqua, vt dictum eſt.

Arte vinum ab aqua ſeparatur.

Poſſe autem ex phiſicorum opinione aquam à vino per artificium ſeparari, quamuis Gloſa aliter in c. cum marthæ §. quæſiuiſti per illum textum extra de celebr.miſſar. oſtẽdunt paſſim iſti impoſtores,ſiue circuitores.

Aqua tingitur in vini figuram.

Sicut,& poteſt artificiosè fieri,vt aqua tincta videatur vinum: Io.Flaui Bruni.de vino,& aceto cap.57. Et de aqua vitis,ſiue aqua vitæ multa dicunt phiſici: cuius, & nocumenta ieiuno ſtomaco ebibitæ,ponit Andre.Bacci. libr.1. de hiſtor.vini c.27.

Ex vino fumus aſcendens in aquam reſoluitur.

Præterea vinum ſi ponatur ad ignem fumus aſcendens ex eo eſt dulcis, fierique ex eo collecto in ſpongia aquam dulcem. Indeque probat philoſophus, omnem liquorem eſſe aqueum, habentem terreas partes. Galen. lib. de mari, & aquis Ariſtot.4. meteor. capit.2. de veritate vide Io.Paul.Donatum lib.18.Gonzagior.cap. 23.& 24.

Vinum naturaliter aquoſum ſine aqua bibitur ſine peccato vitio.

Et qui bibit loram, ſiue aquaticum, quamuis ſit ſpecies à vino ſeparata, non valdè differt ab eo, qui vinum naturaliter aquoſum biberet, ideo non eſſet reprehendendus, qui hoc biberet purum, ideſt ſine aqua Io: Sayſon. conſue. Turon.titulo banc.à vin.articulo primo,ex Galen. comment.vndecimo, lib.ſecundo, de amphoris, & comment.18 & de cibis boni, & mali ſucci cap.17.

Vini & aquæ ſocietas fabuloſa.

Notabis hic vini, & aquæ conſortij fabuloſam originem: quam his verſibus Muretus, ſcribit

Non dum natus eram, cum me propè perdidit ignis;
Ex illo fontes tempore Baccus amo;
Qui colitis Baccum,comites ſimul addite Nymphas;
Nam ſine ope illarum munera noſtra nocẽt.

In idem ſubiectum Hieron. Fracaſtorius ſic

Infantem Nymphæ Baccum quo tẽpe ab igne
Prodijt inuentum ſub cinere abluerant.
Ex illo Nymphis cum Bacco gratia multa eſt.
Seiunctus quòd ſit ignis, & vrat adhuc.

Bacchi nutrices nymphæ.

Athen.Dipnoſoph.lib.11.c.3. limneum vocatum fuiſſe,ait Dionyſium,quoniam muſtum aqua mixtum tùm primum bibitum eſt, atque

Digitized by Google

Bacchi nutrices nymphæ.

ideirco fontes Nymphę dicti ſunt, Bacchique nutrices, quoniam aqua mixta vinum augeat vires; de calida aqua vino mixta Iuſtus Lipſius electorum lib. 1. cap. 4.

Nec vini, nec aquæ potus.

Sub Troglodyticam oram extra Arabicum ſinum barbarorum gentium mirabilis fertur viuendi norma, vt qui nunquam bibant, & natura ab omni ſemoti ſint animi paſſione Ioan. Bohem. libro primo, cap. fin. de moribus genti. Sobrietatiſque typus eſt, & imago Orix effictaı perfert enim perpetuam ſitim, atque ex natura loci potu omninò caret. remedia tamen aduerſus ſitim, qui liquor reſidet in eius corpore, affert mortalibus validiſſima, ex C Plin. libro decimo, capit. 73. adnotat Henricus Farneſius de verb. interpret. modifi. Hieroglyphic. verb. ſobrietatis vim caniculæ ardentis deſcribens C. Plin. hiſtor. natur. lib. ſecundo, cap 40. Origem, inquit, appellat Aegyptus feram: quam in exortu eius; ideſt caniculæ, contraſtare, & contueri tradit, ac velat adorare cum ſternuerit. Sed non origes ſolum potu abſtinent, idem enim Plin. d. cap. 73. dicit, quod in Africa maior pars ferarum æſtate non bibunt inopia imbrium, quam ob cauſam capti mures libyci, ſi biberint moriuntur. Nec eſt verum, quod quidam aſſerunt, cicadas non bibere, hæ namque rorem lambunt: quo, & viuunt, qua de re Plinius earum naturam conſiderans libro vndecimo, cap. vigeſimoſexto, excitatæ, inquit, cum ſubuolant, humorem reddunt: quod ſolum argumentum eſt rore eaſdem ali. Idem C. Plin. libro ſeptimo, cap. decimo octauo, voluntate, dicit ſitim victam, equitemque Romanum Iulium viatorem à pupillaribus annis ex cauſa bibere prohibitum, etiam in Senecta caruiſſe potu, nec non & alij multa inquit, ſibi imperauere.

Vtiliter autem hoc in loco aduerte, quia torturæ ſpecies eſt negare alicui potum aquæ, & vini cum ſitit, Angel. tract. de malefici. verb. fama publica, numero 99. Inuehitque contra Iudices ignorantes: qui non poſſunt torquere, nam dant carnes valde ſalitas ad comedendum malefactori, & non bibere: quia tunc dicuntur torquere, & teneri debent in Syndicatu, ſequitur Anton Rondinellus tract. Syndic. nu. 231.

Fortius dico, quod damnatus ad carcerem perpetuò cum victu quatuor vnciarum panis, & aquæ totidem in ſingulos dies, ad mortem damnatus cenſetur, cum ad vitam ſuſtentandam iſta non ſufficiant, Sayr. deciſ. caſ. conſcien. 3. titulo de pœnis.

Religioſi verò contra ad ſalutem Nouitijs prohibent poſt prandium, & cęnam, niſi venia petita potum. Vt ſitim pati aſſueſcant magiſtro parentes.

De Eſculentis, & Poculentis officialium.

Beatus qui excutit manus ſuas ab omni munere Eſaiæ, capit. 181. Cauebatur l. 12. tabul. *Donum ne capiunto; neue danto, neue petendo, neue gerenda, neue geſta poteſtate. Quiſquis eorum rerum migrâſſit, noxia pœna par eſto.*

Qui Rempublicam adminiſtrant, & à capiendis muneribus non temperant, nec boni ſunt viri, nec tales haberi debent Apophth. in Phocionem, numero octauo. Quædam verò accipi, & dari poſſe, præſertim vinum, & frumentum, maiorum exemplo didicimus: quoniam vetuſtiſſima fertur Italorum conſuetudo, ac Prouincialium, Proconſules, Legatos. Maioreſque magiſtratus vino, & frumento donare, quam primum decretam ingrederentur Prouinciam, ex oratione M. Catonis: qui ſic dicit. *Cum eſſem in Prouincia Legatus, cum plures ad Prætores, & Conſules frumentum, ac vinum honorarium dabant nunquam accepi ne priuatus quidem.* Meminit Iſidor libro 20. Orig. cap. tertio, & Carol. Sigon. de antiq. iure prouinc. eundemque morem ſub nomine eſculenti, & poculenti ad omnes tranſiſſe officiarios, & obſeruari nunc maximè videri poteſt *Plebiſcito*, inquit, *Modeſtinus* D. de offic. Præſid ita continetur. *Ne quis Præſidum munus donumue caperet. niſi eſculentum, poculentumue: quod intra dies proximos prodigatur,* ideſt quod Xenium appellat Vlpianus, in l. ſolent. in fine. de offic. proconſ. Non enim ex his offenditur lex. aut Prætorum deflectitur animus. v. g pro duabus fialis Maluaſiæ, Bald. ibi not. Quod intellige verum, cum ex mera liberalitate huiuſmodi Xenia offeruntur. cap. ſtatutum, §. inſuper. de reſcrip. in ſexto. Neque horum quicquam eſt communi iure immutatum: nihil enim aduerſus in authent. Sancitum legitur. Secundum veriorem opinionem contra Gloſ. in d. l. plebiſcito. Eoque iure in regno vtimur per conſtit. Capitaneorum, libro primo, titulo quadrageſimotertio, quæ Regia lex duo declarat officialium occurrens malitijs, eo quòd communi iure arbitrio videbatur officialis remiſſa, Vnum conſumi intra paucos dies eſculentum, & poculentum dici, quod ad plus duobus diebus ſemel in anno tantum recipi ſatis eſt. Alterum vt à litigantibus nihil omninò accipiatur, & ita concordat d. §. inſuper. ibi *mera liberalitate oblatum*. Qui enim ex cauſa donat merus liberalis dici non debet. D. de donat. l. prima. Quoniam in neceſſitate nemo liberalis, l. rem legatam de adimen. legat. Vniuerſitates verò Regni cũ liberam bonorum adminiſtrationem nõ habeant eſculenta, & poculenta donare nequeunt, & darent ſponte, nec ab eis licet officialibus accipere, ex prouiſione Ioannæ Reginæ in cap. vt ſtatus Republicæ, §. item quod prædicti officiales, & hęc vera quoad omnes tàm maiores, quàm minores magiſtratus, eorumque miniſtros. non diſtincto, vt quidam dicunt, ſint nec ne ſtipendiarij, & ſalariati, iuxta conſtit. reg apud Iuſtitiarios, titulo, vt Iuſtit. & Vniuer. offic., ſeu ipſorum familia nihil à litigat. recipi. de hoc Io. Garſ. tract. de expenſ. c. 21.

Apræ-

Digitized by Google

A prædictis tamen in aliquo per nouel. pragmat. receſſum videtur titulo de muner.official. ſed non ſeruantur: ad hæc vide Sebaſtian. Napod. in d. conſtit. apud iuſticiarios, & poſt eum Ioan. Grand. in tract. de bello exulum, omnia verò ſtatuta Regni in propria materia munerum recipi prohibitorum per officiales, & de quibus officialibus intelligatur prohibitio commemorant Io. Anto. Lanar. conſil.43. & 93. Ioannes Franciſ de Ponte conſil.49. Marcelli. de Mauro allegat. 22. Sed quòd propter paritatem rationis Regni ſtatutum de muneribus non recipiendis porrigatur à caſu proprio ad minus proprium, maximè propter verba cu iuſuis gradus dignitatis, &cet. probat Pyrrus Alfan. in rubr. de offic. eius numero 102. & ſequen.

Mos Francorū de non ſumendo prandio per officiales a litigantibus directè, vel indirectè, In Francia prohibitum eſt conſiliarijs, ne ſumant prandium, aut cœnam cum clientibus, cum procuratoribus, & aduocatis litigantium, quando conuiuium expenſis partium fieret Pet. Rebuff. in 2. tomo, conſtit. de magiſtr. artific. verſ.menſam tamen.

Sed, & illud memorabile in hiſtorijs refertur. Tebis Iudicum imagines haberi: quæ viſuntur abſque manibus, ne Iuſtitia muneribus capiatur, Scribitur pariter Iob capit. 15. Ignis deuorabit tabernacula eorum: qui munera libenter accipiunt, quæ multis exornari poſſunt exemplis, & authoritatibus. Verum hæc reſpuendorum munerum virtus vbi ſit, neſcio; quiquè talis inuenitur non tam Ioui ſimilis, quam ipſo Ioue maior habendus, vt de Achille Harlæo cecinit Otho Adriani Turnebi filius. hodie mos recipiendorum munerum viget Romæ, & vbique impunè ſecundum Ludoui. Rotæ Luc. deciſ prima, numero quadrageſimonono, Iacob Menoc. de arbitr. caſu 342. numero quadrageſimo, Franciſc. Vini. deciſione 113. num. 14.

Et in Regno Neapolitano teſtatur Ioan Franciſc. de Leodar. non ſic Ioannes Baptiſta de Lonardis, in praxi offic. cap. 12. numero 27. fuit enim hic incitatus, & ſuſpenſus.

Sportulæ. Alia eſt tractatio de Sportulis: quas vulgus propinas curiales appellant, & quas ordinarij prohibentur accipere, maximè Epiſcopi, cap. cum ab omni, extra de vita, & honeſt. cleric. & eſt notabilis addit. ad Octau. Veſtri. libro ſeptimo, cap. primo, litera K, qui, & meminit Afflict. in dict. conſtit. Capitaneorum Marin. Frecci. de Subfeud. lib. primo, cap. alia etiā fuit quæſt. numero 12. dicit quod Epiſcopus cū cauſas iudicat non habet trigeſimas, neque Sportulas; ſed tantum expenſas, cap. inter cætera. de offic. ordin. c. ſtatutum de reſcript. in 6.

Sed quidam Doctor ſuggeſſit Epiſcopo licere trigeſimam capere à victore litis, quamuis non ſit conſuetudo, authoritate Zerulæ in praxi Epiſcop. verb. trigeſima, qui falsò in iſtud aſſumptum allegat Afflictum in duabus conſtitutionibus: non enim hoc vult Afflictus in fonte viſus, & tam de ordinario, quam de delegato, ſiue Eccleſiaſtico, ſiue ſæculari, vide Summas verb. Iudex, quorum concluſiones recenſet Theſaur. caſ. conſci. Clauis Regia, lib. 12. capit. 13. verſic. quantum ad munera, & Sportulas, & ſeq. & de Iudice delegato, vt comprehendatur iure Regni tenet Alfanus in Rub. de offic. eius numero 107.

Propina. Propinam autem non extra noſtrum ſubiectum intelligimus vice eſculenti, & poculenti: quod magiſtratib. datur à verbo, Propino, quod eſt poculum porrigere bibendum, & ad alia extenditur, vt Seneca de benefic. c. 21. ego, inquit, ab eo beneficium accipiam, à quo propinationem accepturus non ſim?

Viſitatores Eccleſiaſtici ſub pœna maledictionis dupli reſtitutionis, & mortalis culpæ prohibentur accipere munera, niſi in victualibus expenſas moderatas, cap. Romana, §. procurationes de cenſibus in ſexto, & in cap. exigit eo tit. & in Conc. Triden. ſeſſ 24. de reformat. c. 3 delegati verò poſſunt eſculenta, & poculenta ſpontè oblata capere d. §. inſuper, cap. ſtatutum de reſcif.

Conſuetudo recipiendi munera, & ea dādi inducit obligationem. Vide quæ de obſeruantia, etiam conſuetudine accipiendorum munerum dicit Ioſeph Ludouic. in ſuis commu. opin. vnica de conſuet. verſic. infertur 102.

Vnde per conſuetudinem huiuſmodi inducitur obligatio præſtandi aliqua annua, & munera: quæ tanquam debita accipi poſſunt, & debent, & qui aliàs à muneribus abſtinere iubentur, veluti Epiſcopi, & alij magiſtratus poterunt à ciuitate, vel ab Eccleſijs, & Monaſterijs conſueta dari, accipive, imò accipere tenentur, ne ſucceſſoribus præiudicent authoritate Nauar. ponit Sayr. deciſ. caſu. conſcien. 15. tit. de cenſibus, ſed viſitantes Prælati non poſſunt ab inuitis exigere pecuniam pro victualibus, etiam ſi extaret conſuetudo per textum d cap. 1. de cenſibus in 6. & de hoc eſt pulchrum conſil. 170. Thomæ Gramat. Neap.

Et quod Regia pragmatica de muneribus non recipiendis non eſt vſu recepta, cum omnes officiales munera receperint; & proinde non eſſe delictum in accipiente. defendit Ioan. Anton. Lanar. conſil. 43. verſiculo circa 6. numero 37.

Nota documentum in ſe litiis. In ſumma ſcito pulcherrimum Aulici Politici documentum num. 341. his verbis, *Laude digni illi ſunt, qui à priuatis, & pauperibus nihil in primis iuſtitia, promouendæ cauſa: ſed à principibus oblata grata mente accipiunt: Deteſtandi, & inteſtabiles, qui iuſtitiam, & veritatem vendunt.*

Ad materiam Ambitus inter multa: quæ ex varijs authoribus congerit Iacob. Menoch. de arbitr. iudic. libro ſecundo, centuria quinta, capitulo primo, hoc eſt Q. Coponium: quòd vini amphoram ei: cuius ſuffragio magiſtratum petebat dono dederat, ambitus condemnatum pœnam luiſſe. citat Alexand. ab Alexand. libro tertio, dierum genial. capitulo decimoſeptimo.

Vide dominum Pręſid. de Franch. deciſ. 493. vbi quòd non prohibentur officiales accipere rel:ct: i in vltima voluntate per textū, l. non dubiū C. de teſtament. ſequitur Rouit. in pragm. 1 de muner. non capi.

Et eſt verum, quòd Magiſtratus libètius vaſa potoria, & eſcaria acciperent, quam eſculenta, & poculenta in vaſis, non tamen vitrea, & fictilia, & vulgaria, ſed quæ in precio magno ſunt aurea, & argentea etiam Murrina, & Criſtallina eximij vſus, & precij, ad l. 3 D. de ſupel. legat. Qui textus in fine vario modo legitur, atque in vulgari editione, ibi hodie propter vſum Imperatorum) in emendata ita ſe habet contextus plena oratio, *Sed craterem argenteum non eſſe in ſupellectili, nec vllum vas argenteum ſecundum ſæculi ſeueritatem nondum admittentis ſupellect lem argenteam, hodie propter vſum imperitorum ſi in argento relatum ſit cādelabrum argenteum argenti eſſe videtur, & errat ius facit.*

Textus l. 3. in fine de ſupel. leg. emendatus reponitur.

Neque enim decebat I. C. Paulum eius legis relatorem Imperatorum vſui errorem tribuere, in quo Gloſ. ſe torquet Sed rectius eſt, vt imperitis hominibus detur; qui indecentem priuatorum ſtatui, & plerumque ſupra patrimonij vires ſupellectilem ſibi comparant, hoc eſt prudentium, cauere ſcilicet, ne quod diſpendium vltra modum fiat, & res familiaris ſine cuiuſq; iniuria conſeruetur ſecundum philoſ. in parſimoniæ definitione Imperita multitudo, & imperitum vulgus dicitur, Cicer. 1. offic. Qui ex errore imperitæ multitudinis pendet,

Vbi legitur *ſecundum ſæculi ſeueritatem)* ideſt priuſquam Romani luxui ſe dediſſent, in Pand. Pariſi. habetur *ſecundum Caſcellij ſeueritatem)* Caſcellius fortè de ſumptu egerat, vt de alijs ſimilibus legibus meminimus lib. de Catapania.

De vino Theologico.

Vinum eſt res precipuè diuina, & multo charius à maioribus habita, quam ſuſpicetur omninò, vel ſciat plebs vulgaris, exorditur Io: Paul. Donat. Gonzagior. lib. 18. cap. 24. tanteque potentiæ eſſe veteres arbitrati ſunt quidā, vt eius potentiæ vix potentiam Deorum coæquari poſſe dixerint, authoritate Aſclepiadis refert Galeottus Martin. de doctrina promiſc capitulo 4. folio 47.

Vini laus propter ſacrorum vſum.

Vinum appellatur hic Theologicum inſtar panis: qui Sanctus, ſiue propoſitionis, & oblationis differenter ponitur ab ijs panibus: qui dicti ſunt panes laici primo Regum capit. 21. hoc vinum theologicum, cuius vſus in ſacris appellat Arnoldus in opus ſcholæ Salerni capit. 8. de cibis benè nutrientibus.

Gentilicum morem, quò incenſioni merum ſuperfundebatur, multis, & meritò improbat Arnobius lib. 7. aduerſus gentes, confutat, & verba, quibus vti, ac ſupplicare conſueuerant cum vinum ſuperfundebant altaribus, *Mactus hoc vino inferio eſto.*

Superfundentes vinum incenſioni verba ſolemnia proferebant.

Eſt autem interpretatio, vt ipſe ex Trebatio ſubdit, *inferio.* ideo dici, proferrique ne vinum omne omninò quod in cellis, atque apothecis erat conditum, ex quibus illud, quod effundebant promptum fuerat eſſe ſacrum inciperet, & ex vſibus eriperetur humanis, & pro verbo *inferio* legitur apud catonem *inferiori* de re ruſt. cap. 135. Sic ergo præter id quod inferebatur, reliquū ſacro non obligari putabant hunc morem ſacrificandi, hiſque verbis Dijs ſupplicaſſe veteres, meminitque Barnabas Briſſoni. lib. 1. de formulis fol. 37.

Mactus ideſt, honoratus amplificatus.

Mactus quid denotat.

Sed quod de parte vini effuſa è dolijs, celliſque dubitarunt ineptè veteres ne in Sacris ea libata totum vinum fieret Sacrum id e diuerſo affirmari ſolet apud Chriſti fideles, ſi aliquæ vini conſecrati guttulæ dolio infunderentur, negari non poſſe illic ad eſſe ſangninem. At quoniam vbi illæ ſunt percipi non poteſt, poſſe totum bibi ſecūdum D. Sotum in 4. ſent. diſtinct. 10 quæſtione ſecunda, articulo octauo, vbi poſtea dicit, tametſi tanta poſſet eſſe mixtio ſpecierum, vt res eſſet dubia, & ideò inter miſſarum ſolemnia eſſet totum per partes conſecrandum, & ſumendum.

Libationes verò omnes veterum vino non fieri, ſed mero. Dijs ſacrificari, ſatis cōſtat. Herculi autem, & Cereri duodecim. Kalen. Ianua. Mulſo ſcilicet ex vino puro, & melle, & vt notat. Macrobius ad illud carmen Vergilij Georg. primo.

Mero nō vino ſacra olim fiebant.

Cui tu lacte fauos, & miti dilue Baccho

Quod diem duodecimū Kalen. Ianuar. Herculi, & Cereri faciunt ſue pregnante, panibus, mulſo.

Cum ſue & panibus mel lac & mulſum.

Nymphis mel, & lac offerebatur, & mulſum, notat Natal. Comit. Mytologiæ lib 1. in ſacris inferorum Ouid. lib. 7. metam

Tum ſuper inuergens liquidi carchesia Bacchi
Alteraque inuergens tepidi charchesia lactis,
Verba ſimul fundet;

Sacrificijs Platonis oleum, & adeps pro vino fundebatur Virgil. lib. 6.

Pingue ſuperq; oleum fundens.

Principum Imagini, ſiue ſtatuæ Gentes Thure ex vino ſupplicabant, vt in epiſtola C. Plinii ad Traianum 103. lib. 10.

Principū imago thure ſupplicabatur & vino.

In Sacris Cereris non adhibebatur vinum, ex Plauto in Anſularia.

Lactis vſus in antiquis ſacris.

Virgilium 3. Aneid.

Inferimus tepido ſpumantia cymbria lacte.

Horat. epiſtol. lib. 2.

Syluanum lacte piabant.

Abraam in ſuo cōuiuio vinum miniſtrabat; & Lac etiam Angelis hoſpitibus exhibebat, c. ſexto die in fine 35. diſtinc. vnde colligitur, legatis dari Lac ad bibendum, & Epiſcopis viſitantibus Gloſſ in cap. cum inſtantia. verb. prægrauari de cenſi. Marcus Ant. Cucchus in inſtitut. maior tit. de ,.,.,;.,.. lactis potum vino

Vinum & lac in conuiuijs hebreorum.

vſui

vſui præferens Adrianus Turnebus in lib. de vino ait quæ gentes paſtoritiam vitam colunt, formoſioribus corporibus viſuntur, & quæ nationes plurimum lacte butyro caſeo vtuntur, corpora gignunt pulchiora, illique homines tam ſalubribus, & vegetis vtuntur corporibus, vt medicis propè nihil egeant.

Vinum in aquam deijciebant Neptuno ſacrificantes.

Neptuno Sacrificantes poſt eſta vinum in aquam deijciebant Virgil. lib. 6 *aſtaque ſaltos.*

Proijcit in fluctus, & vina liquentia fundit.

& Ouid. lib. 10. metam.

Iſque Deos Pelagi vino ſuper æquora fuſo.

in Sacrificijs Oceani. Virgil. lib. 4. Georgic.

Oceano libemus ait.

deinde,

Ter liquido ardente perfudit nect are Veſtam.

In Sacrificijs pariter fluuiorũ ait Apollon. li. 2. Ipſe merum è cyatho libamen fudit, & auro Aeſonides liquidum in fluuium. in Sacrificijs defunctorum nigrarũ ouium mactatarum ſanguinem collectum bibebant, Odyſſ Homer lib. 3. *genitrix donec mea venit Sanguinem, & illa bibit atrum. vinum quo fundebatur in terram* Homer. Iliad. 23.

Ad terram fundit vinum, terramque riganit,
Patroclique animam ſuprema vocauit

Sed, & antequam vites fuiſſent inuẽtæ melle libabant etiam ipſi Iudæi, ſicut hac tempeſtate Barbarorum quam plures, vt ex Plutarco refert Hieron. Mercurial. lib 2 c. 17.

Altaribus vinum ſuperfundebatur.

Altaribus vinum dabant, ſeù ſuperfundebãt in Sacrificijs non ſolum ex gentilium libris, ſed etiam ex diuo Hieronymo in epiſtola ad Heliodorum. ibi *hauſtum patera poculo merum fundere*, adnotat Barnabas lib. 1. de formul. folio 30. & 31.

Virgil. Æneid. VI.

Quatuor hec primum nigrantes terga iuuencos
Conſtituit, frontique inuergit vina ſacerdos.
Et ſummas carpens media inter cornua ſetas,
Ignibus impoſuit Sacris libamina prima.

Et victimarum cornibus.

Nam Sacerdotes ceptis precibus vinum inter cornua victimarum effundebant, Ouid. lib. 5. metamor.

Admoniti quoties templis dum vota Sacerdos
Concipit, & fundit purum inter cornua vinum.

Virgil. quoque lib. 4. Aneid.

Ipſa tenens dextram paterã pulcherrima Dido,
Candentis vaccæ media inter cornua fudit.

Item vinum in thura.

Item cum thura in flammas inijciebant in illa vinum fundebant Ouid. lib. 13. metam.

Vinoque in thura profuſo.

Cum ignis exarſerat, vt magis extolleretur vinum ſupereffundebant, Homer. primo Illiad.

Vſſit ligna ſuper ſenior tum munera Bacchi,
Libauit funditque merum.

Vini abſtemius ne ſit ſacerdos.

Chriſticolis verò propter Sacramentum Sanguinis, in quem vinum tranſubſtantiatur, adeo vinum ipſum, quod eſt Sacramenti materia, ſicut, & panis, eſt neceſſarium, vt vini abſtemius non debeat promoueri ad Sacerdotium, ex quo enim horret, poſſet illud euomere, not. Abb. in c. ex parte de celeb. miſſar. quod menti tenẽdũ dicit Io: Sayſon. in conſuet. Turon. c. banc à vin in fine.

De veterum Sacrificijs permulta, & varia apud Poetas, & Hiſtoricos ſcripta leguntur, ſed quæ de vini vſu in C. Plinij hiſtoria naturali habentur, mihi quidem maximè viſa ſunt, dignaque memoria, ita enim ait lib. 14 cap. 19 prout refert ſimpliciter Barnabas Briſſoni. de formulis lib. 1. fol. 31. vbi, & Plutarcum citat.

Quale vinum in gentium Sacrificijs ſumebatur, contra Briſſonij inſtitutum.

Et quoniam religione vita cõſtat prolibare Dijs nefaſtum habetur vina imputata vitis fulmine tacta quãq; iuxta, hominis mors laqueo pependerit, aut vulneratis pedibus calcata, & circumciſis vinaceis profluxerit, aut ſpurco deciduo immundiore lapſu aliquo polluta. Item græca, quoniam aquã habeant.

Quo in loco obſeruandum æxiſtimo CHRISTI Saluatoris gloriam emulatum Sathanã cruciferam paſſionẽ, ſanguinemq; pretioſiſſimum, vnde mundi ſalus prouẽtura erat; adeò abhorruiſſe, vt quicquid aduerſaretur id gratiſſimũ ſibi ſacrificium fore perſuaſerit, ſingulis ita perpenſis.

Vina imputata vitis.

Nemo eſt qui poſt diluuium ignoret vinum dedicatum fuiſſe, ideſt in vſum aſſumptum 35. diſtin. c. ab exordio, pro ſacrificijs tamen magis quam vt biberetur ab initio annotat Quint. Fab. pictor antiquit lib. 1. nempe in iucunditatem creatum, & non in ebrietatem eccleſiæ 31. ac non nullas propterea rationes vini potus abſtemias, quamuis prohibitionis, abſtinentięque non eadem fuerit ratio. Namque Plato lib. de legib dialog. 2. vinum inquit, vt ferunt multi ad vitionem hominibus datum eſt, vt inſaniant.

Aegiptiorum opinio de vini potu vitando.

Item Aegiptij, quoniam vites de Gigantum ſanguine natas crediderunt, vino epoto homines amentes effici, & in furorem verti dicebant, quod impiè maiorum ſuorum effuſum putarent cruorem; attamen in Sacris mero libabant, veluti illorum, qui contra Deos arma mouiſſent ſanguinem propinarent. Eoque modo Dijs morigerarentur, de qua re latius Nicol. Leonicus de varia hiſto. lib. 2. c. 22. nec alia ratione crediderim vinum terrę ſanguinem dictum eſſe; vt apud C. Plin. hiſto. lib. 14. c. 5. Nec ignoro huius ſententiæ explicationem aliam per Angel. Politianum miſcellaneor. centur. 1. c. 61. ex Pliniano Codice emendatiori. inquit enim *cicuta homini venenum eſt cicuta vinum* nam ait ipſe, *vt hominẽ cicutá ſic cicutæ virus meri potus extinguit*, quaſi dicat, *vinum veneni venenum eſt*, *cum ex* Ambroſio lib. de vtilitate Ieiunij maior vis ſit vini, quam veneni. iſta ſic moralis expoſitio noſtra reſpondeat fabulæ Gigãtum. Sed hic omiſſis, ne longius vagemur, cum, & idem alibi tetigerim, conſtat, Primum vinum obtuliſſe in ſacrificijs Melchiſedech, ſiue Malchiſedech, iuxta hebræam literam Pſal. 110. verſ. Iurauit Dominus, id dignitatis erat nomen ex Malchi ideſt rex meus, & ſedech, quod eſt iuſtitiæ ſignificatiuum Thom. de Vio Caiet.

Melchiſedech, primus vinum in ſacrificiis obtulit vnde Sacramenti figuram.

Is figura fuit Sancti Sacramenti Corporis, & San-

Digitized by Google

Sanguinis Domini Noſtri Ieſu Chriſti ſub ſpeciebus panis, & vini; pariter enim Chriſtus conſecrauit panem, & vinum in corpus, & ſanguinem ſuum de conſecr. diſtinct. 2. per totam de colebr. miſſar. c. cum Marthæ ſed, & Paulus Apoſtolus ad Hebreos 7. ex alio figuram colligit, refertque ad figuratum ſubticeri ſcil. Melchiſedech genealogiam, nam, & Chriſtus ſecundum humanitatem patre caruit, eiuſque ſecundum diuinitatem generationem quis enarrabit? Iſai. 53. & de hoc diuus Thom. 3 par. ſummæ quæſtio. 22. artic 6. ad tertium verum cum de gentilitatis ſacrificijs, vinique libamine præſens habeatur ſermo, conſiderari poteſt quod iniquus Sathan Petijt vinum ſibi non tamen ex omni vite, ſed ex ea; quæ bene culta, nec derelicta quandoque fuerit, igitur reſiſtit, aduerſaturque Chriſto, de quo ſcriptum eſt Ioan. xv. *Ego ſum vitis vera, & pater meus agricola*, & Matthe. capit. 26. *Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquiſti me*, ac de Chriſto intelligitur Pſalm. 27. *Deus Deus meus reſpice in me quare me dereliquiſti*; ecce quomodo vera vitis Chriſtus derelinquitur, & deſeritur à ſuo agricola Deo Patre, vt per ſanguinis immaculati effuſionem mundus redimeretur. Vnde in nummis quibuſdam græcanicis erat circa Crucifixũ inſcriptio: quæ latinè ita dicit *Mundi redẽptio, ſanguis Dei verbi*, Iuſtus Lipſi. Annot. in lib. 2. c. 10. de cruce. Ac propter redẽptionis virtutem meritò lætificat, vt pſ. 103. verſ. *vinum lætificet cor hominis*, intelligitur enim de vino ſpirituali, ideſt de ſanguine Chriſti, dicit Bald. in l. 1. in principio, C. de verb. ſignific.

Vetus quadam inſcriptio circa Crucifixum.

Fulmine tacta rurſus conſidero veram vitem Chriſtum non dubiè fulminatam, de quo prophetatus Iſaias c. 53. *reputauimus eum quaſi leproſum, & percuſſum à Deo, & humiliatum, ipſe autem vulneratus eſt propter iniquitates noſtras, & attritus eſt propter ſcelera noſtra*, & in Pſalmo . . . . . *oſſa mea ſicut in frixorio confrixa ſunt, percuſſus ſum, vt fœnum, & aruit cor meum.*

Calix in paſſione.

Et calicem Domini paſſionem ſignificare, ſacri doctores adnotant in Matthe. c. 20. ſuper illis verbis *poteſtis bibere calicem*, ſicut illum bibere ideſt mortem pati iuxta expoſitionem Vigil Martyr. lib. 5. contra Eutychen. ad verſiculum Pſalm. *de torrente in via bibit*, cum textu euangel. *niſi bibam illum*. Ideo facit quod ſequitur.

Chriſtus in patibulo Crucis appenſus.

Quamque iuxta hominis mors Chriſtus vera vitis in patibulo fuit appenſus, cuius vice dolet Eccleſia. *Ego te exaltaui magna virtute, & tu me ſuſpendiſti in patibulo Crucis*, & habetur Iob 7. *ſuſpendium elegit anima mea*, & Chry. ſup. illud Ioann. 3. *oportet exaltari filium hominis, exaltari, ait, audiens ſuſpenſionem, intelligas in altum, vt ſanctificaret aerem, qui ſanctificauerat terram ambulando in ea.* Greg. Niſe. dicit quod figura Crucis in medio tractu in quatuor extrema partita ſignificat virtutem, & prouidẽtiam Chriſti, qui in ea pependit, vbique actu Apoſtolorum cap. 10. *quem occiderunt ſuſpendentes in ligno*, Et nota mirabiliter olim Saxones Idolatriæ deditos trunco ligneo, nam paruæ magnitudinis ſub Dio erecto venerationem exhibuiſſe, quem patria lingua Irminſaul latinè vniuerſalem columnam dicunt, quaſi omnia ſubſtinentem Io: Boem. de morib. genti. libro 3. capitulo 13.

Homo Chriſtus moritur ꝙ humanitati.

Sanè tamen intelligi oportet etiam idẽ verbum, *hominis mors*, quia paſſio Chriſti in Cruce non eſt eius Deitati aſcribenda, ſed humanitati. Pertinet autem, vt declarat Diu. Thom. quæſtione 46. articulo 12. tertia parte, ſummæ paſſio Chriſti ad ſuppoſitum diuinæ naturæ ratione naturæ paſſibilis aſſumptæ nõ ratione diuinæ naturæ impaſſibilis cum vtriuſque naturæ vnio facta ſit hypoſtaticè manente diſtinctione naturarum, Quod, & Clemens V. in Concilio Viennenſi relatiuè in c. vni. in ſuis Clemen. de Summ. Trin & fide Catho. in aſſumpta natura humana Dei verbum pro omnium operãda ſalute, non ſolum affigi cruci, & in ea mori voluit ſed etiam emiſſo iam ſpiritu perforari lancea ſubſtinuit latus ſuum, & exinde profluentibus vndis aquæ, & ſanguinis formaretur vnica, & immaculata, ac Virgo Sãcta Mater Eccleſia coniux Chriſti.

Crux Sathanæ terror eſt.

Nimirum ergo prohibuiſſe Satanan eiuſmodi vina ſibi libari, cui maximus terror eſt ipſa Crux: in qua ſalus mundi pependit, Deus enim ſalutem humani generis in ligno Crucis conſtituit, iuxta illud, *regnauit à ligno Deus* Gl. in d. Clemen 1. Couarru. Variar. reſolut. libro 4. capitulo 5. vbi de pœna laquei, & de Cruce plura congerit.

Latro iuxta Crucem idem quod homo iuxta vitem.

Preterea exponi poteſt *(quamque iuxta hominis mors)* ideſt iuxta quam vitæ Chriſtum pendens in Cruce latro paradiſum meruit, Luc. 23. relatiuè in c. Baptiſmi de conſecra. diſtinct. 4. ò magna Sathanæ confuſio ipſe Angelus lucis à Paradiſo eijcitur famoſus latro ob meritum Dominicæ Paſſionis in Cruce Paradiſo donatur.

Crux ꝗ olim & qua hodie.

Crucem antequam in ea mortem ſubiret vita, malefactorum fuiſſe ſupplicium; maximè verò ſeruorum probat Iuſtlip. de Cruce libr 1. c. 12. nam, & Chriſtus Dominus formam ſerui accepit, ſecundum Apoſt

Sunt autem Crux patibulum, & arbori infelici ſuſpenſio idem teſte Nonio, patibulum furca vulgò dicitur, cuius minor pęna, quàm Crucis, eò quia appenſos ſtatim examinat, Crux verò affixos diù excruciat Carol. Sigon. libro 3. de Iudic. c. 17. de antiq Iur. Pop. Roman quod puto adnotatione dignum, nam indifferenter his vtimur ex l. Capitaliũ D. de penis, vbi Summum ſupplicium damnatio in §. famoſos *furca figendos* in l. Sacrileg. ad l. Iuli. pecu. *in furcas ſuſpendiſſe* laqueo ſuſpenſio fit, dicit Gloſ. in l. aut dãnum in principio verbo laqueo eo. titulo de pęnis. Geneſi c. 40. prędicit Ioſeph. piſtorum Principi, quod ſuſpenderetur in Cruce; deinde ſubdit Textus *ſuſpendit in patibulo* Exter. cap. 8. habetur *ipſum iuſſi affigi Cruci* & cap 9. decem filij

Aman

Digitized by Google

Aman in patibulis ſuſpendantur, denique, & ipſum, & filios eius affixerunt Cruci, vide Iuſtilip. d. cap. 3. & 7.

Et ſcias quod nimia Iuris ſubtilitas Crux dicitur apud antiquos, vt, & illud ſummum ius ſumma eſt iniuria, Alciat. de verb. rer. ſignific. l. 57. §. perſequi.

Iuris ſubtilitas Crux eſt.

Item aduertendum eſt non ſemper ſignificari per laqueum vitæ ademptionem: probat textus in d. l. aut damnum, quoniam, & ante damnationem laqueo trahi ſolebāt rei. Hieronym. *obtorto collo me in ius trabis*, & Plaut. *collum obſtringe adhuc iſtum ad malam Crucem*, idē Plaut. in caſſi *et furcā feras camum verò pro laqueo ſiue fune, quo damnati alligantur furcæ*, de hoc pęnarum genere Andr. Tiraq. de pęnis temperandis cauſa 31. numero 3. Gl. notab. in c. regni ad hoc quod noſtrorum, verbo ſuſpendio condemnentur præter Couar. d. cap. 5. & Iuſtilip tā d. lib. de Cruce, quā in libello de recta pronunciatione latinæ linguæ litera, x, z; Et de Gibetto ſcalis gemonijs, alijſq; ſignis, & formis Caſſan. in conſuet Burgun. rubr. 1. des juſtices § 8 n 12. & inde, & de patibulo Io: Sayſon in conſuet. Turon. de droict. de alte juſtice artic. fin.

Gibettum ... Scala gemonia pro furca.

Et cum de vite ſit noſter ſermo, notandum ex Virgi. in Georg. furcas bicornes aptari, è fraxino ad vites ſuſtinendas.

Furca ad vites ſuſtinendas ex fraxino olim fiebāt.

Fraxineas aptare ſudes, furcaſq; bicornes vitibus.

Viti fraxinus aptiſſima allegoricè, nam tantam in ea vim eſſe affirmat Plin. hiſtor. natur. lib. 16. vt ne matutinas quidem, occidentesvè vmbras quam ſunt longiſſimè ſerpens arboris eius attingat, adeo ipſam procul fugiat, hic eſt ille ſerpens, de quo Geneſi c. 3. *ſerpens erat callidior cunctis animantibus terræ*, in quem verba maledictionis dixit Deus, quod deceperat Euā, maledictus es inter omnia animantia, & beſtias terrę, & inde inimicitias ponam inter te, & mulierem, & ſemen tuum, & ſemen illius.

Lignum verò Sanctæ Crucis quidam opinati ſunt è quercu, meminit Iuſtilip. de Cruce libro tertio, capitulo decimotertio, rationem puto quòd querceam coronam accipiebāt olim, qui in bello ciuem ſeruaſſent.

De Cruce Dominica.

Conſuetudinem autem adorandę Crucis denudatis pedibus ab Eraclio Imperatore cepiſſe, notat Blond. prima decade lib. 9.

Aut vulneratis pedibus calcatis in perſona Chriſti legitur Pſal. 21 *foderunt manus meas, & pedes meos*, in quem locum Tertullian. aduerſus Iud. cap. 10. vetus hoc vaticinium ex propheta ad propriam Crucis Chriſti atrocitatem refert, quæ quidem Crux clypeus, & armatura, & trophæum contra Diabolum dicta eſt, Damaſceno libr. 4. de orig. fidel. ad quæ alijs elogijs, & encomijs eam extollit idem Damaſ. quem ad verbum reponit Iuſtilip. eo. lib. 3. c. fin.

Pedes Chriſti plagati in paſſione.

(Circumciſis vinarijs profluxerit) ſed, & neque hoc à conſecratione veri ſanguinis excluditur, qui de prælo Crucis, ac cæteris inſtrumētis paſſionis de Chriſti corpore preſſus emanauit, iuxta Gl. in c. cum omne crimen ſecunda diſtinct. de conſecrat. verbo expreſſum. Torcular namque Sanctæ Crucis, in ſpirituali vinea extructū; ideſt in Eccleſia Dei ſolus Chriſtus calcauit, vt per os Iſaiæ ipſemet dicit c 62. & 63. *Torcular calcaui ſolus, & de gentibus non eſt vir mecum.*

Torcular Sanctæ Crucis figura.

Spurcum vinum, inquit Iſidorus lib. 20. originum capitulo 2. quod offerri non licet, aut cui aqua admixta eſt quaſi ſpurcum, hoc eſt immundum.

Spurcum vinum idest immundum.

Immundiore lapſu aliquo polluta.

Conſideremus in Chriſti turpiſſima morte ſputa, & alapas, colaphos, & ſpinas, per quæ reputatus eſt opprobrium hominum, & abiectio plebis pſalm. 21. & alibi Sancta Eccleſia in perſona ipſius Chriſti ait, Opprobria exprobrantium tibi ceciderunt ſuper me, & Iſai. aſperſus eſt ſanguis eorum ſuper veſtimēta mea, & omnia indumenta mea inquinaui, vnde apud fideles grauis eſt pœna in fædantes, & ſpurcantes imaginem, vel Crucem Saluatoris noſtri, Boeri. quæſtione 301. numero decimoſeptimo, Grilland. de ſortileg. quæſtione vndecima, numero decimooctauo, exemplum in quodam iudæo: qui figuræ Ieſu Chriſti, & Sanctæ Crucis proceſſionaliter delatæ proiecit ſtercus, & immunditias ſic eam polluendo, per Petr. Anchar. conſilio 15. Iacob. Menoch. de arbr. Iudic. lib. 2 centur. 4. caſu 376.

In Chriſtum opprobria Crucifixum.

Item Græca, quoniam aquam habeant, Alexander primus PP VII ſtatuit, vt in conſecratione vinum aqua admiſceretur, fertur in eiuſdem Pontificis vita, Aquam permiſcendam eſſe vino extra controuerſiam eſt apud Catholicos, non quia neceſſaria ſit ad Sacramenti confectionem, ſicut in baptiſmo, ſed de congruentia refectionis ſecundum diuum Thomam, & de neceſſitate præcepti dicit eſſe Sotus, & ſi Armenorū ritus ſit Calicem Domini abſque aqua offerre, dicit Caetanus, quem refert idem Sotus in quarto, ſentent diſtinct 9. quæſt. 1 art. 6. verſiculo circa primam concluſionem, & verſ. de ſecunda verò concluſione, eſt textus Sac. Conc. Trident 22. Seſſi. de Sacrific. miſſæ cap. 7. vbi rationes huius inſtituti afferuntur.

Vini græci ... fuerit apud Gentes.

Scio etiam à quibuſdam animaduerſum, quòd ſola aqua viua in Sacrificijs veteres vtebantur, quam non dici cæleſtem, ſed naturalem dicunt. Virgines etiam veſtales ab ea aqua abſtinebant, quæ per fiſtulas veniret. Vnde vides Demones odio habuiſſe aquam in ipſis Sacrificijs libationum vini, & gentes in ficta religione idem inſtitutū Demone ſuggerēte ſequutę ſunt, vel quia originem ipſi gētiles traxerunt a Loth ebrio, notatur ſuper illud Pſalm. 82. *Moab, & Agareni, Gebal, & Amon, & Amalech: alienigena cum habitantibus Tyrum*: Eſſe quoque poteſt ratio ſuaſiua, ne vina græca libarentur propter amaritudinem marinæ aquæ, quæ in græcis vinis miſcetur, cum expreſſa ſunt, vt Teſtatur

Aqua viua in ſacris obſeruata.

Aqua marina mixta vino græco amarorem affert.

tur Plin. in hiſtor. natur.lib. 14. c.8. Sed, & ideò aquam in ſacris libationibus vino permiſceri nefas Diabolica ſuggeſtione videtur, quoniam in admirabili Euchariſtiæ Sacramento admiſceretur aqua, quæ cum ſanguine de ſacro latere profluxit, Ioann 19. in quibus duobus duo maximè Sacramenta redemptionis videlicet, & regenerationis elucent cap. in quadam extra de celebratione miſſ. cap. cum Marthe §. quæſiuiſti eo. titulo, ſed & vinum mixtum diuinas virtutes ſignificat nobis attemperatas, vt ſacri Theologi dicunt, vide alios ſenſus in Sylua allegor. verb. vinum, & verb. Aqua, & contra hæc omnia ire viſus eſt crudelis, ac Nefarius hoſtis Sathan ſciens futurum ſui principatus finem, nec ſe vltra dominaturũ poſt effuſum hominis ſanguinem in Crucis patibulo. Acceſſiſſe autem Cruci honorem cum primum eam Conſtantius in ſereno cælo viſam coluit contra Maxen. ac edicto vetuit quemquam deinceps eo ſupplicio negari, Euſeb lib. 9 Hiſtor. Eccleſiaſt. refert Polid. Virgil. de inuentoribus rerum li. 5. c. 6. Iuſtilip. de Cruce lib. 3. c. 14. & 15.

Sculptura Crucis in silice, in contemptum ne fiat.

Et qui in ſilice ſignum Sanctæ Crucis in vilipendium diuini numinis ſculpit pęna mortis mulctatur l. vnica C. nemini lice. ſig. ſalua. humo, vel in ſili. & ait ibi Gloſ. ſignum Crucis humi ponere eſt contrarium religioni, ſic ergò vti maximi honoris inſigne Crux aſſumi cœpta eſt rubra in albo, alba in rubro, nigra in albo, viridis in rutilo, de quibus videri poteſt opuſculũ, quod dicitur, liber Pontificalis titulo de corona Romani Pontificis, & Lancelot. Cortad. in templo omnium iudic. lib. 2. de Pontifice Maximo, cap. 1. titulo Cruce vtitur Pontifex, vide etiam plura de Cruce collecta per Franciſ. Viui. in Sylua commu. opini 98. verbo clericus nu. 34.

Non omitto pro curioſis in quibuſdam locis feſto transfigurationis confici ſanguinem Chriſti è vino nouo, cuius rei rationẽ affert Franciſc. Samar. in Theſaur. ſacer. par. 1. fol. 155.

De vino autem proximo, vt aceſcat cũ idem ſit iudiciũ: quod de pane, qui eſt in via, vt corrumpatur peccat conficiens grauiter, quamuis Sacramentum conficiatur ſecundum Diuum Thom. 3. p. Theolog q. 74. articulo 5. ad ſecundum, & alij ſequuntur in ſummis, & videatur. Domini. Soth in 4 ſenten. diſtint. 9. quæſt. 1. articulo 5. verb. de liquoribus autem, & ibi reprobat gloſam in cap. ſicut in ſacrificando de conſecr. diſtin. 2.

Vinum ponticum in ſacris vetitum.

Idemque intellexerunt de vino valde pontico, ſiue acri, ne contingat Catholicis objici à Chriſto. Ego plantaui te vineam meam ſpecioſam, & tu facta es mihi nimis amara, aceto nãque ſitim meam potaſti, & Pſal 68. in ſiti mea potauerunt me aceto. Sunt qui dicunt mirrhatum vinum Chriſto in Cruce oblatum ſeparatim ab aceto fuiſſe, guſtui ſuaue, qđ ideo Chriſtus recuſauit guſtatũ, ne paſſionis ſuæ tormenta, minorarentur. Baroni. in annal. lib. Eccleſ. & Antoni, Perſi. in libello *del ber caldo* c. 5.

Vinum Crucium.

Adde vinum crucium à quibuſdam dictum idem: quod inſuaue acerbum, vt in lucilio Feſtus obſeruat, & refert Iuſtilipſ. de Cruce Annotat. in lib. 1. c. 3.

Deteſtabilem abuſum ceſſantium à diuinis: qui propterea Crucem poſternunt in terram, & vrticis, ſpiniſque ſupponunt in ceſſationis aggrauationem, prohibuit Gregor. X. in Concil. Lugdunen. cap. 2. de offic ordin. Eſtque nobis Italis prę cæteris gaudẽdum Italiam enim plus alijs gentibus fidem Chriſti Crucifixi amplexatã fuiſſe, & firmiſſime tenere, & omni æuo ſeruaturam, ſitus eius perpetua forma, oſtendit: deſcribitur enim ipſa Crucis forma; *inter Adriaticum, & Thuſcum mare iacens, ab Alpium Iugis, & Apenuini porrecta, ſe paulatim tamen ad Regyuum vſque verticem attollens, & litora Brutiorum, in vltimo ſui in duo cornua ſcinditur, quorum alterum Ionium ſpectat mare, alterum Siculum, in extremitate Rhegium oppidum habens, longitudo decies octena, & viginti millia paſſuum latitudo quadringenta decem, vbi latior vbi breuior centum triginta ſex; ideo merito Italia crucis dominicæ inſtar, & vti gremium omnium gentiũ commertio pandens alumna, & parens cæleſtium prouidentia electa: quæ ſparſa congregaret imperia, molliretq; efferatarum gentium ritus, Chriſtiani nominis caput.*

Italiæ ſitus ad formam Crucis & encomium.

Acre vinum & nigrum pro eodem.

Quod autem dixi de vino acri habet parem prohibitionem apud Gentes, namque malo dari ſolebat omini, nefaſtumque erat, ſi tale Dijs libaretur, Heſiod.

Neque vnquam de mane Ioui libato nigrum vinum.
Manibus illotis, neque alijs immortalibus.
Neque enim illi exaudiunt, reſpuunt etiam preces.

Valla interpretatur nigrum ideſt acre.

Et quid mali auguraretur Dido, quod vinum ad ſacra paratum nigreſcere vidit Virgil. libro æne....

Muſtum in ſacris per neceſſitatem offertur.

Muſtum verò catholici non offerant, niſi neceſſitas vrgeat, propter eius impuritatem, Thomas 3. par. Theol ea. quæſtione, & articulo in fine. Cauti ſint igitur Sacerdotes, vt decernant, quo vino ſacra ſint facturi; Namque, & huiuſmodi vina: quibus miſtica ſacra, quæ catholicè adoramus, conficiũtur appellari ſolet Theologica, ſecundum Arnoldum Nonic. in opuſc. ſchol. Saler. cap. 8. de cibis bene nutrientib. Defectuſque quam plures, qui in vino, vt in materia Sacramenti haberi, contingit, docent Sacri Doctores, & hi defectus recenſentur in Miſſal. Romano, notanter collecti.

His accedat quod, & ſi dixerimus Calicem Domini vino, & aqua permixtum offerri propter Myſterium Sacramenti, de quo in allegat. diſt 2. de conſecr. cap. cum omne crimen, maior tamen vini pars infundi debet, qua propter in Concil. Triburien. c 19. legitur tertiam aquæ partem ſufficere, ita vt duæ ſint vini, vide Tho. 3. par. theol. q. 74 articul. 8. & diffuſius Domini. Soto 4. ſentent. ea. diſtin. 9. q. 1. art 6. & in directori. inquiſit. prima parte comment. 14. fol. 43.

Sed

Sed qua hora ſunt miſſarum ſolemnia celebranda, eſt text. in cap. nocte Sancta, & cap ſequenti de conſecr. diſtin. 1.

à Ieiuno ſacra. vt ſunt mane.

Nec licet præſumpto quocunque cibo conſecrare, vt quidam abutebantur miſſas mortuorum poſt acceptum merum, vel oblationem conſecrantes, quod eſt prohibitum in Concil. 2. Bracar. capitulo decimo.

Conueniuntſe diluculo ante lucem ſpolleuo notus gentibus.

Ab initio ſolitos Chriſtianos ante lucem conuenire, carmenque Chriſto dicere teſtatur C. Plin. Iunior. ſcribens Traiano libro epiſtol. 10. Nam omne tempus orationi congruum, matutinum verò aptius inde Pſal. 62. *ad te de luce vigilo*, & Pſal..... *diluculo ante luciferum* & Pſal. 5. *mane exaudies vocem meam, mane aſtabo tibi, & videbo.*

Et etiam gentes id ſeruabant Ouidio teſte ſecundo Faſt.

Cauſa repertori vitis, quia ſacra parabāt
Quæ facerent purè cum fores orta dies.

Apud Virgil. Aene. 4.

Surgit, & ætherij ſpectans orientia ſolis
Lumina, ritè, canis vndam de flumine palmis
Suſtulit, ac tales effudit ad æthera voces.

Idque monſtrat Eſiod. an. citat. hoc carmine

Neque vnquam de mane Ioui libato nigrum vinum manibus illotis

Latio manuū in ſacris.

Latio manuum deſiderata in ſacris ex pluribus poteſt oſtendi; ſed paucis ero cōtentus Tibul. lib. 2. eleg. 1.

Caſta placēt ſuperis pura cū veſte venite
Et manibus puris ſumite fontis aquā.

Ouid. lib. 5. faſtor.

Ille memor veteris ritus, timiduſq; deorū
Surgit, habent gemini vincula nulla pedes.
Cumq; manus purè fontana perluit vnda
Vertitur, & nigras accipit ore fabas.
Rurſus aquam tangit, Temeſaq; concrepat æra;
Et rogat vt tectis exeat vmbra ſuis

Faba nigra.

Meminit Aſini. de relig. & ſumpti. funer. fol...

Aſpergillum quo aqua benedicta ſacer dos populum aſpergit.

Aſperſio verò aquæ ad ſacerdotes pertinet. Vnde aſpergillum: quo aqua ſancta populus aſpergitur vocabulum nouū nec in elegans ſecundum Simon. Schard. in lexico Iuris.

Adagium, illotis manibus.

Res quę in prouerbium verſa eſt *illotis manibus* l. 1. D. de orig. iur. quę obſeruatio ad cenas tranſlata eſt Antiquis, vt tàm ante, quàm poſt lauarentur. Athen. libro 15.

Menſam namq; rem ſacram exiſtimāt, ideò nefas intercedendum aliquid indecens fieri, teſte Plutarco. Claudius tamen Imperator, ne lætale aliquid commenſalibus accideret anum comprimentibus edixit licere crepidare, vt in chronica Pontifi. & Imperatorum notat Franc. Petrarca, ſub anno domini 44.

Licentia crepitandi commenſalibus.

Ac in menſis etiam libationes fuiſſe à veteribus vſurpatas, notat Macrobius Saturnal. lib. 2. cap. 11. Eadem, vt credibile eſt, ratione, quia menſa Sacra. Dixit tamen Apoſtol. 1. ad Corynt. 10. *Non poteſtis menſæ Domini participes eſſe, & menſa demoniorum*, verè enim differunt, vt vidimus.

In curatione autem animæ peccatricis ſacerdos ſpiritalis medicus vinum, & oleum adhibet; Nam in vino morſus diſtrictionis eſt, in oleo mollities pietatis, per vinum mundantur putrida, per oleū ſananda fouentur, quaſi ex vtroque temperamentum, cap. de ſciplina 45. diſtinct. c. omnis vtriuſque §. ſacerdos de pęnit. & rem. Iudæi poſt Chriſtum Crucifixum vſque adeo abominati ſunt precioſiſſimū illius ſanguinem, vt dum precium eius recuſantes in emptionem agri deſtinarent, nequaquam pro ſuæ gentis ſepultura, ſed tum peregrinorum decreuerunt in Euangel. Lucæ c....

Vinum & oleum tranſlatum ad medelam animæ peccantis.

Nec diſtat quod de cibo in Sacrificijs vetuit gentilitas ſuggerēte Sathana, ideſt. *ne quis agnum comederet, legemque apud* Athenienſes ita ſancitam fuiſſe, teſte Philochoro ſecundum Atheneum Dipnoſophiſticorum lib. 1. c. 4.

Agnū in ſacris Græcorū vetitū.

Non idem ritus Romanis. Vt Virgil.

Illius aram
Sæpe tener noſtris ab ouilibus imbuet agnus.

Hodie & à Romani Imperij temporibus Dijs gentium Sacra fieri, & libationes vetitum eſt, in l. 7. C. de pagan. verba ſunt, *abſit à ſæculo noſtro nefandis, execrandiſque ſimulacris honorem priſtinū reddi, redimiri ſertis templorum impios poſtes, profanos aris accendi ignes, adoleri in ijſdem Thura, victimas cedi, pateris vina libari, ſed religionis loco exiſtimari Sacrilegium.*

De

De Sacris Vaſis.

Abſtinere laicos à ſacro calice bibere. Et quemadmodum vinum Theologicum diximus, ita, & vaſa, vt ſunt calices: eſtque memorabile Daniel. 5. de Balthaxare Rege, qui cum biberet in vaſis templi, quæ Nabucdonoſor pater eius de tẽplo abſtulerat, regnum perdidit, & occiſus eſt ea nocte, vnde tranſlatum eſt regnum in Medos, & Perſos, vt diſcamus abſtinere à ſacrorum etiam tactu.

Et meminerimus, quod de barbari hominis de Gothorũ regis militia refert adnotatione dignum Paulus Oroſius hiſtor. lib. 7. c. 39. in Romanæ Vrbis irruptione, Sacra vaſa à muliere quadam oblata Diui Petri Apoſtoli antea dicata Miniſterio, non attigit ad reuerentiam religionis, timore Dei, cumque ad Alaricum Regem hæc nunciarentur, quamuis Romani nominis hoſtem, ac Summi Pontificis, reportari ſtatim ad ipſius Apoſtoli baſilicam vniuerſa, vt erant vaſa, imperauit. *Nota exemplum de barbaro homine pro catholica religione.*

F I N I S.

Angelus Cantinius I. V. D. Correct.

ANT 1319161

Digitized by Google